SPECVLVM MISSAE

EX ANTIQVISSIMIS QVIBVSdam, ac uetustissimis Catholicæ Ecclesiæ Patribus, à Ioanne Cochleo primùm laboriosè collectum, nunc uerò à F. Nicolao Aurifico Senensi Carmelita, recognitum, auctum, & locupletatum.


AVCTORVM NOMINA, ET QVAE nuper accesserunt, versa pagina explicantur.

Deut. 33.

MEMENTO DIERVM ANTIQVORVM, COgita generationes singulas, interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, Maiores tuos, & dicent tibi.

CVM PRIVILEGIO.







VENETIIS, Apud Franciscum Zilettum.
M D LXXII.

AVCTORVM NOMINA EX QVIBVS HOC Speculum depromptum est, & quæ recens accesserunt.

GVIDONI FERRERIO VERCELLENSI,

S. R. E. CARDINALI AMplissimo, Vercellarumque Antistiti optimo.

F.Nicolaus Aurificus Senensis, Carmelita. S. P. D.



A fuit multarum gentium consuetudo, Illustrißime ac Reuerendißime Antistes, ut si quis Principem, aut Regem alloqui uoluisset, nulla ratione in eius conspectum accederet, nisi prius aliquod ei munus offerret. Quod quidem eo consilio factum esse arbitror, quoniam tan

ta est principum, regumq́; maie stas, ut non sine magno omnium honore adeundi sint, nemoq́; ad eorum pedes uacuis, ut aiunt, manibus, sese prosternere debeat.

Hanc summis laudibus extollendam consuetudinem mecum ipse perpendens, postquàm Deo Opt. Max. ita uisum est, ut grauissimus uniuersæ familiæ nostræ moderator me ecclesiastem cathedralis Ecclesiæ tuæ pro proximè futuris ieiuniorum diebus delegerit, diutius excogitaui, quo munere ad te, qui dignitate reges ac principes omnes superas, me conferre possem. Quare

re cum ſuperiore anno id laboris ſumpſerim, ut quædam uetuſtiſsimorum patrum monimenta; quibus ſacroſanctum Miſſæ ſacrificium explicatur in unum uolumen redigerem, eaq́ꝫ Humaniſsimo uiro FRANCISCO ZILETTO, ut commodioribus typis imprimeret, tradiderim, ſatis digna eſſe iudicaui, quæ ad te ueniens, tibi conſecrarem. Quid enim gratius turbulentiſsimo hoc noſtro ſæculo, quando tot hæreticorũ turmis CHRISTI IESV caſtiſsima ſponſa exagitatur, tibi eius defenſori, ac propugnatori, inſtarq́ꝫ cardinis ueritatem ſuam ſuſtinenti offer-

*ri potest, quàm tantorum viro-
rum scripta, qui primæua illa æ-
tate non modò eruditione, sed e-
tiam uitæ innocentia, dignita-
teq́; illustrarunt? Quid præstan
tius ad manus tuas poterat per-
uenire, quàm sanctißimorum ui
rorum lucubrationes, quibus in-
corrupta illa Apostolorum do-
ctrina de diuinißimo Lyturgiæ
sacrificio detegitur, ac declara-
tur; quo nil diuinius in Ecclesia
reperiri potest? Quid denique
ditius donari, eò quòd ex sacra
tißimus catholicæ ueritatis, &
antiquitatis scrinijs deprom-
ptum est, quod quidem cum per
tot sæcula delituerit, nunc tamen
studio-*

ſtudioſorum cura, ac diligentia eluceſcit, ab omnibusq́ poteſt poſsideri? Quæ tametſi ante me cura, ac diligentia Io. Cochlei, Melchiorisq́ Hittorpij, uirorum abſque controuerſia diligentiſsimorum in lucem prodierint, nunc tamen (ni fallor) puriora, emendatioraq́ ad manus hominum ueniunt; & quæ multis in libris colligere oportebat, in unum congeſta leguntur. Verùm ut & aliquid de meis uigilijs, ac laboribus, qualescunque ſint, in eccleſiaſtico gaZophilatio referrem, iniucundum pijs, doctisq́ uiris fore non iudicaui, ſi tractationem quandam, de anti

quitate, ueritate, ac cæremonijs Missæ, ex innumeris propemodum tam antiquis quàm recentioribus Ecclesiæ patribus exhaustam, his lucubrationibus adderem, qua tanti sacrificij, ac mysterij ueritas inconcussa, & à Christo per apostolos reliquosq; patres successiuè in ecclesia propagata, omnibus patefieret. His igitur muneribus ex illustrissimorum, Reuerendissimorumq; Cardinalium, & Episcoporum thesauro excerptis, ad Illustrissimum ac Reuerendissimum. S. R. E. Cardinalem, Vercellarumq; antistitem uenio, ut ijs non solum animi mei erga te pieta-

pietatem testatam faciam, uerum etiam qua doctrina dilectißimum gregem tuum instituere proposuerim, cognoscere facilè poßis. Opportunum mihi nunc non uidetur tantorum uirorum, tuasq́; laudes meo calamo explicare, tum quia in initio uniuscuiusque libri id facere curaui, ut eorum uitas ex probatißimis scriptoribus excerptas apponerem, tum uerò quòd tu quis sis, paucis demonstrari non potest. Ea enim de te fama est, ut generis tui nobilitas, maiorum tuorum splendor, uitæ innocētia, morum probitas, naturæ benignitas, erga infimos comi-

comitas, in excubādo uigilātia, in pauperes munificentia, in agē dis prudentia, doctrinarūq; omnium summa eruditio breui epistola perstringi non posint. Quare satius mihi uisum est ea silētio inuoluere, q̄ minus quàm par esset de illis agere. Accipe igitur, Amplissime præsul, qua soles benignitate ecclesiaste tui leue munusculū, idq; sub tutissimo patrocinio tuo cùm uniuersa Carmelitica familia hilari frōte suscipias. Quod si, ut spero, effeceris, ad maiora tibi offerenda me impellere poteris. Vale. Patauio Kal. Februa. anno humanæ salutis. M D LXXII.

VITA

VITA AMALARII ex Trithemio.



Amalarius Fortunatus Archiepiscopus Treuerensis, natione Teuthonicus, Monachus Luxouiēsis, & Romanæ Ecclesiæ Cardinalis uir doctus, & eloquētissimus, græca, & latina eloquentia insignis, missus à Carolo imperatore magno Constantinopolim ad Imperatorem Michaelem, pacem, & amicitiam inter eos mirabili industria, & eloquentia sua confirmauit, sicut in gestis Treuerorum continetur. Scripsit autem inter cætera.

**Ita scribit Trithemius tamen ab aliis Amalarius appellatur.*

De Ecclesiasticis officiis. lib. 1. Satis, & nimium quidem.
Ad Ludouicum de eadem Re, lib. 4.
De Mysteriis Missæ. lib. 1.
Ad diuersos, epistolas. lib. 1.

Moritur sub Ludouico Imperatore Anno domini. 813. in dictione sexta Episcopatus sui anno circiter 16.

Aurificus.

Quidam recentiores, qui huius tanti uiri scripta perquirere curauerunt, asserunt Amalarium non eo quod meminit Trithemius, anno obijsse, uidelicet 813. sed post 831. cuius

ius rei rationes ac coniecturas si quis deside rat, consulat librum de Diuinis catholicæ Ecclesiæ officiis ac ministeriis coloniæ agrippinæ excusum, anno 1568. ubi initio de hoc eodem Amalario mentionem faciens, refert & multo plura scripsisse. Scripsit enim Antiphonarium, quod in Corbeiensi Monasterio se uidisse testatur.

De ordine Cantatorii

Lectionarium,

Diurnale officii. & quamplurima alia.

ELEN-

ELENCHVS
CAPITVLORVM
LIBRI TERTII
Amalarij, Qui est de officio Missæ.

De

PRAE-

PRAEFATIO

AMALARII,

ARCHIEPISCOPI QVONdam Treuerensis,

DE OFFICIO MISSAE, AD Ludouicum Pium, Imp. Romanorum.*

*qui floruit anno Dom. 831. tempore Gregorii IIII. Pon.



Loriosissime Imperator, & magnificentissime, ac centies Inuictissime, à Deo coronate, necnon & cōseruate, atque conseruande: Seruus ego uester, quamuis minimus omnium, afficiebar olim desiderio ut scirem rationem aliquam de ordine nostræ Missæ, quam consueto more celebramus, & amplius ex diuersitate, quæ solet fieri in ea, hoc est, quòd aliquoties una epistola legitur, aliquoties duæ, & cætera talia, simulque de cæteris officiis. Præterita proxima æstate uidebatur mihi, quasi inscripta posito, fenestra lucis scintillas radiare, usque ad nostram prauitatem, de re, quam desiderabam. Longa esurie auidus, non frenum passus sum timoris alicuius magistri, sed illico mente gratias agens Deo, scripsi quod sensi. Dein tractare cœpi, cui Dedicatio scriptorum.

sapientum

ſapientum porrigerem ea quæ ſcripſi: Vt eius authoritate ſtatuerentur ea, quæ ordinatè ſunt ſcripta:ſeu corrigerentur,quæ inordinatè. Venit in mentem inter omnes ſpirituales mentes in hoc ſæculo degentes, ueſtram potiſsimum pollere; Cui ineſt charitas ſine liuore: ſapientia ſine præiudicio ſcientiæ, quæ inflat:humilitas cum pietate, quæ nulli rectitudini reſiſtit: quæ uos quotidie exaltat ante dominum: & eos qui ueſtigia ueſtra intuentur, ſequendo, ab infimis & caducis ad ſublimia & ſempiterna erigit. Quapropter arbitratus ſum,poſſe meam paruitatem aditum reperire, ad ueſtram excellentiſsimã præſentiam.Inſuper etiam me cognoui debitorem ueſtri ſeruitii, quamuis abſens degerem,& non uacuum redire ad ueſtram glorioſiſsimã & piiſsimam præſentiam deberẽ:Dicente Domino in lege. Non apparebis in conſpectu meo uacuus. Et iterum in Euangelio:Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari. Præſumpſi propter nimiam humilitatem ueſtrã, de qua diximus,ueſtræ excellentiſsimæ poteſtati ea offerre. Præſertim cum ſciamus, uos rectorem eſſe totius Chriſtianæ religionis,quantum ad homines pertinet: Ardor mihi inerat,ut ſcirem quid priores authores haberent in corde,qui noſtra officia ſtatuerunt.

Excuſatio de oblatione huius muneris.

Exod. 23. Matt. 22.

Cauſa ſcribendi huius libri.

runt. Sed quia hoc difficillimum mihi eſt, affirmare, ut identidem ſcripſiſſem, quod illi meditabantur: ut unum tamen ſuffugium mihi eſt, ſi ea quæ ſcripſi, uidebuntur ueſtræ pietati à uia charitatis non excedere. Ex libro Auguſtini de doctrina Chriſtiana defendar, ab illis qui uoluerint carpere quaſi periculoſe ſcripſiſſem: Eo quod mentem autorum officii noſtri non præſentem haberem. Dicit memoratus Doctor in libro memorato primo. Quiſquis uero talem inde ſententiam dixerit, ut huic ædificandæ charitati ſit utilis: Nec tamen hoc dixerit, quod ille, quem legit, eo loco ſenſiſſe probabitur: non perniciose fallitur, nec omnino mentitur. Ineſt quippe in mentiente uoluntas falſa dicendi. Et paulo poſt. Sed quiſquis in ſcripturis aliud ſentit, quam ille, qui ſcripſit, illis non mentientibus fallitur. Sed tamen ut dicere cœperam, ſi ea ſententia fallitur, quæ ædificet charitatem, quæ finis præcepti eſt: Ita fallitur ac ſi quiſquam errore deſerens uiam, eo tamen per agrum pergat, quo etiam uia illa perducit. Corrigendus eſt tamen, & quàm ſit utilius uiam non deſerere, demonſtrandum eſt: ne conſuetudine deuiandi, etiam in tranſ-


Cauſa ſcribendi huius libri.

Aug. de doct. Chr. li. 1 c. 36.

uersum,aut peruersum ire cogatur. Notandum est etiam, ne uideretur paruitas mea quasi furtim interpolare meis uerbis sanctorum dicta patrum:interposui in finem eorum & principium meorum, signum crucis.✠

Acclamationes more ueterum.

Diuo Ludouico uita.Nouo Dauid perhennitas.Da Principi domine uitam.Ipsi nouo Salomoni fœlicitas: Pax mundi uos estis.Pio Principi prosperitas:Domine uitam ipsi concede. Vestra fides uos seruet. Christus quem uos honoratis, ipse uos seruet.Potestatem uestram Deus seruet. Deus pacificet regnum uestrum. Iudith Orthodoxæ,nobilissimæ,atque prudentissimæ Augustæ salus per multos annos. Lumina pacis, Domine, serua. Lumina mundi,domine, serua. Vita uestra tutela omnium est.Vestra fides Ecclesiarum est gloria.Piissimos dominos nostros Imperiales natos,Lotharium gloriosissimum coronatum,& fratres eius,Christus conseruet.Ex proauis Orthodoxos,domine, serua:Custodes fidei,Domine serua.



EX MISSA
S. BASILII MAGNI
ORATIO DEVOTA,

QVAE SVB MISSAE CELE-
bratione a Quolibet utiliter dici poteſt,

ETIAMSI ASTANTES
non participent corporali-
ter de Sacramento cum
ſacrificante.



MNIPOTENS æterne Deus, Te ſuppliciter exoramus, ut nos omnes, de uno pane & calice participantes, coadunati inuicem in unius ſpiritus ſancti communione, & nullum noſtrum ad iudicium aut condemnationem facias

*accipere sanctum corpus & sanguinem Christi tui: sed ut inueniamus misericordiam & gratiam, cum omnibus sanctis, qui à sæculo tibi placuerunt etiam patrum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, Martyrum, Confessorum, Doctorum, & omnis spiritus iustorum finem in fide habentium. Præcipue sanctæ & intemeratæ, benedictæ Dominatricis, & semper uirginis Mariæ, Sancti Ioannis præcursoris & Baptistæ, Sancti N. cuius memoriam facimus, & omnium Sanctorum tuorum. Quorum postulationibus uisita nos Deus: Et memento omnium dormientium in spe resurrectionis uitæ æternæ, & refrigera eos, ubi * uisitat lux uultus tui. Adhuc te obsecramus, Memento Sanctæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ, quæ est à finibus usque ad fines orbis terrarum, & pacifica eam, quam fecisti honorifico sanguine Christi tui. Et sanctam domum istam confirma, usque ad consummationem sæculi. Memento Domine eorum, qui munera ista tibi obtulerunt, & per quos, & pro quibus ea obtulerunt. Memento Domine frugiferorum, & bene operantium in sanctis ecclesiis, & memorantium pauperum: Retribue illis diuitibus * & cœlestibus donis tuis. Da illis pro terrenis cœlestia: pro temporalibus æterna: pro corruptibilibus incorruptibilia.*

*uisitur.

*c.

ruptibilia. Memento Domine eorum, qui ſunt in deſertis, & montibus, & ſpeluncis, & cauernis terræ. Memento Domine eorum, qui ſunt in uirginitate, & uiduitate, & reuerentia, & Monachali habitu, & uenerabili ciuitate degentes. Memēto Domine piiſſimi & fideliſſimi noſtri Imperatoris, quem decreuiſti regnare ſuper terram: Da ei arma ueritatis, arma bonæ uoluntatis. Corona eum, obumbra ſuper caput eius in die belli, conforta brachium eius, exalta dexteram eius, corrobora Imperium eius: Subditas illi fac omnes barbaras Nationes, quæ bella uolunt. Tribue illi profundam & inablatam pacem. Loquere in cor eius bona, pro Eccleſia tua & omni populo tuo, ut in tranquillitate eius tranquillam & pacificam uitam peragamus, in omni pietate & uenerabilitate. Memento Domine omnis principatus & poteſtatis, & qui ſunt in palatio fratrum noſtrorum, & omnis exercitus. Bonos in bonitate conſerua: malos bonos fac in benignitate tua. Memento Domine circumſtantis populi tui, & pro certa cauſa remanentium, & miſerere eis & nobis, ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. Promptuaria eorum adimple omni bono, coniuges eorum in pace & concordia conſerua: paruulos enutri: iuuentutem baiula, ſenectutem contine, puſillanimes

Notabilis oratio pro Imp.

nimes consolare, dispersos congrega, errantes reuoca, & coaduna sanctæ tuæ Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ. Energumenos à spiritibus immundis libera, nauigantibus connauiga, iter agentibus * coitra: uiduis patrocinare, orphanos protege, captiuos libera, infirmos sana: Qui in ergastulis & in metallis atque exilijs, seu amara seruitute, uel in quacunque tribulatione & angustia siue anxietate sunt, releua. Memento Domine & omnium pœtentium magnam misericordiam tuam, & omniū amantium nos & odientium, & postulantium nos indignos, orare pro illis, & omnis populi tui. Memento Domine Deus noster omnium, & super omnes effunde diuitem misericordiam tuam: omnibus tribuens, quæ ad salutem sunt postulationes: & quorum nos memoriam non fecimus, aut per ignorantiam, aut per obliuionem, seu propter multitudinem nominum: Ipse memento Deus, qui scis uniuscuiusque ætatem & appellationem: qui scis unumquenque de uentre matris suæ. Tu es enim domine auxilium inauxiliatorum, spes desperatorum, laborantium salus, nauigantium portus, languentium medicus. Ipse omnibus omnia sis, qui scis unumquenq; & postulationem eius, domum & necessitatem eius. Et erue domine ciuitatem hanc, & omnem ciuitatem & regionem,

Pro circunstantibus et pro alijs diuersis hominibus.

*foret * coitera.*

*nem, à fame, pestilentia, terræ motu, di-mersione, igne, gladio, incursu alienigena-rum, & ciuili bello. In primis memento do-mine Archiepiscopi N. quem da Sanctis tuis Ecclesiis ad pacem, integrum, honorificum, sanum, longæuum, recte tractantem uerbum ueritatis tuæ. Memento domine omnium Epi-scoporum Orthodoxorum, recte tractantium uerbum ueritatis tuæ: Memento domine se-cundum multitudinem miserationum tuarum & meæ indignitatis: Indulge mihi omne deli-ctum uoluntarium, etiam non uoluntarium. Et non pro peccatis meis prohibeas gratiam sancti tui spiritus à propositis muneribus. Me-mento domine honorifici presbyteratus, qui est in Christi ministerio, & omnis sacerdota-lis ordinis. Et neminem confundas circum-stantium sancto altari tuo. Visita nos in boni-tate tua Domine: Appare nobis in diuitibus tuis miserationibus. Bene temperatos & uti-les nobis * aeres tribue: pluuiam pacificam ad fructificationem terræ largire. Benedic coro-nam anni benignitatis tuæ. Comprime schis-mata Ecclesiarum: Extingue incursiones Gen-tium: Hæresum insurrectiones cito destrue uir-tute sancti tui spiritus. Omnes nos suscipe in regno tuo, filios lucis & filios diei: osten-dens tuam pacem & tuam charitatem. Da no-*

forte * auras

bis domine Deus noster. Omnia enim dedisti nobis. Da nobis uno ore & uno corde glorificare & laudare honorificentissimum & magnificentissimum nomen tuum, patris & filij & spiritus sancti: nunc & semper & in sæcula seculorum, Amen.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS EORVM QVAE TOTO HOC OPERE NOTATV

Digniora habentur.

Cuius prior litera nempe, a, paginam anteriorem: posterior, hoc est, b, eius paginæ posteriorem faciem indicat.

Arria-

Bona

Cen-

Deo

Legis

do

in

Thy-

ex

FINIS.

DE OFFICIO


DE OFFICIO MISSAE,

PRAEFATIO AMALARII, *Archiepiscopi quondam Treuerensis.*



OMINO opitulante, intercedente Beato Medardo confessore, cuius festiuitas hodie apud nos celebratur in gaudio sanctorum, prompti sumus animo, ad suscipiendum Dei munus: si tamen ipse dignatur purgare & serenare oculum, in quo discamus de officio Missæ, quid rationis in se contineat diuersitas illa, quæ ibi agitur. Cum satis esset, sine Cantoribus & lectoribus, & cæteris quæ ibi aguntur, sola benedictio Episcoporum aut Presbyterorum, ad benedicendum panē & uinum, quo reficeretur populus ad animarum salutem: Sicut primæuis temporibus fiebat apud Apostolos. Ac ideo primo dicendum est de signis. *Qualis fuit Missa apud Apostolos.*

De signis quibus congregamur in idipsum. *Caput I.*



Ignorum usus a ueteri testamento sumptus est: Scriptum est in libro Numerorum. Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem. Et paulo post: Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, & non concise ululabunt. *Nume. 10. Tubæ duæ ductiles argenteæ.*

bunt. Filii autem Aaron sacerdotis, clangant tubis. Et iterũ: Si quando habebitis epulum, & dies festos & Kalendas, canetis tubis super holocaustis & pacificis uictimis, ut sint uobis in recordationem Dei uestri.

Tuba uocãs nos ad pœnitentiam.

Audiuimus clangorem tubarum in recordationem Dei nostri resonare: detque nobis Deus, ut quicquid boni facere poterimus, siue singulariter in nostra cã, siue communiter in causa fratrum, ut est signa moue re, in memoriam eius faciamus. Audiamus & tubam uocantem nos ad pœnitentiam, quando in aduersis affligimur: Dicente Iohel. Canite tuba in Si

Iohel. 2.

on, sanctificate ieiunium: uocate cœtum, congregate populum, sanctificate Ecclesiam: coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes ubera. Quod ita Hierony. in eodem: Clangite tuba in Sion, & pœni-

Hieron.

tentiam populis prædicate. Sanctificate ieiuniũ, prædicate curationem, siue cœtum. De quibus iam diximus. Congregate populum, ut dispersus peccauerat, congregatus peccare desistat: Sanctificate Eccle-

Sãctificate ecclesiam. 1. Cor. 5

siam, ut nullus in Ecclesia non sanctus sit. Ne forsitan impediantur orationes uestræ, & modicum fermentum totam massam corrumpat. Et adunate siue eligite senes, ut non ætas in eis sed sanctitas eligatur. Congregate quoque paruulos sugentes ubera, nè ulla sit ætas, quæ non conuertatur ad dominum.

Campana, signũ & tĩpus prædicatorum. Psal. 8. Matt. 21.

Paruulos atque lactentes, de quibus in Psalmis & in Euangelio legimus. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem. Prædicationem, quam significat clangor tubarum (Hieronymo exponente) signat signum, quod in nostra Ecclesia reboat. Signum nostrum est ex metallo æris: Et est metallum durabile & sonorum. Habet idem signum interius plectrum ferreum, quo tunditur ut audiatur: Oraque prædicatorum significat noui testamenti, quæ plus durant quàm tubę ueteris Testamenti, atque altius resonant. Ora prædicatorum nostrorum

durabunt

durabunt usque in finem, & auditur longe sonus eorum usque in fines terræ. Tempore Iudæorum notus tantum erat in Iudæa Deus. at nunc in omni terra. Vas metalli æris, ora significat (ut diximus) Prædicatorum. Ferrum interius, linguam eorum. Per funem intelligimus mensuram nostræ uitæ. Vnde dicebat Paulus. Sed ipsi in nobis nosmetipsos metiẽtes & comparantes nosmetipsos nobis. Mensura meę conuersationis nusquam mihi satius ostendit quam in scripturæ. Ac ideo funem scripturam intelligo. Funis qui habet initium à ligno, scripturam sacram significat noui Testamenti, descendentem à ligno dominicæ crucis. Quod tamen lignum à superioribus continetur, quia Dominica crux à Prophetis & antiquis patribus continetur: Qui funis usque ad manus sacerdotis pertransit. Etenim scriptura ad opera sacerdotum debet transire. De qua dicit Gregorius, in libro de ædificio Templi: Quisquis hanc legit, in ea semetipsum metitur, uel quantum in spirituali uirtute proficit, uel quantum à bonis quæ præcepta sunt longe disiunctus remansit: quantum iam adsurgat ad bona facienda, quantum adhuc in prauis prostratus iaceat.


Psal. 75: Quid uas, plectrũ & funis campanæ significant. *2. Cor. 10.* *Mysterium funis campanæ.* *Gregorius.*

*Hæc uerba nouissima ualde congruunt operi presbyteri, qui signum mouet: Quando funem sequitur insursum, id agit, ut in seipso recogitet, quantum ad bona opera sit erectus: Quando deorsum trahit, id cousyderat, quantum iaceat adhuc in prauis. Qui secundum uerba sancti Gregorij semetipsum metitur, ipse habilis est, fratres uocare ad unum cor & unam animam. Ne despiciat presbyter hoc opus agere, ut in isto imitator sit filiorum Aaron, sicut & in multis cæteris. Qui recognoscit debitorem esse prædicationis, non debet se retrahere à mouendis signis: cum ex eisdem possit prædicare populo: Vinculum: quo plectrum ligatur uasi, quædam moderatio est: q̃ scit

Trahere funem sursum ac deorsum *Ne despiciat presbyter pulsare campanam.* *Vinculum plectri quid significat.*

ad tempus mouere plectrum linguæ, ut labia ferian-tur. Vinculum ad tactum funis mouet plectrum, quando modestia ad auctoritatem sacræ scripturæ linguam prædicatoris mouet.

De situ Ecclesiæ. *Caput I I.*



Ecclesia est conuersatio populorum, per ministros Ecclesię, ab eo qui facit unanimes habitare in domo. Ipsa domus uocatur Ecclesia, quia Ecclesiam continet. Ipsa uocatur Kyrica, quia est Dominicalis. Kyrios Græce, Latine Dominus: Ac ideo Kyrica Dominicalis. Ipsa uocatur Basilica, Id est, Regalis, a Basileo. Basileus Rex dicitur, quasi basis populi. Laos populus dr: Basilaus basis populi. Vnde Isidorus: Basilicæ prius uocabantur Regum habitacula, unde & nomen habent. Nam Basileus Rex: & Basilicæ, Regiæ habitationes. Nunc autem ideo diuina templa Basilicæ nominantur, quia ibi Regi Deo cultus & sacrificia offeruntur. Iosephus simili modo nominat domum, quam ædificauit Salomon ad suum opus, dicens. Post templi fabricam, quam septem annis prædiximus, fuisse perfectam, ædificium domuum Regalium construere cœpit, quod 13. annis uix impleuit: Non enim huiusmodi erat feruens studium, sicut in templo. Et post pauca. Hæc quidem secundum fælicitatem Hebraicæ regionis, ac merito Regis ædificata sunt. Quorum totam expositionem & ordinem dicere necessarium est, ut ex hoc omnes coniiciant magnitudinem, cum legentes uiderint huius rei descriptionem. Erat magna Basilica nimis & pulchra: Hæc innumera columnarum multitudine portabatur, quam ad iudicia rerumque cognitiones distribuit.

Psal. 67.

Ecclesia, Kirica idest Dominica dicitur.

Basilica pro templo accipitur.

Iosephus de antiq. li. 8. c. 3. Et de bello Iudaico li. 6. ca. 8

Basilica Salomonis.

Audistis ex auctoritate ueteri ideo conuenisse populum

pulum ad Basilicam, ut audiret iudicia. Audite Apostolum cur conueniatur in Ecclesia. Itaque fratres mei (inquit) cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis autem esurit, domi mãducet, ut non in iudicium cónueniatis. Monstrante Paulo, propterea conuenimus ad Ecclesiam, ut manducemus cęnã Domini. Duo audistis cur conueniat populus: Vnum ex antiqua traditione est, ut iudicia rerum & cognitionis accipiat: Alterum ex nouo testamento, ut manducet. Vtraque quærimus ad Ecclesiam, scilicet ut in ea audiamus iudicia nostra, mala, siue bona: & cognitionem Dei, & ut manducemus corpus Domini. Idcirco quæ præter ista sunt postponamus eo tempore, ut iudicia Domini percipere & retinere queamus, & panem Domini manducare, studentes nosmetipsos probare, si digne possit a nobis manducari.

1. Cor. 11.

Duplex causa conueniẽdi ad ecclesiam.

In conuentu Ecclesiastico seorsum masculi, & seorsum fœminæ stant. Quod accepimus a uetere consuetudine, dicente Beda, in tractatu super Lucam. Quærit aliquis, quomodo Dei filius tanta parẽtum cura nutritus his abeuntibus potuerit obliuiscendo relinqui. Cui respondendum, Quia filiis Israhel moris fuerit, ut temporibus festis uel Hierosolyma confluentes, uel ad propria redeuntes, seorsum uiri, seorsum autem fęminæ choros ducentes, incederent: Infantesque uel pueri cum quolibet parente indifferenter ire potuerint. Ideoque beatam Mariam uel Ioseph uicissim putasse, puerum Iesum, quem secum comitari non cernebant, cum altero parente reuersum.

In Ecclesiã seorsum uiros, & seorsum fœminas stare.

Beda To. 2. Super Luc. cap. 2.

Lucæ 2.

Quamuis & aliud in re possimus tenere, quod caro uiri & mulieris, si proprius accesserint, unũquodque ex altero accendatur ad libidinem. Qua de re dicit Salomon: Longe fac ab ea uiam tuam. Quoniam propterea uenimus, ut defleamus carnales delectationes,

Cur separatim stant uiri & mulie res.

Prouerb. 5

tiones, necesse est uitare fomenta earum. De habitu
1. Cor. 11. mulierum docet Paulus Corinthios. Vos ipsi iudica te, inquit, decet mulierem non uelatam orare Domi num? nam ipsa natura docet uos, quod uir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: Mulier uero, si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro uelamine ei dati sunt. Ambrosius in Epistola ad Corin-
Ambro. thios. Mulier, inquit, idcirco debet uelare caput, q̃a non est imago Dei, sed ut ostendatur subiecta. Et q̃a
Cur mulier uelato debet esse capite. præuaricatio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, ut in Ecclesia propter reuerentiam sacerdotalem, non habeat caput liberum, sed uelamine tectum: Nec habeat potestatem loquendi, quia sacerdos personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicẽ, sic ante sacerdotem, quia uicarius Domini est, propter reatus originem subiecta debet uideri.

Et alio modo. Quia & uiri quidam comam nutriebant, & mulieres nudo capite procedebant in ecclesiam, gloriãtes in crinibus: Qđ nõ solũ inhonestũ erat, sed ẽt concupiscẽtiæ fomẽta p̃stabat. Masculi stãt in Australi parte, & fœminæ in Boreali, ut ostẽdatur p̃
Cur uiri in Australi, fœminæ in Boreali parte stant. fortiorem sexum, firmiores sanctos semper constitui in maioribus temptationibus æstus huius mundi: & per fragiliorem sexum infirmiores in aptiore loco, sicut dicit Paulus Apostolus: Fidelis est Deus, qui non patietur uos temptari, supra id quod potestis.
1. Cor. 10.
Apocal. 10. Ad hoc quidem pertinet, quod Ioannes in Apocalypsi sua, uidit Angelum fortem, qui posuit pedem suũ dextrum super mare, sinistrum super terram. Fortiora etenim membra in maioribus periculis, & alia in
Quid in tẽplo loquendum sit. competentibus sistuntur. Locutionem quam homines debent habere in ecclesia, Paulus manifestat, di-
Ephes. 5. cens ad Ephesios, Loquentes uobismetipsis in Psalmis & Hymnis, & canticis spiritualibus. Quod ita Hieronymus in tractatu memoratæ Epistolæ. Qui se abstinuerit ab ebrietate uini, in quo est luxuria, &

per hoc

per hoc ſpiritu fuerit impletus, iſte omnia poteſt accipere ſpiritualiter: Pſalmos, Hymnos, & Cantica. Quid autem interſit inter Pſalmum, Hymnum & canticum, in Pſalterio pleniſſime diſcimus. Hic autem breuiter Hymnos eſſe dicendum, qui fortitudinem & maieſtatem prædicans Dei, & eiuſdem ſemper uel beneficia uel facta mirantur. Quod omnes Pſalmi continent, quibus Alleluia uel præpoſitum uel ſubiectum eſt. Pſalmi autem proprie ad Ethicum locum pertinent, ut per organum corporis, quid faciendum, & quid uitãdum ſit, nouerimus. Qui uero de ſuperioribus diſputat, & conuentum mundi, omniumque creaturarum ordinem atque cõcordiam, ſubtilis diſputator ediſſerit, iſte ſpirituale cãticum canit. Vel certè, ut propter ſimpliciores maniſeſtius quod uolumus eloquamur: pſalmus ad corpus, canticum refertur ad maieſtatem. Et canere igitur, & pſallere, & laudare dominum, magis animo quam uoce debemus. Quod prætermiſimus, quis Apoſtolorum primus ſtatuerit, ut fœminæ uelato capite intrarent in Eccleſiam, lucremur intromittere. Linus, natione Italus (ut legitur in Geſtis epiſcopalibus) ex præcepto beati Petri conſtituit, ut mulier in Eccleſiam uelato capite introiret.

Quomodo differunt Hymni, Pſalmi, & Cantica.

Nota

De Choro Cantorum. *Caput III.*

AVguſtinus in pſalmo centeſimo 49. ait. Chorus quid ſignificet multi norunt: Chorum, quia in ciuitate loquimur, prope omnes norunt. Chorus eſt conſenſio cantantium. Si in Choro cantamus cordi cantamus. In Choro cantantium quiſquis uoce diſcrepuerit, offendit auditum, & perturbat chorum. Iſidorus: Chorus eſt multitudo in ſacris collectus. Et dictus Chorus quod initio in modum coronæ circum aras ſtarent, & ita pſallerent.

Quid Chorus ex Auguſt. To.8.

Cantorum ordo à Dauid constitutus. Cantorum ordinem suscipimus ex Dauidica institutione, quando reportanda erat arca Domini de Domo Obethedom, in ciuitatem Dauid: præcepit Dauid (ut uerba dierum narrant) constituere Leuitas de *1.Para.16.* fratribus suis, cantores in organis Musicorum. Constituerunt Leuitæ Eman, Asaph, Ethan, ut concreparent in Cymbalis æneis. Et post reliqua. Asaph autem in Cymbalis personaret. Banaias uero & Iaziel sacerdotes canere tubis iugiter coram arca fœderis Domini. In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph & fratres eius. Et iterum. Eman quoque & Idithun canentes tuba, & quatientes Cymbala, & omnia musicorum organa, ad canendum Deo. Et iterum. Cantores filii Asaph stabant in ordine suo iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Eman, & Idithun, prophetarum Regis.

1.Parali.6. Cantorum primus (ut uerba dierum narrant) Emã *Alias. Hæman et Helcana.* extitit. Hi uero sunt qui assistebant cum filiis suis, de filiis Caath. Eman cantor filius Iohel, filii Samuel, filii Elchana, filii Geroã, filii Heliel, filii Itho, filii Sub, filii Elchana, filii Maach, filii Masai, filii Elchana, filii Iohel, filii Atarię, filii Sophonię, filii Caath, filii Asir, filii Abisaoh, filii Chore, filii Saar, filii Caath, filii Leui, filii Israhel: & fratres eius qui stabant a dextris eius. Officii tamen illorum auctor extitit Dauid: De *August. To.5.* qua re dicit Augustinus, in libro 17. De ciuitate Dei, cap. 14. Erat autem Dauid uir in canticis eruditus, qui harmoniam Musicam non uulgari uoluptate, sed fideli uoluntate dilexerit: Ita Deo suo, qui uerus est Deus, in ista rei magnæ figuratione seruierit. Diuersorum enim sonorum rationabilis & moderatus concentus: Concordi uarietate compactam bene *Symphonia Chori quid.* ordinatæ ciuitatis insinuat unitatem. Hic tractent cantores quid significet Symphonia eorum. Ea admonent plebem, ut in unitate unius Dei cultus perseuerent. Etiam si aliquis surdus affuerit, idipsum

statu

statu illorum in Choro ordinatissimo insinuant, ut qui auribus capere non possunt unitatem, uisu capiant. Porro cantores laudatores dei sunt, & ad laudẽ cæteros excitantes. De quo Hierony. in tractatu Esaiæ, lib. 1. Et super choros (qui in libro dierum plenius describuntur) Asaph, & Idithun, & Eman, & filii Core constituti sunt, ut paulatim a sacrificiis uictimarum ad laudes domini transiret religio. Id frequentissimè reperitur in ueteri Testamento, ubi eorum officium narratur, opus eorum esse confessionem domini. Hic uersus sæpissime cantoribus imputatur: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Nostri cantores non tenent cymbala neque lyram, nec citharam manibus, neque cætera genera musicorum: sed corde. Quanto cor maius est corpore, tanto Deo deuotius exhibetur, quod per cor fit, quam per corpus. Ipsi cantores sunt tuba, ipsi Psalterium, ipsi Cithara, ipsi Tympanum, ipsi Chorus, ipsi Chordæ, ipsi Organum, ipsi Cymbala. Vnde August. in libro Psalmorũ nouissimi Psalmi. Idem ipsi sancti sunt in omnibus organis musicis. Et paulo post. Laudate Dominum in sanctis eius: hoc exequitur uariè, significans eosdem ipsos sanctos eius. Laudate eum in sono tubæ, propter laudis excellsissimam claritatem. Laudate eum in Psalterio, & cithara. Psalterium est de superioribus laudans dominum. Cithara, de inferioribus laudans dominum: Tanquam de cælestibus & terrestribus, tanquam eum qui fecit cælum & terram. Iam quippe in alio Psalmo exposuimus, habere desuper sonorum illud signum, cui neruorum series, ut meliorem sonum reddat, incumbit, quod lignum in Cithara inferius habet. Laudate eum in Tympano & choro. Tympanum laudat dominum, cum iam in carne nulla est terrenæ corruptionis infirmitas: De corio quippe Tympanum est siccato atque firmato. Chorus laudat

Cantorum officium.

Hieronym. 1. Par. 6. et 16.

Augustinus, To. 8.

Differunt Psalterium et Cithara.

Laudate in Tympano & Choro.

dat dominum, quando eum laudat pacata societas. Laudate eum in chordis & organo. Chordas habet & psalterium & cithara, quæ superius cõmemorata sunt: Organum autem generale nomen est uasorum omnium musicorum. Quamuis iam obtinuerit consuetudo, ut Organa proprie dicantur ea, quæ inflantur follibus. Quod genus significatum hic esse non arbitror. Nam cum Organum uocabulum Græcum sit (ut dixi) generale omnibus Musicis instrumentis, hoc cui folles adhibentur, alio Græci nomine appellant: ut cum Organum dicatur, magis latina & ea uulgaris est consuetudo. Quod ergo ait, in chordis & Organo, uidetur mihi aliquod Organum, quod chordas habebat, significare uoluisse. Non enim sola psalteria & Cythara, chordas habent: Sed quia in psalterio & cithara, propter sonum ab inferioribus & superioribus inuentum est aliquid, quod secũdum hanc distinctionem possit intelligi, aliud nos in ipsis chordis quærere admonuit: quia ipsæ caro sunt, sed iam corruptione liberata. Quibus ideo fortasse addidit Organum, non ut singulæ sonent, sed ut diuersitate concordissima consonent, sicut ordinatur in Organo. Habebunt enim etiam hanc sancti differentiam, ad suas consonantes non dissonantes, id est, consentientes non dissentientes: chordas sicut fit suauissimus cantus, ex diuersis quidem, sed non aduersis inter se. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Laudate eum in Cymbalis bene sonantibus: Laudate eum in Cymbalis iubilationis. Cymbala inuicem tanguntur ut sonent. Ideo à quibusdam, labiis nostris comparata sunt: sed melius intelligi puto, in Cymbalis quodammodo laudari Dominum, dum quisque honoratur à proximo, non à seipso: & inuicem honorantes, dant laudem Deo.

Quid Organum. *Mysterium in Chordis.* *1. Cor. 15.* *Laudare in Cymbalis.* *Rom. 12.*

De uestimento Cantorum. *Cap.* IIII.

PRimi Cantores uestiti erant bysfinis (ut uerba dierum narrant)dicendo: Tàm Leuitæ quàm cãtores, id est, qui sub Asaph erant,& qui sub Eman, & qui sub Idithun: filii & fratres eorum, uestiti bysfinis. Cymbalis, & Psalteriis & citharis concrepabant. *2.Paral.5.*

Ex natura byssi possumus intelligere, quàm proxima sint inter se hæc duo,byssus & linum, quo nostri cantores utuntur:Dicente Beda, in libro de taberna-culo & uasis eius.Byssus nanque(ut sæpius commemoratum est)de terra uiridis nascitur, sed eruta, de terra siccatur.Contunditur* quoque, & torquetur, ac magno & longo exercitio ad candidum de uiridi producitur colorem.Sic & caro nostra, ut ad uirtutẽ decoremque castitatis perueniat, arctius necesse est ieiuniorum,orationis,uigiliarum, & totius continentiæ laboribus subigatur:quibus naturales & uelut ingenitas eius delectationes exsiccare, atque ad eam, quam desideramus,dignitatẽ uirtutis accedere queamus. Et in alio loco eiusdem. Quid per byssum, nisi candens decore munditiæ corporalis castitas designatur. *Cur Byssinis et lineis uestiuntur Cantores.* *Beda lib. 2. cap. 13.* **coquitur.* *Bysso & lino cast. tas designatur.*

In significatione non discrepat nostrum linũ, quo nostri cantores uestiuntur,a bysso. Ipsi enim labores (quos supra diximus)non sunt candor, sed per eos peruenitur ad candorem. Ac ideo (ut prætulimus) per casulam possumus intelligere ipsos labores: In camisia uerò ipsam munditiem carnis, quæ splendet ante Dominum.Ex nobis ipsis possumus addiscere: aliud esse ieiunium,orationes,& uigilias: & aliud mũditiam carnis.Multi enim ieiunant, & orant ac uigilant:(& quod grauius est)delinquunt per carnis appetitum. Vnde & Hieronymus, in tractatu Epistolæ *Nõ omnes qui laborãt uigiliis ieiuniis &c. casti sunt.*

ad

ad Ephesios. Quanti enim diligunt dominum, parati exilia, parati martyria, parati inopiam, & omnia pro eo contumeliarum genera sustinere, & nihilominus carnis passione superantur.

De introitu Episcopi ad Missam.
Caput V.

Introitus quid significat.

OFficium, quod uocatur Introitus Missæ, habet initium à prima Antiphona, quæ dicitur Introitus, & finitur in oratione, quæ a sacerdote dicitur ante lectionem. Introitus Episcopi ad Missam, qui Vicarius est Christi, ipsius aduentum nobis ad memoriam reducit: & populi adunationem ad eum, siue per suam prædicationem, siue suorum prædicatorum. Introitus Episcopi celebratur usque ad sessionem suam.

Tangit enim ex parte officium, quod Christus corporaliter gessit in terra, siue discipuli eius, usquequò ascēdit ad sedē paternā. Hoc officiū addidit Missę Cęlestinus, Qui (ut in gestis Pontificalibus continetur) constituit, ut Psalmi Dauid Centum L. ante sacrificiū psallerentur antiphonatim ex omnibus, quod ante non fiebat: nisi tantum epistola Beati Pauli Apostoli recitabatur, & sanctum Euangelium: & sic Missa celebrabatur.

Quod nos ita intelligimus, ut ex omnibus Psalmis excerperet Antiphonas quæ psallerentur in officio Missę. Nam antea inchoabatur Missa a lectione; Qui mos adhuc retinetur in uigiliis Paschæ, & in uigiliis Pentecostes. Christus filius Dei, qui elegit suos ante constitutionem mundi, ut essent sancti & immaculati, misit præcones in ueteri testamento (ut de aliis taceam) qui suauitate & modulatione uocis populum suum congregarent ad unius Dei cultum. Quorum auctor fuit Dauid, de quo Augustinum prætulimus,

Ephe. 1.

Supra c. 3. August. de ciui. Dei, libr. 17. c. 14

mus, dicentem in superioribus. Erat autem Dauid uir in canticis eruditus, qui harmoniam Musicam, non uulgari uoluptate, sed fideli uolũtate dilexerit, & reliqua. Post eum Eman, Asaph, Ethan & Idithun, de quibus iam prædictum est: & quid significet eorum psalterium, Cithara, Tympanum, Chordæ, Organum, &c.

Cur non se detur, sub introitus of cio.

Hæc sunt omnia in opere & cantu: Vnde mos ino leuit, ut non sedeatur in Ecclesia, quam diu præsens officium agitur: Quoniam operi & labori Christi siue * præconuentus depũtatur, quo prædestinati ad cultum unius Dei uocantur: De quo statu dicit libellus, qui inscribitur de Ordine Romano. Pontifex incipit: Gloria in excelsis Deo, si tempus fuerit: & non sedet, antequam dicant post orationem primam, Amen.

**al. præcon centui.*

Quomodo trahimur ad Christũ. *Aug. To. 9.*

Quicunque enim Deo attrahitur, delectatione ad trahitur, non necessitate. Vnde Augustinus, in tractatu super Ioannem, sermone xxiij. Porro si Poetæ dicere licuit.

Trahit sua quenque uoluptas.

Vergi. in Buc.

NON necessitas sed uoluptas, non obligatio sed delectatio: Quantò fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur ueritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna uita? Ac ideo cantorum uox dulcis huic operi dedita est, ut sua* dulcitudine idonea sit hortari populum ad confitendum Domino. Ita enim scriptum est, in libro Paralipomenon. Igitur cunctis pariter & tubis & uoce, Cymbalis & Organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & uocem in sublime tollentibus, longe sonitus auditur: Vt cum dominum laudare cœpissent & dicerent. Confitemini Domino quoniam bonus, quoniã in æternum misericordia eius: Impleretur domus dei nube, nec possent sacerdotes stare, & ministrare

Cantorum uox dulcis. **dulcedine.* *2. Para. 5.*

propter

Quid currus Christi per quem uenit. propter caliginem: Compleuerat enim gloria domini domum domini. Præconibus psallentibus, quando placuit Christo Domino psallentum uenire: ascēdit super currum suum, & uenit in mundum; disponere eundem currum per loca congrua. De quo curru dicit Psalmista. *Psalm. 67.* Currus Dei decem millium multiplex. *Aug. To. 8.* Vnde Augustinus, iterum in Psalmo 67. Multitudinem sanctorum atque fidelium: qui portando Deum fiunt quodammodo currus Dei, significauit hoc nomine. Hanc in manendo & regendo perducit in finem, tanquam *cursum suum, uelut in locum aliquem destinatum. **currum.*

Currus dei decem milium Mystice. Multitudo decem milium sanctorum est in ordinibus Ecclesiasticis, & auditoribus eorum. Septem gradus sunt ordinatorum: Octauus cantorum, Nonus & Decimus auditorum utriusque sexus. Milium additur ad insinuandam perfectionem eorum: ueniente domino ducit secum Prophetas, sapientes & scribas. *Mysterium processiōis.* Hos in Euangelio promisit se mittere ad inuitandum populum. *Matth. 23.* Ecce ego mitto ad uos (inquit) Prophetas, & sapientes, & scribas, & reliqua. *Qui sunt Prophetæ, sapientes et scribæ in nouo Test.* Diaconi in loco Prophetarum sunt, quia nunciant ex Euangelio futuram uitam. Subdiaconi in loco sapientum, qui sciunt ordinatè uasa Domini disponere: & quid primum ferendum sit, quidquè posterius. Acolyti in loco scribarum, qui accendunt corda fidelium ex scriptura sacra. *Thymiama significat corpus Christi.* Prçuenit in thuribulo thymiama, quod significat Corpus Christi, plenum odore bono. Hoc enim corpus primo necesse est prædicare in omnibus gentibus. Vnde Paulus dicebat ad rudes Corinthios: *1. Cor. 2.* Nihil me iudicaui scire inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum. *Candelabra illuminationem prædicatorum.* Dein ferantur candelabra, ut supra fundamentum iā positum luceat lux prędicatorum coram hominibus. Iam eos inluminatos sequantur Subdiaconi: ut possit prædicatorum ordo dicere: *1. Cor. 2.* Sapientiam loquimur inter

inter perfectos. Euangelium illis iungatur, in quo est declarata perfectio. Si uis (inquit) perfectus esse, uade & uende omnia, & reliqua. Episcopus & sibi coniuncti Euangelium sequantur, iuxta illud Euangelicum. Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me. Ante oculos habeat sæpissime Episcopus, quod in mente semper oportet retinere. Septem Prophetę siue Diaconi sunt in ministerio, quia septempliciter diuiditur scriptura, inter nouum Testamentum & uetus, quæ Euangelio ministrat. Episcopus in medio Vicarius Christi quasi Euangelium. Habet in nouo Testamento ministros historiæ, ut Lucam in Actibus Apostolorum: Habet ministros in septem Epistolis Canonicis: Habet & ministros in 14. epistolis Pauli, habet & ministros in Apocalypsi. In ueteri Testamento, in lege, Prophetis, & Psalmis. Vnde scriptum est in Euangelio Lucæ. Quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. At si Quinq; fuerint, Quinque ministros librorum demonstrant Euangelium ministrare: Episcopus in medio, quasi Euangelium habet in nouo Testamento: Primum ordinem prædicatorum historiæ, secundum epistolarum, tertium Prophetarum, ut est Apocalypsis. In ueteri testamento: unum legis, & alterum prophetiæ. Hæc duo Philippus in Ioannis Euangelio ad medium deducit, dicens. Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetę: inuenimus Iesum filiũ Ioseph à Nazareth. At si fuerint tres, tres ministrationes trium librorum, fons omnis sapientiæ Euangelium in medio, duos libros in nouo Testamento, scilicet Epistolarum & Prophetarum. Liber Actus Apostolorum, qui mittitur Theophilo epistolis coniungitur, Ex una re est epistola, quia mittitur alicui homini: ex altera, quia historiam tantum continet, stat per se. In ueteri Testamento unum, omnis scriptura apud ueteres Lex nominatur, sicut de Psalmis

Matt. 19. *Matt. 16.* *Mysterium septem diaconorum.* *Lucæ 24.* *Diaconi quinque.* *Ioann. 1.* *Diaconi tres.* *Generaliter totum uetus Testamentum lex dicitur.*

Psalmis dicitur: Et in lege uestra scriptum est, quia ego dixi dij estis. Vnde Augustinus memoratus, in tractatu super Ioannem sermone 44. Legem appellauit Dominus generaliter omnes illas scripturas. Quamuis alibi specialiter dicat Legem, à Prophetis eam distinguens: sicuti est, Lex & Prophetę usque ad Ioannem prophetauerunt. Et, In his duobus pręceptis tota Lex pendet & Prophetæ. Aliquando autem in trina diuisit easdem scripturas: ubi ait, Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in Lege, & Prophetis, & in Psalmis de me.

Ioann. 10. Psalm. 81. Vetus testamentum aliquando in duo, aliquando in tria diuiditur. Matth. 11. Matth. 22.

Si unus fuerit, unum præceptum dilectionis ostendit, ut Apostolus ad Galatas. Omnis enim lex in uno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Ministerium Prophetæ est, ex memoratis libris Euangelicam ueritatem approbare, ut moderatè prophetia disponatur: habeat ante se Subdiaconorũ sapientiam scilicet, ut congruo tempore prophetẽt: Et ita ordinatè, ut possit capi ab auditoribus quod dicitur. Acolytorum lux doctorum opus expleat: ut in manifestam lucem perducãt memoratos libros. Qui enim Christum præcedit ad aliquem locum, ut Euangelium prædicet, ita uero sapientes debet pręcedere, ut * possit auditoribus, & explanet obscuros sensus scripturarum. Postquam transit Vicarius Christi in medio adolescentularum Tympanistriarum: De quibus August. qui supra. In ministerio (inquit) honorabili, Nam ita sunt in medio ministri, præpositi Ecclesiarum nouarum, hoc enim sunt adolescentularum, carne edomita Deum laudantium.

*Vnum præceptum totius legis. Galat. 5. Ministeriũ Diaconorum. *prosit. Psalm. 67.*

Sapientia, id est, subdiaconi, uadunt in medio adolescentularum Tympanistriarum, ut doceant quem laudare debeant Tympanistrię. Tympanistriæ cantores sunt. Ministerium cantorum laudem resonat, ut idem in Psalmo septuagesimosecundo. Qui enim cãtat laudem, non solum laudat, sed etiam hilariter laudat:

Tympanistriæ Cantores dicuntur. Cantare laudẽ quid est.

dat: Qui cantat laudem, non solum laudat, sed & amat eum cui cantat.

Notum est, quid ueteres cantores in lege amabãt: De quorum persona dicebat Dauid. Vt iumentum factus sum apud te: Scilicet ut liberos haberent, opibus abundarent, honore fruerentur, & sanitate gauderẽt: Christo homine nouo ueniente cor eorum mutari oportebat ad meliora. Sapientia Subdiaconorum innouat eos, ut qui unum antea tantum dominum dicebant, non in tribus personis: dicant nunc, Gloria patri & filio, & spiritui sancto. Sed expectandum est usque dum id fiat, quod precatur sponsa in Canticis canticorum. Osculetur me osculo oris sui. Scitis dicente Apostolo, Christum semetipsum exinaniuisse, & formam serui accepisse. Quapropter postquã præsentatus est Ecclesiæ, inclinatus stat usque ad impletionem suæ humilitatis: In qua factus est patri obediens usque ad mortem. In ipsa inclinatione dat pacem ministris, qui à dextris leuaque sunt. Ipse est enim pax, per quem reconciliatur Ecclesia Deo, siue de nouo Testamento, siue de ueteri. Ipse destruxit medium parietem inimicitiarũ, fecit utrunque unũ. Pacem dedit his qui longe, & pacem his qui prope: Eandem pacem offert cantoribus qui retro stãt, adimplens quæ dixit discipulis. Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Præsentibus dat: absentibus, siue ueteri testamento siue nouo relinquit. Hoc est quod solemus dicere, Innuit Episcopus cantori. Quo facto, sapientia Dei quasi aduentu Subdiaconorum intelligunt cantores, mutati iam de ueteri, trinitatem domini laudare, & dicunt, Gloria patri, & filio, & spiritui sancto. Diaconi quasi Chorus Prophetarum stant cum eo humiliati, & dicunt, Domine doce nos orare. Ex spiritu prophetiæ, id est, spiritu reuelationis cognoscunt, non se posse habere affectum in oratione ad patrem, nisi ab eodẽ unigenito filio eius,

Cantores uet. test. ut iumenta erant. *Psal. 72.* *Cantores no. test. innuati sunt.* *Cur Episcopus osculatur ministros inclinatus.* *Cant. 1.* *Philip. 2.* *Christus pax nostra.* *Ephes. 2.* *Ioan. 14.* *Innuente Episcopo Cãtores dicũt. Gloria patri &c.* *Matt. 6.* *Luc. 11.*

qui est in sinu patris, edoceantur. Quod separatim diximus de Diaconis & Subdiaconis, & Acolytis: De uno quoque discipulo Christi intelligimus, sed propter quosdam profectus affectuum, unius prædicatoris opus distinguitur per multiplices ordines. Cæterum Propheta Diaconus, sapiens & scriba: Sapiens Subdiaconus, Propheta & scriba: Scriba Acolytus, Propheta & sapiens, docet Christus orare discipulos. Quapropter cantores, id est, laudatores, aduentus domini annunciant tempus esse, ut corda patrũ conuertantur in filios. Sicut Abraham tres Angelos uidit, & tamen unum Deum adorauit, & credidit Trinitatem in unitate: sic & modo filios Abrahæ oportet credere, Et dicunt: Sicut erat in principio, & nunc & semper, & reliqua. Ecce messis multa, de qua dicitur in Euangelio. Messis quidem multa, operarij autem pauci: Rogate ergo dominum messis, ut mittat operarios in messem suam: Christus dominus messis, mittit operarios in messem suam, ut scriptum est in Luca. Post hæc autem designauit dominus & alios septuaginta duos, & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum, quo erat ipse uenturus:

Diuersorũ ordinũ unũ opus. *Luc. 1.* *Fides Trinitatis.* *Genes. 18.* *Matth. 9.* *Meßis multa operariũ pauci.* *Luc. 10.*

Eodem modo uicissim duo Diaconi altrinsecus uadunt osculari latera altaris. Per osculum eorum demonstratur pax, quam eis commendauit dominus, dicens. In quamcunque domum intraueritis, primũ dicite: Pax huic domui. Altare uel alio modo mensa, quæ osculatur, corda electorum significat, siue in Hierusalem, seu extra Hierusalem: Unde Gregorius in libro de ædificatione templi. Corda itaque sanctorum mensæ Dei sunt.

Cur duo Diaconi osculãtur latera altaris *Matth. 10.*

Postea reuertuntur ad Episcopum. Sic & Euangelio dicente, legimus fecisse missos illo tempore: Et reuersi (inquit) Apostoli nunciauerunt illi quæ fecerunt. Et in sequentibus. Factum est, cum solus esset orans,

Luc. 10. *Luc. 11.*

orans; erant tum & discipuli. Sunt discipuli cũ Christo, Christus solus erat. Dein postquam tempus aduenit prçconij Dominicæ passionis, cantores (ut ad memoriam reducant Christi nouissimam humiliationem) dicunt uersum de psalterio. Psalterium ex inferiore parte percutitur, & ex superiore parte habet in quo reboat. Sic & opus passionis Christi, ab inferiore parte habet percussuram, à superiore parte dulcedinem Resurrectionis, quæ resultat longè lateque per ora prædicatorum. Adimpleto tempore per conatus præconum, uadit Christus ad Hierusalem, in qua est altare quod osculatur in medio: Quoniam ipse est de quo dicitur in Canticis canticorum. Media charitate constrauit propter filias Hierusalem. Vicarius Christi hæc omnia agit in memoriam primi aduentus Christi. Osculatur altare, ut ostendat aduentum Christi fuisse Hierusalem: Osculatur Euangelium, in quo duo populi ad pacem redeunt, ut & nos eos diligamus, qui disiuncti erant à nobis. Oscula uicarij Christi, osculo Christi congruunt. Sicut Christus primò osculum his præbuit, qui primò crediderunt: sic Episcopus ministris primis. Et sicut Christus his se offert ultrò, quibus dicit: Missus sum ad oues quç perierant domus Israel: sic se Episcopus altari, per quod recolimus Hierusalem, in qua dominus suos dilexit usque in finem, secundum Ioannem. Et sicut Christus asciuit sibi postea gentilem populum; qui reconciliatus est Deo in nouo testamento, sic Episcopus Euangelium, quod est nouum testamentum. Remanet Euangelium in altari ab initio officij, usque dum à ministro assumatur ad legendum: Quia ab initio aduentus Christi euangelica doctrina resonuit in Hierusalem, & inde exiuit ad publicum, sicut scriptum est. De Sion exiuit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Deinde transit episcopus ad dexteram altaris: Liquet omnibus, quod semper Christus egit

Cantores introitus uersum ex Psalterio dicunt.

Cur Episcopus osculatur altare & Euangelium.

Cant. 3.

Repræsentatio osculorũ Christi per Episcopum.

Matt. 15.

Liber Euãgelii in altari.

Esaiæ. 2.

dexteram uitam, postquam resurrexit à mortuis.

Matt.16. Diaconi postea stant in ordine, quibus ille prædixit. Si quis uult pōst me uenire, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui post eū stant, firmati sunt, ut eum sequantur usque ad mortem, & cum eo transeant ad æternam uitam. Maior pars in dextera parte stat, & minor in sinistra. Quid

1.Thess.5. munus illorum significet, prædictum est: Ad insinuādum nobis liberè uetus Testamentum legere & tenere, ut Apostolus: Omnia autem probate. Aliqua pars ministrorum in sinistra parte stat, per quam temporalis benedictio designatur. Certe & nostra Ecclesia utrunque petit * ad dominum, & temporalem benedictionem & æternam. Temporalē petimus, quando precamur, ut Deus conseruet dominos nostros, filios eorum: fructus terræ, & pace in terra. At æternam, quando iustitiam, sapientiam, & charitatem, & cætera. Inter hæc omnia Acolyti stant & tenent cereos in manibus. Quid aliud significet, nisi unumquenque doctorem debere habere in manibus doctrinam suam, ut magis studeat opere docere quam uerbis.

** a Domino* *Cerei in manibus Acolytorum.*

De Kyrieeleison. Caput VI.

HOc opere completo, id est, adunato per prædicationem Christi, populo Dei ex magna parte, in quo cantores, id est, Prædicatores magno certamine laborauerunt, ne aliqua præsumptio inutilis subripiat corda eorum, hortatur eos dominus dicere: dicite, serui inutiles sumus. Vnde Beda in tractatu super Lucam. Serui inutiles sumus, quia non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et alibi: Qui coronat te in miseratione & misericordia. Non ait, In meritis & operibus tuis. Quia cuius misericordia preuenimur,

Ne quis præsumat de merito operis sui. *Luc.17.* *Rom.8.* *Psal. 102.* *Matt.20.*

ut humiliter Deo seruiamus: eius munere coronamur, ut sublimiter cum illo regnemus. Quod debuimus facere, fecimus. Re uera debuimus, quia qui nō uenit ministrari, sed ministrare: debitores sibi nos fecit, non nostris uidelicet operibus confidentes, sed de eius semper examine pauentes.

Ac ideo dicant cantores Kyrieeleison, potentia diuina: Christeeleison, qui nos redemisti sanguine tuo: Iterum Krieeleison, tu qui redisti ad patrem, & ea claritate honoraris, qua honoratus es antequàm mūdus fieret. Potest & simpliciter intelligi de Kyrieeleison, necessariò constitutum esse à præceptoribus Ecclesiæ, ut cantores post finitam Antiphonam deprecentur domini misericordiam, quæ deprimat inanē iactantiam, quæ solet sequi cantores. Habent enim quandam exaltationem propter egregiam compositionem melodiarum, & non humiliationem lectionis, qua illuminamur ad studium humilitatis. Qua de re possunt fallaciter decipi per philosophiam & inanem fallaciam, secundum traditionem hominū. Vbi est uera Philosophia, non sequitur inanis fallacia: Vbi est pomposa doctrina, sequitur iactantia animi: Et alio modo: Ante omnem memorationem specialem sacerdotum, necesse est præcedere misericordiam domini, propter tres causas, quæ mihi in promptu occurrunt, Vna est, ut serenetur mens sacerdotis ad ea intendenda quæ ore dicit. Altera, ut dignus sit loqui Deo, quantum ad naturam humanam pertinet: Tertia, quòd si tædio aliquo corporali affectus, spiritus sine mente orauerit: dominus non in furore suo respiciat super illum, sed in iudicio misericordiæ. Oportet ut præcedat aliquid tale, quod repellat redundantes cogitationes à mente: quæ accidunt, uisu, auditu, cæterisque sensibus. ut oratione mens sola inuisibilia cogitet, quoniam inuisibili loquitur. Ac ideo in omnibus peractis officiis sequitur Kyrieeli-

Cur Kyrie eleison dicitur.

Cantorum iactātia in melodiis.

Coloss. 2.

Opus est oranti misericordia ꝑpter Tria.

Kyrieeleison ante orationẽ Dominicã in officijs horarum præmittitur.

ſon, ante orationem Dominicam, ut eſt in matutinali, & ueſpertinali Sinaxi. Nam quod nos Galli, finitis Pſalmis nocturnalibus, ſolemus cantare Orationem Dominicam, Romana Eccleſia permittit.

De Cereis, Caput VII.

Humilitas poſt peracta opera.
Iacob. 4.
Geneſ. 18.
Cereus in medio ſtãs, Chriſtum deſignat.
Matt. 18.
Cereoſtata ſunt uaria dona ſpiritus S.

DIcentibus Cantoribus Kyrieeleiſon, Acolyti è manibus ponunt cereos in terram altrinſecus, & unum in medio: quoniam poſt peracta bona opera, ad tantam humilitatem nos deducit ſpiritus ſanctus. Cuius lumen ſignatur lumine cereorum, qui ſuperbis reſiſtit & humilibus dat gratiam, ut uerè cognoſcamus nos eſſe cinerem & pulucrem: Quo lumine illuminatus eſt Patriarcha Abraham, quando poſt locutionem domini ad ſe factam, dixit: Quia ſemel cœpi, loquar ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Cereus in medio ſtãs, eum deſignat qui dicit: Vbi duo uel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum ſum. Numerus cereoſtatorũ non pertranſit ſeptenarium numerum: quoniam ſeptiformi ſpiritu illuminatur omnis Eccleſia, qui ſeptiformis ſpiritus ſingulariter in Chriſto habitat. Epiſopo aſcendente ad ſedem, cereoſtata mutantur de locis ſuis, in ordine unius lineæ; excepto primo, uſque ad altare. Per cereoſtata uaria dona gratiarum ſpiritus ſancti figurantur, per quæ illuminatur Eccleſia. In donis memoratis duo debemus memorari, id eſt, multifaria dona, & unitatem ſpiritus. Per cereoſtata altrinſecus poſita uſque nunc, diſtributa dona per corda electorum ſignantur. Per compoſitionẽ unius lineæ, unitas ſpiritus ſancti in ſingulis donis. Quæ compoſitio ex amuſſim habet à primo cereo, quem diximus ſignificare Chriſtum: A' quo procedit ſpiritus ſanctus, & in quo æternaliter manet. Ab ipſo enim miſſus eſt die Pentecoſtes: ceù uſque ad altare, id

Spiritus S. etiam à filio pcedit.

re, id est, usque ad corda electorum Apostolorum in igneis linguis. Ac ideo quod postea agitur in officio Missæ, illud tempus figurate exprimit, quo Apostoli Apostolorumque successores negocia domini exercent, quod finitur Euangelio perlecto. Potest & simpliciter intelligi dispositio cereorum, expeditus cursus circa altare ministrandi. *Act.2.*

De Gloria in excelsis Deo, Caput VIII.

Telesphorus, Natione Græcus, ex Anachorita, constituit, ut hymnus diceretur Angelicus, hoc est, Gloria in excelsis Deo, ante sacrificium. Symmachus, Quadragesimus quintus post Telesphorum, constituit, ut omni die Dominico & Natalytiis martyrum idem hymnus cantaretur. Hymnus, Gloria in excelsis Deo, laudis est, ut in Euangelio legimus. Et subito facta est cum Angelo multitudo cælestis, laudãtium Deum & dicentium: Gloria in excelsis Deo, Sacerdos quando dicit, Gloria in excelsis Deo, Orientis partes solet respicere: In quibus ita solemus dominum requirere, quasi ibi propria eius sedes sit, cum potius sciamus, eum ubique esse. Non est ordo, ut qui dominum laudare uoluerit, tergum ad eum uertat, & pectus ad seruos. Ipsum statum ex qualitate loci, ubi Angeli cecinerunt memoratum hymnum, possumus conijcere. Dominus qui ubique est, secundum formam serui, in Bethlehem erat: quæ Bethlehem nostram ecclesiam signat, quæ est domus panis. Angeli ad Orientem cecinerunt. De quo statu dicit Michæas: Et tuturris gregis nebulosa filiæ Sion, usque ad te uenient. *Hymnus laudis.* *Luc.2.* *Cur ad Orientem dicitur hic hymnus.* *Bethlehem Ecclesiam significat.* *Mih.4.*

Turris quippe gregis hebraicè turris Ader, mille circiter passibus à ciuitate Bethlehem ad Orientem distat.

Gloria Christi in transitu de passione ad cælū.

Diximus superius, transitum Episcopi de altari in dexteram partem significare Christi transitū, de passione ad æternam uitam: Ac ideo hoc in loco diximus, Gloria in excelsis Deo cantandum, quoniam gloria ineffabilis in excelsis facta est, quādo Christus transitu suo animas sanctorum copulauit consortio Angelorum. Hoc gaudium adnunciauit Angelus in natiuitate eius, dicens: Ecce ego euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie saluator.

Luca. 2.
Pax magna per Christum.
Matth. ult.

Manifestum est, quibus extitit saluator. Quando gloria resurrectionis eius celebrata est, tunc in terra pax hominibus fuit, quibus dicebat, Pax uobis. Pax magna est quando sub uno domino copulantur cœlestia & terrena. Ita factum esse post resurrectionem suam denunciat Saluator, dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

De prima oratione Missæ, Caput IX.

**præfatione.*
Cur in præfatione non uertitur ad populum sacerdos.
Luc. 9.
Exempla salutationis in uet. Test.
Iudith. 6.
Ruth. 2.

QVando dicimus, Pax uobiscum: quod est salutatio, ad populū sumus uersi: quos salutamus, eis faciem præsentamus: excepto in uno, quod est in *præparatione hymni ante te igitur. Ibi iam occupati circa altare, ita ut cōgruentius sit, in uno modò uersos nos esse, quàm retro aspicere: ad insinuandam intentionem deuotissimam, quam habemus in offerendo sacrificio: Nec debet arator dignum opus exercens, uultum in sua terga referre. De istis sat est. Reuertamur ad salutationem. Salutauit enim in ueteri testamento Angelus Gedeon dicens. dominus tecum uirorum fortissime. Et iterum dixit dominus. Pax tecum. Et iterum in Ruth dixit Booz messoribus suis. dominus uobiscum, & responderunt ei: Benedicat tibi dominus, nulliique dubium, quin in Booz ipse Christus salutauerit, qui in lumbis eius erat. Scriptū

est in

est in libro Paralipomenon secundo. Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin, dominus uobiscū, quia fuistis cum eo. Nostra responsio, Et cum spiritu tuo, ex Pauli Epistola secunda ad Timotheū sumpta est. Sic enim in illa scriptum est: dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Quando sacerdos dicit, Pax uobis, secundum Euangelicam scripturam: siue, dominus uobiscum, hoc agit quod Paulus, quando dixit, dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Hac salutatione Episcopi, & responsione populi, intelligimus vnū debere esse affectum Episcopi & populi, sicut hospitum unius * domini. Postquam Christus resurrexit, manifestum est dixisse discipulis, Pax uobis.

*2. Par. 15. Et cum spiritu tuo. 2. Tim. 4. in fin. * domus.*

Deinde reuertitur Episcopus ad Orientem, & dicit: oremus. Ac dein sequitur benedictio. Sic & Christus antequam ascenderet ad cœlum, benedixit eos, sicut scriptum est in euangelio Lucæ. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Vtroque nomine, id est, benedictionis & orationis uocatur oratio sacerdotis. De benedictione dicit Apostolus: si benedixeris spiritu, qui supplet locum Idiotę, quo modo dicit, Amen, super tuā benedictionem, quia nescit quid dicas? Hanc benedictionem uocat Ambrosius orationem, dicens. Imperitus enim audiens quod non intelligit, nescit finem orationis, & non respondet, Amen, id est, uerum, ut confirmetur benedictio: per hos enim impletur confirmatio pacis, qui respondent, Amen.

Luc. 24. Oremus. Matt. 16. Luc. 24. Collecta dicitur & benedictio & oratio. 1. Cor. 14.

Finis præsentis officij, experimento noscito noscitur aliorum officiorum. In fine aliorum solemus dicere kyrieeleison: ac deinceps orationem, & sic tandem unumquenque remeare ad sua. Eundem ad demonstrandum finem, mutantur cerei de loco in locum. Libet hic proferre autoritatem sancti Augustini, quare mos Ecclesiæ obtineat, suas orationes uersus Oriētē dirigere. Dicit in secūdo lib. de sermone Do

Cur uersus Orientem dicuntur Collectæ

mini in monte: Cum ad orationem stamus, ad Orien tem conuertimur, unde cœlum surgit: Non tāquàm ibi sit Deus, & quasi cæteras partes mundi deseruerit, qui ubique præsens est: non locorum spaciis, sed maiestatis potentia: sed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad dominum, cum ipsum corpus eius, quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste conuertitur. Ideo dicitur Deus in cœlis habitare, quia maior cognitio est in cœlis illius summæ maiestatis & essentię, in angelis uel in animabus sanctorum, quàm in terra habitantibus sanctis: propter grauitudinem carnalis habitationis, quæ uix permittit, animam ad purum ueritatis lumen aduolare.

Aug. To. 4 cap. 9.

Cur Deus in cœlis habitare dicitur.

De Sessione Episcopi, Capvt X.

DEin Christus ascendit in cœlum, ut sedeat ad dexteram patris. Episcopus, quia Vicarius est Christi, in omnibus memoratis superius, debet & hic ad memoriam inthronizare Christi Ascensionem & sedem. Qua propter ascendit in sedem, post opus & laborem ministerij commissi. Christus, disposito curru suo, Subdiaconos in suo, per conuenientia loca, idest: Presbyteros in suo ordine, Diaconos in suo, cæterosque gradus in suis: nec nō & auditores unūquenque in suo, ascendit in sedem & sedet. Sedent cum eo quibus promisit: Cum uenerit filius hominis in sedem maiestatis suæ, sedebitis & uos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. De quibus dicit Paulus Apostolus ad Ephesios. Et conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. De his qui ascenderunt secum, aliqui sedent, & aliqui stant. Per eos qui sedent, demonstrātur membra Christi in pace quiescentia: Per eos qui stant, in certamine posita, caput & membra unum corpus:

Cur Episcopus ascēdit in sedē, post orationem.

Matth. 19.

Ephes. 2.

Quidā cum Episcopo sedent, quidā stant.

corpus: Quoniam Christus in aliquibus sedet, in aliquibus stat, ut illum uidit Stephanus in certamine positus. Aliqui ascendentium sedent, aliqui stant. Dominus in alto cœlorum sedens, custodit currum suum, id est, ciuitatem, de qua dicit Psalmista. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Paulus, qui uice Christi fungebatur (dicente Augustino, in Psalmo 126.) dicebat: Timeo, nè forte, sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & uestræ mentes corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. Custodiebat, custos erat, uigilabat quantum poterat super eos quibus præerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est episcopis, ut ipsi superintendant, & tanquàm forsan deficit ibi aliquid custodiant populum. Nam & græcæ quod dicitur Episcopus, hoc latinè superintentor interpretatur, quia superintendat, quia desuper uidet. Quomodo enim uinitori altior fit locus ad custodiendam uineam: sic & Episcopis altior locus factus est. Et de isto loco alto periculosa ratio redditur, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus uestris simus, & pro uobis oremus.

Act. 7.

Psal. 126.

2. Cor. 11

Cur altior locus debeatur Episcopo.

De officio Lectoris & Cantoris, Caput XI.

Lector dicitur, quia lectione fungitur, ut Isidorus ait. Lectio dicitur, quia non cantatur ut Psalmus uel Hymnus: sed legitur tantum. Illic enim modulatio: hic sola pronunciatio quæritur.

Lectio differt à Psalmo et hymno.

Cantor multa officia habet. Vnumquodque officium, ex illo quod efficit, nomen habet. Lectionem, quæ legitur post sessionem, sequitur cantus, qui uocatur responsorius. Responsorium (ut idem qui supra) Itali tradiderunt, quos inde responsorios cantus uocant, quod alio desinente, id alter respondeat.

Cantus Responsorius.

Vsus

Vsus lectionis & cantus, sumptus est à ueteri testamento, ut legitur in libro Esdræ, quod ponendū est in nocturnali officio, si dominus dederit. Possumus etiam officio cantoris, officium Prophetæ intelligere. Lectio legis & Prophetarum, frequentabâtur à populo antiquo: Vnde scriptū est in Actibus Apostolorum: Et ingressi Synagogam die Sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis & Prophetarū, miserunt principes Synagogæ ad eos, id est, ad Paulum & Barnabam, dicentes. Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus & manu silentium indicens, ait, & reliqua.

2. Esdræ. 8. *Lectio legis & Prophetarum in uet. test.* *Act. 13.*

Quam diu hæc duo celebrantur, id est lectio & prophetia, solemus sedere more antiquorum: Vnde Ambrosius in tractatu ad Corinthios. Hæc traditio Synagogæ est, quā nos uult sectari Apostolus. Quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis nō ex Iudæis, ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellijs, nouissimi in pauimento, super mattas.

Dum legitur sedendū est.

Et iterum. Per lectoris officium & cantoris possumus intelligere patremfamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Vnde Gregor. in suis Homelijs. In eo quod ueritas dicit. Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est patrifamilias, intelligi ualet: quia non de his qui fuerant, sed de his, qui esse in ecclesia poterant, loquebatur: qui tunc noua & uetera proferunt, cum utriusque testamenti prædicamenta, uocibus & moribus loquuntur. Per lectionem, prædicationem ueteris testamenti, quæ humilior est, possumus intelligere: per responsorium noui testamenti, quæ excelsior est. Hæc duo prædicamē ta per Ioannis uitam & Christi designantur. Nam quod ait Lucas Euangelista. Lamentauimus & non plorastis, ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à cibis &

Matt. 13. *Lector scriba doctus in regno cœlorum.* *Lectio & respōsorius Cantus quomodo differunt.* *Luca. 7.*

bis & potu luctum pœnitentiæ significabat. Quod autem ait: Cantauimus tibijs, & non saltastis, ad ipsum dominum, qui utendo cum cæteris cibo & potu lætitiam regni figurabat, at Iudæi nec humiliari cum Ioanne, nec cum Christo gaudere uoluerunt.

Sicut suauius est nouum testamentum ueteri: ita uulgo suauior cantus lectione. Præsentes lectores & cantores, quibus est surgere ad opus, sicut de Paulo legimus superius, negocia domini habent, quibus dicitur: Negociamini dum uenio. Lector, legem domini debet tradere auditoribus, quasi incipientibus in schola domini exerceri. Nuper uocati sunt per officia Cantorum ad nuptias. Neoterici sunt, audiant doctorem necesse est. doctor & lector unum sunt. De Esdra enim scriptum est, quod ipse legem Dei & faceret & doceret in Israel. Eundem Esdram idem liber inducit postea legentem in gradu ligneo. De doctoribus dicit Ambrosius in Epistola ad Corinthios: illos dicit doctores, inquit, Paulus: qui in ecclesia literis & lectionibus retinendis pueros imbuebant, more Synagogæ: quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Iterum mihi uidetur esse inter lectionem & responsorium, quod est inter elementa & artes ipsas: Ars quoque musica habet Elementa sua. Et Geometria ab Elementis incipit linearum. Et Dialectica atque medicina habent Y C A T O T A S V A. Sic elementa ueteris testamenti sunt, ut ad Euangelicam plenitudinem ueniat, si in uero erudiatur infantia. Elementa lex Moysi, & omne uetus instrumentum intelligendum est, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus. Dent lectores siue doctores precium domini, id est, uerba legis, & respiciant scholasticas mentes, scilicet uacantes ab emptione uillæ, ab emptione boum quinque iugorum, a ductu uxoris: Schola uacatio dicitur. At si adhuc aliquis surdus obturatis auribus cordis torpescit, ueniet

Lectorum et Cantorū est surgere ad opus suū.

Act. 13.

Lucæ. 19.

Auditores Neoterici.

Lector & Doctor unū sunt.

Differunt lectio & responsorium quod Graduale dicitur.

Auditores uacēt a terrenis curis.

Luc. 14.

niet Cantor cum excelsa tuba, more Prophetarum: sonetque in aures eius dulcedinem melodiæ, forsan excitabitur. Fiat in eo, quod de populo narratur factum esse in lib. Esdræ. Sic enim scriptum est in eo.

1. Esdræ. 3. *Cantores uet. test. in tubis & cymbalis.*

Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaph in Cymbalis, ut laudarent Deũ per manus Dauid Regis Israel: Et concinebant hymnis & confessione domini, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel: Omnis quoque populus uociferabatur clamore magno, in laudando dominum, in eo quod fundatum est templum domini. Et paulo post. Multi uociferantes in lætitia leuabant uocem, nec poterat quisquam agnoscere uocem clamoris lætantium & uocem fletus populi. Vnde Beda in tractatu Esdræ. Sacerdotes quidem sanctis ornati uestibus, pro ut stante ad huc tẽplo consuerant, tubis personantes, & cor populi ad suauitatem supernæ laudis accendentes. Leuitæ autẽ in Cymbalis bene sonantibus, hymnos domino concinentes: populus uero clamore communi, affectum sui cordis in laudando dominum ostendens.

Cantores uocem prophetarum gerunt. *1. Para. 15*

Cantores, qui respondent primo canenti, uocem auditorũ proferunt, quos testificantur laudare Deũ. Non immeritò ipsi Cantores agunt causas prophetarum, quia de filijs principis eorum, id est, Asaph, scriptum est in Paralipomenon. Filij eius sub manu ipsius erant, prophetantes iuxta regem: Ipsi exaltant suam uocem ut tuba: Ipsis dicitur in Psalmo Octuagesimo, tuba canite, hoc est (ut August. ait) clarius &

Esaiæ. 58.

confidentius prædicate, nè terreamini, sicut ait propheta quodam loco: Exclama, & exalta uocem tuam sicut tuba.

Officiũ prædicatoris gerit Cãtor.

Lex enim scripta data est in tabulis. Scriptura enim pertinet ad lectoris officium: Prophetia menti inscripta erat, quam uoce fidenti prophetæ proferebant, quod pertinet ad Cantoris officium, Fidi prædicatoris

ris officium gerit Cantor. Quem oportet post obedientiam auditorum, uersum cantare: Quid significet uersus in officio prædicatoris, ex Euangelica parabola addiscere possum, quæ narrat de seruo arante: ita dicens. Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro, dicit illi, statim transi, recumbe, & non dicit ei, para quod cœnemus? *Lucæ.17.*

Arat, qui aratro compunctionis scindit corda. Nulli dubium quin per dulcedinem modulationis scindantur corda etiam carnalia: & se se aperiant more sulci, in confessione uocis & lachrymarum. Musica habet quandam naturalem uim ad flectendum animum, sicut Bohetius in suo libro, quem de Musica fecit. Vulgatum quippe est, quàm sæpe iracundias cantilena represserit: quàm multa uel in corporum uel in animorum affectionibus miranda perfecerit. *Cantor modulatione flectit; ac scindit corda.*

Absit, ut uigorem Christiani animi in mollitiem caducam possit conuertere: quod genus ipsi etiam gentiles uitabant. Vnde scriptum est in libro memorato, superiore loco. Idcirco Timotheo Milesio Spartiatas succensuisse, quod multiplicem musicam reddens, puerorum animis, quos acceperat erudiẽdos, officeret, & à uirtutis modestia præpediret: & quod harmoniam, quam modestam susceperat, in genus Chromaticum, quod est mollius, inuestiisset. Tanta igitur apud eos fuit musicę diligentia, ut eam animos quoque obtinere arbitrarentur. *Spartiatæ cur succenserunt Timotheo Musico.*

Sufficiant hæc pauca de naturali ui musicæ inseruisse: reuertendum est ad Euangelicam parabolam. Seruus qui arat, non debet illico se uertens de agro recumbere, sed parare cœnam domini: de quo seruo dicit Beda, in tractatu super Lucam. Seruus de agro regreditur, cum intermisso ad tempus opere prædicandi, ad conscientiam doctor recurrit: Atque a publico locutionis ad curiam cordis rediens, sua secum *Luc.17.* *Tali seruo assimilatur Cantor.*

secretius acta uel dicta retractat.

Iuxta disciplinam serui arantis, admonetur Cantor, ut non illico post actum opus, sui officij requiem spectet, & torpore securitatis torpescat. Perfecit enim opus suum, quando quodammodo sua iubilatione boues in exercitium aratri induxit. Idem Cantores prouocauit, ut scinderent corda aratro compunctionis. Ac postea uersus sequitur. In uersu necesse est, ut suas cogitationes ad se trahat, & secū cogitet, quo modo aut quid à magistro didicisset. Versus timore non est ausus altè leuare responsorium: nescit quomodo finiat uersum. Et hic imitatur aliud exemplū doctrinę domini, quia iubetur ut qui uoluerit turrē ędificare, prius sumptus cogitet, si habeat quæ necessaria sunt ad perficiendum. Sequitur Beda memoratus. Post pastum atque agriculturam, domi sibi iubet parari quod cœnet, Hoc est, post laborem apertæ locutionis, humilitatem quoque propriæ considerationis exhibere. Hoc facit ille qui uersum cantat in repetitione responsorij, exaltat uocem fiducialiter iam non timens uersum. Illum prædicatorem sonat, qui cursum suum consummatum habet, qualis erat Paulus, cum diceret. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui: In reliquo mihi reposita est corona iustitiæ.

Mysterium in cantādo uersum Responsorij.

Lucæ. 14.

Cursus consummatio fiduciā præbet.

2. Tim. 4.

Diximus quod excitentur per Respōsorium, qui quodammodo surdi ad Epistolam: dicamus qualiter obedientes illico proficiant per Responsorium. In lectione pascitur auditor quasi quodammodo bos. Adhoc enim pascitur bos, ut in eo exerceatur opus agriculturæ. Bos enim prædicator est. Vnde scriptum est in libro legis: Non alligabis os bouis triturantis. Pastus est enim bos ut exerceat opus. Cantor enim est quasi bubulcus, qui iubilat bobus, ut hilarius trahant aratrum. Cantor est de his, de quib. dicit Paulus. Dei adiutores sumus: Boues sunt, qui respondent

In lectione pascitur auditor ut bos

Deut. 25.

Primus Cātor tanquā Bubulcus ē.

1. Cor. 3.

Ibidem.

primo Cantori, De quibus iterum dicit: Dei agricultura estis. Trahentib. bobus aratrum, scinditur terra: quando cantores intimos anhelitus commouentes, trahunt dulcem uocem, & proferunt ad publicum: qua corda suorum siue cæterorum compungunt ad lachrymas, siue ad confitenda peccata, quasi secreta pace faciendo terræ. Et alio modo. Ideo scribuntur literæ, ut per eas memoriæ reddatur, quod obliuione deletum est. Simili modo ex pictura recordamur, quod interius memoriæ commendari potest: Ita & Responsorio admonetur prædicator, quomodo doctrinam, quæ præcessit in lectione, exerceat. Primò, ut dulcedine suæ imitationis plurimos sibi asciscàt: Coniuncti, corda multorum excitent ad compunctionem & lachrymas. Et ne se extollere debeat de opere prædicationis, pulsatur, quatenus ad memoriam sibi reducat, de proprijs causis iudicandum ante Dominum.

Alii Cantores ut boues sunt arantes.

Alia similitudo de literis & picturis.

Quid sit inter Responsorium & Tractum, *Caput. XII.*

HOC differtur inter Responsorium, cui chorus respondet: & Tractum, cui nemo, quod est inter duo sacrificia: scilicet columbarum & turturum. Tractus uerba congruentia sui officia habent Illa quę sunt in Septuagesima, tribulationem sonant, ut est illud: De profundis clamaui ad te domine. Quæ in sexagesima, oportunitatem fugæ quærunt, ut illud: Vt fugiant à facie arcus, & sic cætera deinceps conijcere possumus: Laudate Dominum omnes gentes, læti tiam neophitorum & nuper ordinatorum significat. De istis sat est.

Ps. 129.

Ps. 59.

Ps. 116.

Reuertendum est ad uolucres, scilicet columbas & turtures, quæ significant Responsorium & Tractum. De quibus dicit Beda, in tractatu super Lucam.

Quid mystice significat columbæ et turtures.

Beda.

Volucres hæ pro cantu gemitus habent. Non immerito lachrymas humilium designant, quibus plurimũ in ipsis etiam bonis operibus indigemus: Quia & si bona esse quæ agimus nouerimus, qua tamen distinctione ad non examinanda, qua à nobis perseuerantia sint consumanda, nescimus. Et iterum. Hoc sanè inter turturis & columbæ significantiam distat: quòd columba, quæ gregatim conuersari, uolare & gemere consueuit, Actiuæ uitæ frequentiam demonstrat, de qua dicitur. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una: nec quisquàm eorum quæ possidebant, aliquid suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia. Turtur uero, quę singularitate gaudet, adeo ut si coniugem casu perdiderit, solus exinde permaneat, speculatiuæ uitæ culmina denunciat, quia & paucorum est ista uirtus. Et post pauca. Item cum intrans cubiculum, clauso ostio oro patrem in abscondito, turturem offero: At cum eiusdem operis compares quęro, canendo cum propheta, Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram domino qui fecit nos: columbas ad altare deporto. Moyses quasi tractum decantat tribulationis, qui solus ascendit ad dominum. & ne idem populus feriatur, lachrymosis precibus impetrat. Daniel Tractum lætitiæ cantat, quando solus fugientibus socijs inter angelos remanet. Solus Ezechiel quadrigas Cherubin, & supernæ ciuitatis ædificia celsa miratur.

Columba actiua, turtur contemplatiuam uitam significat. Act. 4.

Quid est offerre turturem, quid columbam. Matt. 6. Psal. 94.

Exempla contemplationis. Exo. 19. & 32. Dan. 10. Ezec. 40.

De Alleluia, Caput. XIII.

Quid Alleluia significat? Lætitiam Ecclesiæ & domini laudem.

Alleluia quod cantatur per festos dies, in recordatione æternæ lætitiæ, tàm lætitiam electorũ, quàm laudem domini, ad memoriam reducit: In quo non oportet aliquid sinistrum sonare, sed totum dextrum, quale est in futura uita. Illi sunt recti uersus, per quos reuertimur ad Alleluia, qui lætitiam Ecclesiæ, &

siæ, & domini laudem sine tristitia retinêt. Sicuti sunt: dominus regnauit decorem induit. Et: Dominus regnauit exultet terra. Et: Lauda anima mea dominum, Et: Iubilate Deo omnis terra, & cæteri tales. *Ps. 29 96. Ps. 145. Ps. 99. Ps. 125.*

In Responsorio seminauimus, in Alleluia metimus. De qua re dicit Psalmista: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

Quid sit inter Alleluia & Tractum. Caput XIIII.

HOc est inter Alleluia & Tractum, quod Alleluia laudem siue lætitiam domino, Tractus uero aliquando tribulationem, aliquando lætitiam sonat. Tribulationem, ut: Deprofundis, ut: Commouisti, ut. Qui habitat, ut: Ad te leuaui oculos meos, ut: Sæpe expugnauerunt me, ut: Deus Deus meus. Lætitiam, ut: Iubilate domino, ut: Qui confidunt in domino, ut: Laudate dominum. Post duos tribulationis, tertius occurrit lætitiæ: Quoniam post duos dies sepulturæ, tertius occurrit Resurrectionis. Sunt etenim duo genera compunctionis: unum timoris, & alterum amoris. Timor in duobus diuiditur, De quibus dicit Esaias. Ecce ego uenio cogitationes & opera ut congregem. Verba in cogitationibus compræhenduntur, cogitationes, uerba sunt animi, & radices uerborum sonantium. Amor singularis est, unum scit amare, & petere unum illud, de quo Propheta dicit. Vnam petii à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini.

Tractuum alii tribulationis, alii lætitiæ sūt. Ps. 129. 59. 90. 122. 62. 65. 124. 150. Duo genera compunctionis. Esaiæ. 66. Cogitationes sūt uerba animi. Amor. Ps. 24.

De Expoliatione Casularum. Caput. XV.

MInistri Casula se exuunt, quando Lectoris siue Cantoris officium assumunt. In Lectoris officio & Cantoris aliquod genus militiæ exprimitur. *Militia lectoris & cantoris.*

Soli enim militant in lectione, siue in uocis modulatione. Hæc officia agendo, extra chorum exeunt. Quid hoc aliud significat, nisi ut itinere, quod arripimus, pro communi necessitate fruamur. Et iam talia sunt illa opera, quæ signantur per Casulam, ut non possint obseruari in itinere. Vnde Beda, in tractatu super Lucam. At uero famem, sitim, uigilias, nuditatem, lectionẽ, psalmodiam, orationem, laborem operandi: doctrinam, silentium, & cætera huiusmodi: si quis semper exequenda putauerit, non modo se eorum fructu priuabit, sed & notam indiscretæ obstinationis, immo stultitiæ peruicacis incurret. Albam sine casula portat lector seu cantor in singulari officio, quando prudẽter & strenue agit contra oblectamenta mundi, & talem se præbet fratribus in necessitatibus temporalibus, ut à plurimis possit imitari.

Opera, quæ in itinere obseruari non possũt.

Quid Alba sine Casula designat.

De Tabulis. Cap. XVI.

SCribit Beda in tractatu Esdræ. Laudabant autem Dominum Leuitæ per manus Dauid. siue in organis, quæ ipse fecit, siue Psalmis quos ipse constituit, concinentes. Eorum uice Cantor, sine aliqua necessitate legendi, tenet tabulas in manibus, ut figurent illud Psalmistæ. Laudent nomen eius in Choro & Tympano & Psalterio psallant ei. Vnde August. in eodem Psalmo: Quare assumit Tympanũ & Psalterium? ut non sola uox laudet, sed & opera. Tabulæ quas Cantor in manũ tenet, solent fieri de osse, quia fortem perseuerantiam signant bonarum cogitationum & bonorum operum, iuxta Euãgelium: Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Vel signant dilectionem Dei & proximi: Quæ dilectio nisi opera habeat, uana est. Quapropter tenentur in manu, ut dilectio uocis exerceatur per opus. Vnde idem qui supra, in Psalmo Centesimo Quadra-

Tabula uice organorum sunt.

Ps. 149.

Tabulæ ex osse fiunt.

Matt. 10. & 24.

Dilectio in uerbo & opere.

Quadragesimo nono: Quando sumit Tympanum & Psalterium, manus concinunt uoci. Sic & tu quando cantas Alleluia, porrigas & panem esurienti, uestias nudum, suscipias peregrinum: non sola uox sonat, sed & manus consonant, quia uerbis facta concordant. Versus Alleluia tangit Cantorem, interius ut cogitet in quo debeat laudare Dominum, aut in quo lætari. Hæc iubilatio, quam Cantores Sequentiam uocant, illum statum ad mentem nostram ducit, quando non erit necessaria locutio uerborum, sed sola cogitatione mens menti monstrabit quod retinet in se. Finitur hic secunda periocha prædicationis, Vsque ad memoratum statum currit sermo prædicationis: quæ ultra sunt, uelata sunt alis Seraphin.

De ascensu in Pulpitum. *Caput XVII.*

LEctor & Cantor in gradum ascendunt more antiquorum, iuxta quod scriptum est in Esdra. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & cætera. Et paulo post. Super uniuersum quippe populum eminebat. Huius loci (ut Beda ait in eodem) uidetur meminisse scriptura Paralypomenon, ubi dictum est: Quia stetit Salomon coram altari domini ex aduerso uniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Si quidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio Basilicæ: habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos in altum, stetitque super eam. In medio nanque Basilicæ, in medio dicit atrij sacerdotum, quæ Basilica maior atriorum exteriorum omni ex parte templi erat circundata. De quibus superius in eodem libro scriptum est. Fecit etiam atrium sacerdotum, & Basilicam grandem: Verum quia Salomon quasi Rex basim fecit æneam. Porrò Esdras quasi minoris po-

2. Esd. 8.

2. Para. 6.

Salomon stetit super basim æneã.

In medio Basilicæ.

Gloria Christi in transitu de passione ad cælũ. Diximus superius, transitum Episcopi de altari in dexteram partem significare Christi transitũ, de passione ad æternam uitam: Ac ideo hoc in loco diximus, Gloria in excelsis Deo cantandum, quoniam gloria ineffabilis in excelsis facta est, quãdo Christus transitu suo animas sanctorum copulauit consortio Angelorum. Hoc gaudium adnunciauit Angelus in natiuitate eius, dicens: Ecce ego euangelizo uobis gaudium magnum, quia natus est uobis hodie saluator.

Luc.2. *Pax magna per Christum.* Manifestum est, quibus extitit saluator. Quando gloria resurrectionis eius celebrata est, tunc in terra pax hominibus fuit, quibus dicebat, Pax uobis. Pax magna est quando sub uno domino copulantur cœlestia & terrena. Ita factum esse post resurrectionem suam denunciat Saluator, dicens. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. *Matth.ult.*

De prima oratione Missæ, *Caput IX.*

QVando dicimus, Pax uobiscum: quod est salutatio, ad populũ sumus uersi: quos salutamus, eis faciem præsentamus: excepto in uno, quod est in *præparatione hymni ante te igitur. Ibi iam occupati circa altare, ita ut cõgruentius sit, in uno modò uersos nos esse, quàm retro aspicere: ad insinuandam intentionem deuotissimam, quam habemus in offerendo sacrificio: Nec debet arator dignum opus exercens, uultum in sua terga referre. De istis sat est. Reuertamur ad salutationem. Salutauit enim in ueteri testamento Angelus Gedeon dicens. dominus tecum uirorum fortissime. Et iterum dixit dominus. Pax tecum. Et iterum in Ruth dixit Booz messoribus suis: dominus uobiscum, & responderunt ei: Benedicat tibi dominus, nullique dubium, quin in Booz ipse Christus salutauerit, qui in lumbis eius erat. Scriptũ est in

**præfatione* *Cur in præfatione non uertitur ad populum sacerdos.* *Luc.9.* *Exempla salutationis in uet.Test.* *Iudith.6.* *Ruth.2.*

est in libro Paralipomenon secundo. Audite me Asa, & omnis Iuda & Beniamin, dominus uobiscū, quia fuistis cum eo. Nostra responsio, Et cum spiritu tuo, ex Pauli Epistola secunda ad Timotheū sumpta est. Sic enim in illa scriptum est: dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Quando sacerdos dicit, Pax uobis, secundum Euangelicam scripturam: siue, dominus uobiscum, hoc agit quod Paulus, quando dixit, dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Hac salutatione Episcopi, & responsione populi, intelligimus vnū debere esse affectum Episcopi & populi, sicut hospitum unius * domini. Postquam Christus resurrexit, manifestum est dixisse discipulis, Pax uobis.

2.Par.15. *Et cum spiritu tuo.* *2.Tim.4. in fin.* ** domus.*

Deinde reuertitur Episcopus ad Orientem, & dicit: oremus. Ac dein sequitur benedictio. Sic & Christus antequam ascenderet ad cœlum, benedixit eos, sicut scriptum est in euangelio Lucæ. Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Vtroque nomine, id est, benedictionis & orationis uocatur oratio sacerdotis. De benedictione dicit Apostolus: si benedixeris spiritu, qui supplet locum Idiotę, quo modo dicit, Amen, super tuā benedictionem, quia nescit quid dicas? Hanc benedictionem uocat Ambrosius orationem, dicens. Imperitus enim audiens quod non intelligit, nescit finem orationis, & non respondet, Amen, id est, uerum, ut confirmetur benedictio: per hos enim impletur confirmatio pacis, qui respondent, Amen.

Luc.24. *Oremus.* *Matt.16.* *Luc.24.* *Collecta dicitur & benedictio & oratio.* *1.Cor.14.*

Finis præsentis officij, experimento noscito noscitur aliorum officiorum. In fine aliorum solemus dicere kyrieeleison: ac deinceps orationem, & sic tandem unumquenque remeare ad sua. Eundem ad demonstrandum finem, mutantur cerei de loco in locum. Libet hic proferre autoritatem sancti Augustini, quare mos Ecclesiæ obtineat, suas orationes uersus Oriētē dirigere. Dicit in scdo lib. de sermone Domini

Cur uersus Orientem dicuntur Collectæ

mini in monte: Cum ad orationem stamus, ad Orien tem conuertimur, unde cœlum surgit: Non tāquàm ibi sit Deus, & quasi cæteras partes mundi deseruerit, qui ubique præsens est: non locorum spaciis, sed maiestatis potentia: sed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad dominum, cum ipsum corpus eius, quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste conuertitur. Ideo dicitur Deus in cœlis habitare, quia maior cognitio est in cœlis illius summæ maiestatis & essentię, in angelis uel in animabus sanctorum, quàm in terra habitantibus sanctis: propter grauitudinem carnalis habitationis, quæ uix permittit, animam ad purum ueritatis lumen aduolare.

Aug. To. 4 cap. 9.

Cur Deus in cælis habitare dicitur.

De Sessione Episcopi, Caput X.

DEin Christus ascendit in cœlum, ut sedeat ad dexteram patris. Episcopus, quia Vicarius est Christi, in omnibus memoratis superius, debet & hic ad memoriam inthronizare Christi Ascensionem & sedem. Qua propter ascendit in sedem, post opus & laborem ministerij commissi. Christus, disposito curru suo, Subdiaconos in suo, per conuenientia loca, id est: Presbyteros in suo ordine, Diaconos in suo, cæterosque gradus in suis: nec nō & auditores unūquenque in suo, ascendit in sedem & sedet. Sedent cum eo quibus promisit: Cum uenerit filius hominis in sedem maiestatis suæ, sedebitis & uos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. De quibus dicit Paulus Apostolus ad Ephesios. Et conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. De his qui ascenderunt secum, aliqui sedent, & aliqui stant. Per eos qui sedent, demonstrātur membra Christi in pace quiescentia: Per eos qui stant, in certamine posita, caput & membra unum corpus:

Cur Episcopus ascēdit in sedē, post orationem.

Matth. 19.

Ephes. 2.

Quidā cum Episcopo sedent, quidā stant.

corpus: Quoniam Christus in aliquibus sedet, in aliquibus stat, ut illum uidit Stephanus in certamine positus. Aliqui ascendentium sedent, aliqui stant. Dominus in alto cœlorum sedens, custodit currum suum, id est, ciuitatem, de qua dicit Psalmista. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Paulus, qui uice Christi fungebatur (dicẽte Augustino, in Psalmo 126.) dicebat: Timeo, nè forte, sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & uestræ mentes corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. Custodiebat, custos erat, uigilabat quantum poterat super eos quibus præerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est episcopis, ut ipsi superintendant, & tanquàm forsan deficit ibi aliquid custodiant populum. Nam & græcæ quod dicitur Episcopus, hoc latinè superintentor interpretatur, quia superintendat, quia desuper uidet. Quomodo enim uinitori altior fit locus ad custodiendam uineam: sic & Episcopis altior locus factus est. Et de isto loco alto periculosa ratio redditur, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus uestris simus, & pro uobis oremus.

Act. 7.

Psal. 126.

2. Cor. 11

Cur altior locus debetur Episcopo.

De officio Lectoris & Cantoris, Caput XI.

Lector dicitur, quia lectione fungitur, ut Isidorus ait. Lectio dicitur, quia non cantatur ut Psalmus uel Hymnus: sed legitur tantum. Illic enim modulatio: hic sola pronunciatio quæritur.

Lectio differt à Psalmo et hymno.

Cantor multa officia habet. Vnumquodque officium, ex illo quod efficit, nomen habet. Lectionem, quæ legitur post sessionem, sequitur cantus, qui uocatur responsorius. Responsorium (ut idem qui supra) Itali tradiderunt, quos inde responsorios cantus uocant, quod alio desinente, id alter respondeat.

Cantus Responsorius.

Vsus

2. Esdræ. 8. Vsus lectionis & cantus, sumptus est à ueteri testamento, ut legitur in libro Esdræ, quod ponendũ est in nocturnali officio, si dominus dederit. Possumus etiam officio cantoris, officium Prophetæ intelligere. *Lectio legis & Prophetarum in uet. test.* Lectio legis & Prophetarum, frequentabãtur à populo antiquo: Vnde scriptũ est in Actibus Apostolorum: Et ingressi Synagogam die Sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis & Prophetarũ, miserunt principes Synagogæ ad eos, id est, ad Paulum & Barnabam, dicentes. Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus & manu silentium indicens, ait, *Act. 13.* & reliqua.

Dum legitur sedendũ est. Quam diu hæc duo celebrantur, id est lectio & prophetia, solemus sedere more antiquorum: Vnde Ambrosius in tractatu ad Corinthios. Hæc traditio Synagogæ est, quã nos uult sectari Apostolus Quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis nõ ex Iudæis, ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellijs, nouissimi in pauimento super mattas.

Et iterum. Per lectoris officium & cantoris possumus intelligere patremfamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Vnde Gregor. in suis Homelijs. *Matt. 13.* In eo quod ueritas dicit, Omnis scriba doctus *Lector scriba doctus in regno cœlorum.* in regno cœlorum, similis est patrifamilias, intelligi ualet: quia non de his qui fuerant, sed de his, qui esse in ecclesia poterant, loquebatur: qui tunc noua & uetera proferũt, cum utriusque testamenti prædicamenta, uocibus & moribus loquuntur. *Lectio & respõsorius Cantus quomodo differunt.* Per lectionem, prædicationem ueteris testamenti, quæ humilior est, possumus intelligere: per responsorium noui testamenti, quæ excelsior est. Hæc duo prædicamẽta per Ioannis uitam & Christi designantur. Nam *Lucæ. 7.* quod ait Lucas Euangelista. Lamentauimus & non plorastis, ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à ci

bis &

bis & potu luctum pœnitentiæ significabat. Quod autem ait: Cantauimus tibijs, & non saltastis, ad ipsum dominum, qui utendo cum cæteris cibo & potu lætitiam regni figurabat, at Iudæi nec humiliati cum Ioanne, nec cum Christo gaudere uoluerunt.

Sicut suauius est nouum testamentum ueteri: ita uulgo suauior cantus lectione. Præsentes lectores & cantores, quibus est surgere ad opus, sicut de Paulo legimus superius, negocia domini habent, quibus dicitur: Negociamini dum uenio. Lector, legem domini debet tradere auditoribus, quasi incipientibus in schola domini exerceri. Nuper uocati sunt per officia Cantorum ad nuptias. Neoterici sunt, audiant doctorem necesse est. doctor & lector unum sunt. De Esdra enim scriptum est, quod ipse legem Dei & faceret & doceret in Israel. Eundem Esdram idem liber inducit postea legentem in gradu ligneo. De doctoribus dicit Ambrosius in Epistola ad Corinthios: illos dicit doctores, inquit, Paulus: qui in ecclesia literis & lectionibus retinendis pueros imbuebant, more Synagogæ: quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Iterum mihi uidetur esse inter lectionem & responsorium, quod est inter elementa & artes ipsas: Ars quoque musica habet Elementa sua. Et Geometria ab Elementis incipit linearum. Et Dialectica atque medicina habent Y C A T O T A S V A. Sic elementa ueteris testamenti sunt, ut ad Euangelicam plenitudinem ueniat, si in uero eruditur infantia. Elementa lex Moysi, & omne uetus instrumentum intelligendum est, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus. Dent lectores siue doctores precium domini, id est, uerba legis, & respiciant scholasticas mentes, scilicet uacantes ab emptione uillæ, ab emptione boum quinque iugorum, a ductu uxoris: Schola uacatio dicitur. At si adhuc aliquis surdus obturatis auribus cordis torpescit, ue-

Lectorum et Cantor. est surger ad opus sun

Act. 13.

Lucæ. 19.

Auditores Neoterici.

Lector & Doctor uni sunt.

Differunt lectio & re sponsorium quod Graduale dicitur.

Auditores uacēt a te renis curis.

Luc. 14.

niet

niet Cantor cum excelsa tuba, more Prophetarum: sonetque in aures eius dulcedinem melodiæ, forsan excitabitur. Fiat in eo, quod de populo narratur factum esse in lib. Esdræ. Sic enim scriptum est in eo.

1. Esdræ. 3. Cantores uet. test. in tubis & cymbalis.

Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaph in Cymbalis, ut laudarent Deũ per manus Dauid Regis Israel: Et concinebant hymnis & confessione domini, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel: Omnis quoque populus uociferabatur clamore magno, in laudando dominum, in eo quod fundatum est templum domini. Et paulo post. Multi uociferantes in lętitia leuabant uocem, nec poterat quisquam agnoscere uocem clamoris lætantium & uocem fletus populi. Vnde Beda in tractatu Esdræ. Sacerdotes quidem sanctis ornati uestibus, pro ut stante ad huc tẽplo consuerant, tubis personantes, & cor populi ad suauitatem supernæ laudis accendentes. Leuitæ autẽ in Cymbalis bene sonantibus, hymnos domino concinentes: populus uero clamore communi, affectum sui cordis in laudando dominum ostendens.

Cantores uicem prophetarum gerunt. 1. Para. 15

Cantores, qui respondent primo canenti, uocem auditorũ proferunt, quos testificantur laudare Deũ. Non immeritò ipsi Cantores agunt causas prophetarum, quia de filijs principis eorum, id est, Asaph, scriptum est in Paralipomenon. Filij eius sub manu ipsius erant, prophetantes iuxta regem: Ipsi exaltant suam uocem ut tuba: Ipsis dicitur in Psalmo Octuagesimo, tuba canite, hoc est (ut Augúst. ait) clarius &

Esaiæ. 58.

confidentius prædicate, nè terreamini, sicut ait propheta quodam loco: Exclama, & exalta uocem tuam sicut tuba.

Officiũ prædicatoris gerit Cãtor.

Lex enim scripta data est in tabulis. Scriptura enim pertinet ad lectoris officium: Prophetia menti inscripta erat, quam uoce fidenti prophetæ proferebant, quod pertinet ad Cantoris officium, Fidi prædicatoris

ris officium gerit Cantor. Quem oportet post obedientiam auditorum, uersum cantare: Quid significet uersus in officio prædicatoris, ex Euangelica parabola addiscere possum, quæ narrat de seruo arante ita dicens. Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro, dicit illi, statim transi, recumbe, & non dicit ei, para quod cœnemus? *Luca. 17.*

Arat, qui aratro compunctionis scindit corda. Nulli dubium quin per dulcedinem modulationis scindantur corda etiam carnalia: & se se aperiant more sulci, in confessione uocis & lachrymarum. Musica habet quandam naturalem uim ad flectendum animum, sicut Bohetius in suo libro, quem de Musica fecit. Vulgatum quippe est, quàm sæpe iracundias cantilena represserit: quàm multa uel in corporum uel in animorum affectionibus miranda perfecerit. *Cantor modulatione flectit, ac scindit corda.*

Absit, ut uigorem Christiani animi in mollitiem caducam possit conuertere: quod genus ipsi etiam gentiles uitabant. Vnde scriptum est in libro memorato, superiore loco. Idcirco Timotheo Milesio Spartiatas succensuisse, quod multiplicem musicam reddens, puerorum animis, quos acceperat erudiẽdos, officeret, & à uirtutis modestia præpediret: & quod harmoniam, quam modestam susceperat, in genus Chromaticum, quod est mollius, inuestiisset. Tanta igitur apud eos fuit musicę diligentia, ut eam animos quoque obtinere arbitrarentur. *Spartiatæ cur succensuerunt Timotheo Milesio.*

Sufficiant hæc pauca de naturali ui musicæ inseruisse: reuertendum est ad Euangelicam parabolam. Seruus qui arat, non debet illico se uertens de agro recumbere, sed parare cœnam domini: de quo seruo dicit Beda, in tractatu super Lucam. Seruus de agro regreditur, cum intermisso ad tempus opere prædicandi, ad conscientiam doctor recurrit: Atque a publico locutionis ad curiam cordis rediens, sua secum *Luc. 17.* *Tali seruo aßimilatur Cantor.*

secretius

secretius acta uel dicta retractat.

Iuxta disciplinam serui arantis, admonetur Cantor, ut non illico post actum opus, sui officij requiem spectet, & torpore securitatis torpescat. Perfecit.n. opus suum, quando quodammodo sua iubilatione boues in exercitium aratri induxit. Idem Cantores prouocauit, ut scinderent corda aratro compunctionis. Ac postea uersus sequitur. In uersu necesse est, ut suas cogitationes ad se trahat, & secū cogitet, quomodo aut quid à magistro didicisset. Versus timore non est ausus altè leuare responsorium: nescit quomodo finiat uersum. Et hic imitatur aliud exemplū doctrinę domini, quia iubetur ut qui uoluerit turrē ędificare, prius sumptus cogitet, si habeat quæ necessaria sunt ad perficiendum. Sequitur Beda memoratus. Post pastum atque agriculturam, d[illegible]
[illegible]ubet parari quod cœnet, Hoc est, post lab[illegible]
locutionis, humilitatem quoque propr[illegible]
tionis exhibere. Hoc facit ille qui uersun[illegible]
petitione responsorij, exaltat uocem fid[illegible]
non timens uersum. Illum prædicatore[illegible]
cursum suum consummatum habet, qu[illegible]
lus, cum diceret. Bonum certamen cert[illegible]
consummaui, fidem seruaui: In reliquo [illegible]
ta est corona iustitiæ.

Mysterium in cantādo uersum Responsorij.

Luca. 14.

Diximus quod excitentur per Respō[illegible]
quodammodo surdi ad Epistolam: dicam[illegible]
obedientes illico proficiant per Respon[illegible]
lectione pascitur auditor quasi quodam[illegible]
Ad hoc enim pascitur bos, ut in eo exerce[illegible]
agriculturæ. Bos enim prædicator est. Vnde[illegible]
est in libro legis: Non alligabis os bouis tr[illegible]
[illegible] est enim bos ut exerceat opus. Can[illegible]
[illegible] bubulcus, qui iubilat bobus, ut hil[illegible]
[illegible]um. Cantor est de his, de quib. d[illegible]
[illegible]utores sumus: Boues sunt, qui res[illegible]

P[illegible]

primo Cantori, De quibus iterum dicit: Dei agricultura estis. Trahentib. bobus aratrum, scinditur terra: quando cantores intimos anhelitus commouentes, trahunt dulcem uocem, & proferunt ad publicum: qua corda suorum siue cæterorum compungunt ad lachrymas, siue ad confitenda peccata, quasi secreta pace faciendo terræ. Et alio modo. Ideo scribuntur literæ, ut per eas memoriæ reddatur, quod obliuione deletum est. Simili modo ex pictura recordamur, quod interius memoriæ commendari potest: Ita & Responsorio [illegible] prædicator, quomodo do-[illegible]m, qu[illegible] lectione, exerceat. Primò, [illegible]dine [illegible] plurimos sibi asciscat: [illegible] tent ad [illegible] unctio [illegible] ere [illegible] ope- [illegible] m

Alii Cantores ut boues sunt arantes.

Alia similitudo de literis & picturis.

Volucres hæ pro cantu gemitus habent. Non immerito lachrymas humilium designant, quibus plurimũ in ipsis etiam bonis operibus indigemus: Quia & si bona esse quæ agimus nouerimus, qua tamen distinctione ad non examinanda, qua à nobis perseuerantia sint consumanda, nescimus. Et iterum. Hoc sanè inter turturis & columbæ significantiam distat: quòd columba, quæ gregatim conuersari, uolare & gemere consueuit, Actiuæ uitæ frequentiam demonstrat, de qua dicitur. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una: nec quisquàm eorum quæ possidebant, aliquid suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia. Turtur uero, quę singularitate gaudet, adeo ut si coniugem casu perdiderit, solus exinde permaneat, speculatiuæ uitæ culmina denunciat, quia & paucorum est ista uirtus. Et post pauca. Item cum intrans cubiculum, clauso ostio oro patrem in abscondito, turturem offero: At cum eiusdem operis compares quęro, canendo cum propheta, Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram domino qui fecit nos: columbas ad altare deporto. Moyses quasi tractum decantat tribulationis, qui solus ascendit ad dominum. & ne idem populus feriatur, lachrymosis precibus impetrat. Daniel Tractum lætitiæ cantat, quando solus fugientibus socijs inter angelos remanet. Solus Ezechiel quadrigas Cherubin, & supernæ ciuitatis ædificia celsa miratur.

Columba actiua, turtur contemplatiuam uitam significat.
Act. 4.
Quid est offerre turturem, quid columbam.
Matt. 6.
Psal. 94.
Exempla contemplationis.
Exo. 19. & 32.
Dan. 10.
Ezec. 40.

De Alleluia, Caput. XIII.

Quid Alleluia significat? Lætitiam Ecclesiæ & domini laudem.

Alleluia quod cantatur per festos dies, in recordatione æternæ lætitiæ, tàm lætitiam electorũ, quàm laudem domini, ad memoriam reducit: In quo non oportet aliquid sinistrum sonare, sed totum dextrum, quale est in futura uita. Illi sunt recti uersus, per quos reuertimur ad Alleluia, qui lætitiam Ecclesiæ, &

siæ, &

siæ,& domini laudem sine tristitia retinēt. Sicuti sunt: dominus regnauit decorem induit. Et: Dominus regnauit exultet terra. Et: Lauda anima mea dominum, Et: Iubilate Deo omnis terra, & cæteri tales. Ps. 29 96. Ps. 145. Ps. 99. Ps. 125.

In Responsorio seminauimus, in Alleluia metimus. De qua re dicit Psalmista: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.

Quid sit inter Alleluia & Tractum. Caput XIIII.

HOc est inter Alleluia & Tractum, quod Alleluia laudem siue lætitiam domino, Tractus uero aliquando tribulationem, aliquando lætitiam sonat. Tribulationem, ut: Deprofundis, ut: Commouisti, ut. Qui habitat, ut: Ad te leuaui oculos meos, ut: Sæpe expugnauerunt me, ut: Deus Deus meus. Lætitiam, ut: Iubilate domino, ut: Qui confidunt in domino, ut: Laudate dominum. Post duos tribulationis, tertius occurrit lætitiæ: Quoniam post duos dies sepulturæ, tertius occurrit Resurrectionis. Sunt etenim duo genera compunctionis: unum timoris, & alterum amoris. Timor in duobus diuiditur, De quibus dicit Esaias. Ecce ego uenio cogitationes & opera ut congregem. Verba in cogitationibus compræhenduntur, cogitationes, uerba sunt animi, & radices uerborum sonantium. Amor singularis est, unum scit amare, & petere unum illud, de quo Propheta dicit. Vnam petii à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini.

Tractuum alii tribulationis, alii lætitiæ sūt. *Ps. 129. 59 90. 122. 62. 65. 124 150.* *Duo genera compunctionis.* *Esaie. 66.* *Cogitationes sūt uerba animi.* *Amor.* *Ps. 24.*

De Expoliatione Casularum. Caput. XV.

MInistri Casula se exuunt, quando Lectoris siue Cantoris officium assumunt. In Lectoris officio & Cantoris aliquod genus militiæ exprimitur. *Militia lectoris & cantoris.*

Soli enim militant in lectione,siue in uocis modulatione. Hæc officia agendo, extra chorum exeunt. Quid hoc aliud significat,nisi ut itinere, quod arripimus,pro communi necessitate fruamur. Et iam talia sunt illa opera,quæ signantur per Casulam, ut non possint obseruari in itinere. Vnde Beda,in tractatu super Lucam. At uero famem, sitim, uigilias, nuditatem, lectioné,psalmodiam,orationem, laborem operandi:doctrinam,silentium, & cætera huiusmodi: si quis semper exequenda putauerit, non modo se eorum fructu priuabit,sed & notam indiscretæ obstinationis,immo stultitiæ peruicacis incurret. Albam sine casula portat lector seu cantor in singulari officio,quando prudéter & strenue agit contra oblectamenta mundi,& talem se præbet fratribus in necessitatibus temporalibus, ut à plurimis possit imitari.

Opera, quæ in itinere obseruari non possũt.

Quid Alba sine Casula designat.

De Tabulis. Cap. XVI.

SCribit Beda in tractatu Esdræ. Laudabant autem Dominum Leuitæ per manus Dauid. siue in organis, quæ ipse fecit, siue Psalmis quos ipse constituit,concinentes. Eorum uice Cantor,sine aliqua necessitate legendi,tenet tabulas in manibus,ut figurent illud Psalmistæ. Laudent nomen eius in Choro & Tympano & Psalterio psallant ei. Vnde August. in eodem Psalmo:Quare assumit Tympanũ & Psalterium?ut non sola uox laudet,sed & opera. Tabulæ quas Cantor in manũ tenet, solent fieri de osse, quia fortem perseuerantiam signant bonarum cogitationum & bonorum operum,iuxta Euãgelium: Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Vel signant dilectionem Dei & proximi: Quæ dilectio nisi opera habeat,uana est. Quapropter tenentur in manu, ut dilectio uocis exerceatur per opus. Vnde idem qui supra, in Psalmo Centesimo Quadra-

Tabulæ uice organorum sunt.

Ps. 149.

Tabulæ ex osse fiunt.

Matt. 10. & 24.

Dilectio in uerbo & opere.

Quadragesimo nono: Quando sumit Tympanum & Psalterium, manus concinunt uoci. Sic & tu quando cantas Alleluia, porrigas & panem esurienti, uestias nudum, suscipias peregrinum: non sola uox sonat, sed & manus consonant, quia uerbis facta concordant. Versus Alleluia tangit Cantorem, interius ut cogitet in quo debeat laudare Dominum, aut in quo lætari. Hæc iubilatio, quam Cantores Sequentiam uocant, illum statum ad mentem nostram ducit, quando non erit necessaria locutio uerborum, sed sola cogitatione mens menti monstrabit quod retinet in se. Finitur hic secunda periocha prædicationis, Vsque ad memoratum statum currit sermo prædicationis: quæ ultra sunt, uelata sunt alis Seraphin.

De ascensu in Pulpitum. *Caput XVII.*

LEctor & Cantor in gradum ascendunt more antiquorum, iuxta quod scriptum est in Esdra. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & cætera. Et paulo post. Super uniuersum quippe populum eminebat. Huius loci (ut Beda ait in eodem) uidetur meminisse scriptura Paralypomenon, ubi dictum est: Quia stetit Salomon coram altari domini ex aduerso uniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Si quidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio Basilicæ: habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos in altum, stetitque super eam. In medio nanque Basilicæ, in medio dicit atrij sacerdotum, quæ Basilica maior atriorum exteriorum omni ex parte templi erat circundata. De quibus superius in eodem libro scriptum est. Fecit etiam atrium sacerdotum, & Basilicam grandem: Verum quia Salomon quasi Rex basim fecit æneam. Porrò Esdras quasi minoris po-

2. Esd. 8. *2. Para. 6.* *Salomon stetit super basim æneã.* *In medio Basilicæ.*

tentiæ, gradum ad loquendum ligneum constituit: Sicut etiam Salomō siue Moyses, altare holocausti fecerunt æneum, pro quo filii transmigrationis reposuerunt lapideum: Sed non est putandum minoris sacramentorum perfectionis ligneum gradum, quam basim habere æneam. Quod enim sæpe dictum est, sicut pro diuturnitate durandi, uel suauitate sonandi, diuinis competit sacramentis, quæ nulla sæculorum longitudine deficiunt: Et, In omnem terram exiuit sonus eorum. Ita etiam lignum eisdem aptissimè congruit, propter uidelicet trophæum Dominicæ passionis. Super uniuersum ergo populum Pontifex eminet, quando is, qui gradum doctoris accipit, meritò uitæ perfectioris, actionem uulgi transcendit. Stat autem in gradu ligneo, quem fecerat ad loquendum, quando singulari imitatione Dominicæ passionis, altiorem se cęteris facit: Vnde meritò fiduciam liberè uerbum Dei prædicandi obtinet. Nam qui passionem Domini pro modulo suo contemnit imitari: nec dum gradum ligneum, unde infimis super emineat, ascendit. Ideoque necesse est, talis scriba trepidus præcepta Dei prædicet, timens siue erubescens ea, quæ ipse non fecit, aliis facienda proponere.

Esdras stetit sup gradum ligneū.

Ps. 18.

Ligneus gradus, Dominicæ passionis typus est.

Prædicatorum alius fidit, alius timet.

De Diaconi ascensione in Tribunal. Caput. XVIII.

SIcut uocat Cyprianus gradum, super quem ascēdit Diaconus ad legendum, scribens ad Clerum & plebem, de *Quirino confessore ordinato: Aestimatum est à mea paruitate, ut satius cognoscatur dignitas Diaconi, & magnitudo ministerii eius, uerba ipsius Cypriani ponenda, ac postea nostrum ordinem. Hunc ad nos, fratres charissimi, cum tanta domini dignatione uenientem, testimonio & miraculo eius ipsius, qui se persecutus fuerat illustrem, quid aliud quàm super pulpitum, id est, super tribunal Ecclesiæ opor-

**alias Celerino.*

Verba Cypriani li. 4. epi. 5.

Sublimitas officij Diaconorum.

oportebat imponi? Vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi uniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta * & Euãgelium domini, quę fortiter ac fideliter sequitur: Vox dominum confessa, in his cotidie, quæ dominus locutus est, audiatur. Viderit, an sit ulterior gradus, ad quem profici sci in Ecclesia possit. Nihil est in quo magis Confessor fratribus prosit, quam ut Euangelica ratio de ore eius audiatur: Lectoris fidem quisquis audierit, imitetur. Iungendus in * lectione Aurelio fuerat, cum quo & diuini honoris societate coniunctus est. Et paulo post. Hos tamen lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, unde omnibus luceat: & gloriosos uultus in loco altiore constitui, ubi ab omni circumstante conspecti, incitamentum gloriæ uidentibus præbeant.

**alias Euãgelii.*

**alias oratione.*

Lectores.

Lu.11.

Nunc reuertamur ad ordinem. Vsque nunc sedimus more ueteris consuetudinis, ut prætulimus, siue ob admonitionem qua monemur quomodo Deo cantare debeamus, secundum Apostolum dicẽtem: Cantantes & psallentes in cordibus uestris. Modo surgendum est ad uerba Euangelii. Anastasius, Natione Romanus, ex patre Maximo, ut legitur in gestis Episcopalibus: Hic constituit, ut quotiescunque Euãgelia sancta recitantur, sacerdotes non sederent, sed curui starent. Dein ponit Episcopus Thymiama in thuribulum super prunas, ut suauem odorem excitet. Thuribulum Christi corpus significat, in quo est ignis spiritus sanctus: & ex quo procedit bonus odor, quem unusquisque electorum ad se uult rapere. Idem odor bonam opinionem de Christo exire demonstrat, quam qui uiuere uult in suum cor traiicit. Post hoc Diaconus petit a sacerdote benedictionem. Sacerdos ei dicit: Dominus sit in corde tuo & in labiis tuis. Intendat diligenter Diaconus, ut

Ephes.5.

Dum legitur Euangelium, qualiter standum.

Thymiama in Thuribolo.

Benedicit Episcopus Diacono.

mini in monte: Cum ad orationem stamus, ad Orientem conuertimur, unde cœlum surgit: Non tanquam ibi sit Deus, & quasi cæteras partes mundi deseruerit, qui ubique præsens est: non locorum spaciis, sed maiestatis potentia: sed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est, ad dominum, cum ipsum corpus eius, quod terrenum est, ad corpus excellentius, id est, ad corpus cœleste conuertitur. Ideo dicitur Deus in cœlis habitare, quia maior cognitio est in cœlis illius summæ maiestatis & essentię, in angelis uel in animabus sanctorum, quam in terra habitantibus sanctis: propter grauitudinem carnalis habitationis, quæ uix permittit, animam ad purum ueritatis lumen aduolare.

Aug. To. 4 cap. 9.

Cur Deus in cælis habitare dicitur.

De Sessione Episcopi, Caput X.

Dein Christus ascendit in cœlum, ut sedeat ad dexteram patris. Episcopus, quia Vicarius est Christi, in omnibus memoratis superius, debet & hic ad memoriam inthronizare Christi Ascensionem & sedem. Qua propter ascendit in sedem, post opus & laborem ministerij commissi. Christus, disposito curru suo, Subdiaconos in suo, per conuenientia loca, id est: Presbyteros in suo ordine, Diaconos in suo, cæterosque gradus in suis: nec nõ & auditores unũquenque in suo, ascendit in sedem & sedet. Sedent cum eo quibus promisit: Cum uenerit filius hominis in sedem maiestatis suæ, sedebitis & uos, super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. De quibus dicit Paulus Apostolus ad Ephesios. Et conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu. De his qui ascenderunt secum, aliqui sedent, & aliqui stant. Per eos qui sedent, demonstrãtur membra Christi in pace quiescentia: Per eos qui stant, in certamine posita, caput & membra unum corpus:

Cur Episcopus ascẽdit in sedẽ, post orationem.

Matth. 19.

Ephes. 2.

Quidã cum Episcopo sedent, quidã stant.

corpus: Quoniam Christus in aliquibus sedet, in aliquibus stat, ut illum uidit Stephanus in certamine positus. Aliqui ascendentium sedent, aliqui stant. Dominus in alto cœlorum sedens, custodit currum suum, id est, ciuitatem, de qua dicit Psalmista. Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Paulus, qui uice Christi fungebatur (dicête Augustino, in Psalmo 126.) dicebat: Timeo, nè forte, sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & uestræ mentes corrumpantur à castitate, quæ est in Christo. Custodiebat, custos erat, uigilabat quantum poterat super eos quibus præerat. Et episcopi hoc faciunt. Nam ideo altior locus positus est episcopis, ut ipsi superintendant, & tanquàm forsan deficit ibi aliquid custodiant populum. Nam & græcæ quod dicitur Episcopus, hoc latinè superintentor interpretatur, quia superintendat, quia desuper uidet. Quomodo enim uinitori altior fit locus ad custodiendam uineam: sic & Episcopis altior locus factus est. Et de isto loco alto periculosa ratio redditur, nisi eo corde stemus hic, ut humilitate sub pedibus uestris simus, & pro uobis oremus.

Act. 7.

Psal. 126.

2. Cor. 11

Cur altior locus debetur Episcopo.

De officio Lectoris & Cantoris, Caput XI.

LEctor dicitur, quia lectione fungitur, ut Isidorus ait. Lectio dicitur, quia non cantatur ut Psalmus uel Hymnus: sed legitur tantum. Illic enim modulatio: hic sola pronunciatio quæritur.

Cantor multa officia habet. Vnumquodque officium, ex illo quod efficit, nomen habet. Lectionem, quæ legitur post sessionem, sequitur cantus, qui uocatur responsorius. Responsorium (ut idem qui supra) Itali tradiderunt, quos inde responsorios cantus uocant, quod alio desinente, id alter respondeat.

Lectio differt à Psalmo et hymno.

Cantus Responsorius.

2. Esdræ. 8. Vsus lectionis & cantus, sumptus est à ueteri testamento, ut legitur in libro Esdræ, quod ponendū est in nocturnali officio, si dominus dederit. Possumus etiam officio cantoris, officium Prophetæ intelligere. *Lectio legis & Prophetarum in uet. test.* Lectio legis & Prophetarum, frequentabātur à populo antiquo: Vnde scriptū est in Actibus Apostolorum: Et ingressi Synagogam die Sabbatorum sederunt. Post lectionem autem legis & Prophetarū, miserunt principes Synagogæ ad eos, id est, ad Paulum & Barnabam, dicentes. Viri fratres, si quis est in uobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus & manu silentium indicens, ait, & reliqua. *Act. 13.*

Dum legitur sedendū est. Quam diu hæc duo celebrantur, id est lectio & prophetia, solemus sedere more antiquorum: Vnde Ambrosius in tractatu ad Corinthios. Hæc traditio Synagogæ est, quā nos uult sectari Apostolus Quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis nō ex Iudæis, ut sedentes disputent, seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellijs, nouissimi in pauimento super mattas.

Et iterum. Per lectoris officium & cantoris possumus intelligere patremfamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera. Vnde Gregor. in suis Homeliis. In eo quod ueritas dicit. Omnis scriba doctus in regno cœlorum, similis est patrifamilias, intelligi ualet: quia non de his qui fuerant, sed de his, qui esse in ecclesia poterant, loquebatur: qui tunc noua & uetera proferunt, cum utriusque testamenti prædicamenta, uocibus & moribus loquuntur. *Matt. 13. Lector scriba doctus in regno cœlorum.* *Lectio & respōsorius Cantus quomodo differunt.* Per lectionem, prædicationem ueteris testamenti, quæ humilior est, possumus intelligere: per responsorium noui testamenti, quæ excelsior est. Hæc duo prædicamēta per Ioannis uitam & Christi designantur. Nam quod ait Lucas Euangelista. Lamentauimus & non plorastis, ad Ioannem pertinet, cuius abstinentia à ci- *Luca. 7.*

bis &

bis & potu luctum pœnitentiæ significabat. Quod autem ait: Cantauimus tibijs, & non saltastis, ad ipsum dominum, qui utendo cum cæteris cibo & potu lætitiam regni figurabat, at Iudæi nec humiliari cum Ioanne, nec cum Christo gaudere uoluerunt.

Sicut suauius est nouum testamentum ueteri: ita uulgo suauior cantus lectione. Præsentes lectores & cantores, quibus est surgere ad opus, sicut de Paulo legimus superius, negocia domini habent, quibus dicitur: Negociamini dum uenio. Lector, legem domini debet tradere auditoribus, quasi incipientibus in schola domini exerceri. Nuper uocati sunt per officia Cantorum ad nuptias. Neoterici sunt, audiant doctorem necesse est. doctor & lector unum sunt. De Esdra enim scriptum est, quod ipse legem Dei & faceret & doceret in Israel. Eundem Esdram idem liber inducit postea legentem in gradu ligneo. De doctoribus dicit Ambrosius in Epistola ad Corinthios: illos dicit doctores, inquit, Paulus: qui in ecclesia literis & lectionibus retinendis pueros imbuebant, more Synagogæ: quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Iterum mihi uidetur esse inter lectionem & responsorium, quod est inter elementa & artes ipsas: Ars quoque musica habet Elementa sua. Et Geometria ab Elementis incipit linearum. Et Dialectica atque medicina habent Y C A T O T A S V A. Sic elementa ueteris testamenti sunt, ut ad Euangelicam plenitudinem ueniat, si in uero eruditur infantia. Elementa lex Moysi, & omne uetus instrumentum intelligendum est, quibus quasi elementis & religionis exordiis Deum discimus. Dent lectores siue doctores precium domini, id est, uerba legis, & respiciant scholasticas mentes, scilicet uacantes ab emptione uillæ, ab emptione boum quinque iugorum, a ductu uxoris. Schola uacatio dicitur. At si adhuc aliquis surdus obturatis auribus cordis torpescit, ueniet

Lectorum et Cantori est surgere ad opus suũ
Act. 13.
Luce. 19.
Auditores Neoterici.
Lector & Doctor unũ sunt.
Differunt lectio & responsorium quod Graduale dicitur.
Auditores uacẽt a terrenis curis.
Luc. 14.

niet Cantor cum excelsa tuba, more Prophetarum: sonetque in aures eius dulcedinem melodiæ, forsan excitabitur. Fiat in eo, quod de populo narratur factum esse in lib. Esdræ. Sic enim scriptum est in eo.

1. Esdræ. 3. Steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis, & Leuitæ filij Asaph in Cymbalis, ut laudarent Deũ per manus Dauid Regis Israel: Et concinebant hymnis & confessione domini, quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel: Omnis quoque populus uociferabatur clamore magno, in laudando dominum, in eo quod fundatum est templum domini. Et paulo post. Multi uociferantes in lętitia leuabant uocem, nec poterat quisquam agnoscere uocem clamoris lætantium & uocem fletus populi. Vnde Beda in tractatu Esdræ. Sacerdotes quidem sanctis ornati uestibus, pro ut stante ad huc téplo consuerant, tubis personantes, & cor populi ad suauitatem supernæ laudis accendentes. Leuitæ autẽ in Cymbalis bene sonantibus, hymnos domino concinentes: populus uero clamore communi, affectum sui cordis in laudando dominum ostendens.

Cantores uet. test. in tubis & cymbalis.

Cantores uicem prophetarum gerunt.

Cantores, qui respondent primo canenti, uocem auditorũ proferunt, quos testificantur laudare Deũ.

1. Para. 15 Non immeritò ipsi Cantores agunt causas prophetarum, quia de filijs principis eorum, id est, Asaph, scriptum est in Paralipomenon. Filij eius sub manu ipsius erant, prophetantes iuxta regem: Ipsi exaltant suam uocem ut tuba: Ipsis dicitur in Psalmo Octuagesimo, tuba canite, hoc est (ut August. ait) clarius &

Esaiæ. 58. confidentius prædicate, nè terreamini, sicut ait propheta quodam loco: Exclama, & exalta uocem tuam sicut tuba.

Officiũ prædicatoris gerit Cãtor.

Lex enim scripta data est in tabulis. Scriptura enim pertinet ad lectoris officium: Prophetia menti inscripta erat, quam uoce fidenti prophetæ proferebant, quod pertinet ad Cantoris officium, Fidi prædicatoris

ris officium gerit Cantor. Quem oportet post obedientiam auditorum, uersum cantare: Quid significet uersus in officio prædicatoris, ex Euangelica parabola addiscere possum, quæ narrat de seruo arante, ita dicens. Quis autem uestrum habens seruum arantem aut pascentem, qui regresso de agro, dicit illi, statim transi, recumbe, & non dicit ei, para quod cœnemus? Lucæ.17.

Arat, qui aratro compunctionis scindit corda. Nulli dubium quin per dulcedinem modulationis scindantur corda etiam carnalia: & se se aperiant more sulci, in confessione uocis & lachrymarum. Musica habet quandam naturalem uim ad flectendum animum, sicut Bohetius in suo libro, quem de Musica fecit. Vulgatum quippe est, quàm sæpe iracundias cantilena represserit: quàm multa uel in corporum uel in animorum affectionibus miranda perfecerit. *Cantor modulatione flectit, ac scindit corda.*

Absit, ut uigorem Christiani animi in mollitiem caducam possit conuertere: quod genus ipsi etiam gentiles uitabant. Vnde scriptum est in libro memorato, superiore loco. Idcirco Timotheo Milesio Spartiatas succensuisse, quod multiplicem musicam reddens, puerorum animis, quos acceperat erudiẽdos, officeret, & à uirtutis modestia præpediret: & quod harmoniam, quam modestam susceperat, in genus Chromaticum, quod est mollius, inuestiisset. Tanta igitur apud eos fuit musicę diligentia, ut eam animos quoque obtinere arbitrarentur. *Spartiatæ cur succensuerunt Timotheo Milesio.*

Sufficiant hæc pauca de naturali ui musicæ inseruisse: reuertendum est ad Euangelicam parabolam. Seruus qui arat, non debet illico se uertens de agro recumbere, sed parare cœnam domini: de quo seruo dicit Beda, in tractatu super Lucam. Seruus de agro regreditur, cum intermisso ad tempus opere prædicandi, ad conscientiam doctor recurrit: Atque a publico locutionis ad curiam cordis rediens, sua secum Luc.17. *Tali seruo assimilatur Cantor.*

secretius

ſecretius acta uel dicta retractat.

Iuxta diſciplinam ſerui arantis, admonetur Cantor, ut non illico poſt actum opus, ſui officij requiem ſpectet, & torpore ſecuritatis torpeſcat. Perfecit enim opus ſuum, quando quodammodo ſua iubilatione boues in exercitium aratri induxit. Idem Cantores prouocauit, ut ſcinderent corda aratro compunctionis. Ac poſtea uerſus ſequitur. In uerſu neceſſe eſt, ut ſuas cogitationes ad ſe trahat, & ſecũ cogitet, quo modo aut quid à magiſtro didiciſſet. Verſus timore non eſt auſus altè leuare reſponſorium: neſcit quomodo finiat uerſum. Et hic imitatur aliud exemplũ doctrinę domini, quia iubetur ut qui uoluerit turrẽ ędificare, prius ſumptus cogitet, ſi habeat quæ neceſſaria ſunt ad perficiendum. Sequitur Beda memoratus. Poſt paſtum atque agriculturam, domi ſibi iubet parari quod cœnet, Hoc eſt, poſt laborem apertæ locutionis, humilitatem quoque propriæ conſiderationis exhibere. Hoc facit ille qui uerſum cantat in repetitione reſponſorij, exaltat uocem fiducialiter iam non timens uerſum. Illum prædicatorem ſonat, qui curſum ſuum conſummatum habet, qualis erat Paulus, cum diceret. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: In reliquo mihi repoſita eſt corona iuſtitiæ.

Myſterium in cantãdo uerſum Reſponſorij.

Lucæ. 14.

Curſus con ſummatio fiduciã præbet.

2. Tim. 4.

Diximus quod excitentur per Reſpõſorium, qui quodammodo ſurdi ad Epiſtolam: dicamus qualiter obedientes illico proficiant per Reſponſorium. In lectione paſcitur auditor quaſi quodammodo bos. Adhoc enim paſcitur bos, ut in eo exerceatur opus agriculturæ. Bos enim prædicator eſt. Vnde ſcriptum eſt in libro legis: Non alligabis os bouis triturantis. Paſtus eſt enim bos ut exerceat opus. Cantor enim eſt quaſi bubulcus, qui iubilat bobus, ut hilarius trahant aratrum. Cantor eſt de his, de quib. dicit Paulus. Dei adiutores ſumus: Boues ſunt, qui reſpondent primo

In lectione paſcitur auditor ut bos

Deut. 25.

Primus Cãtor tanquã Bubulcus ẽ.

1. Cor. 3.

Ibidem.

primo Cantori, De quibus iterum dicit: Dei agricultura estis. Trahentib. bobus aratrum, scinditur terra: quando cantores intimos anhelitus commouentes, trahunt dulcem uocem, & proferunt ad publicum: qua corda suorum siue cæterorum compungunt ad lachrymas, siue ad confitenda peccata, quasi secreta pace faciendo terræ. Et alio modo. Ideo scribuntur literæ, ut per eas memoriæ reddatur, quod obliuione deletum est. Simili modo ex pictura recordamur, quod interius memoriæ commendari potest: Ita & Responsorio admonetur prædicator, quomodo doctrinam, quæ præcessit in lectione, exerceat. Primò, ut dulcedine suæ imitationis plurimos sibi asciscat: Coniuncti, corda multorum excitent ad compunctionem & lachrymas. Et ne se extollere debeat de opere prædicationis, pulsatur, quatenus ad memoriam sibi reducat, de proprijs causis iudicandum ante Dominum.

Alii Cantores ut boues sunt arantes.

Alia similitudo de literis & picturis.

Quid sit inter Responsorium & Tractum, Caput. XII.

HOC differtur inter Responsorium, cui chorus respondet: & Tractum, cui nemo, quod est inter duo sacrificia: scilicet columbarum & turturum. Tractus uerba congruentia sui officia habent Illa quę sunt in Septuagesima, tribulationem sonant, ut est illud: De profundis clamaui ad te domine. Quæ in sexagesima, oportunitatem fugæ quærunt, ut illud: Vt fugiant à facie arcus, & sic cætera deinceps conijcere possumus: Laudate Dominum omnes gentes, lætitiam neophitorum & nuper ordinatorum significat. De istis sat est.

Ps. 129.

Ps. 59.

Ps. 116.

Reuertendum est ad uolucres, scilicet columbas & turtures, quæ significant Responsorium & Tractum. De quibus dicit Beda, in tractatu super Lucam.

Quid mystice significăt columbæ et turtures.

Beda.

Volucres hæ pro cantu gemitus habent. Non immerito lachrymas humilium designant, quibus plurimũ in ipsis etiam bonis operibus indigemus: Quia & si bona esse quæ agimus nouerimus, qua tamen distinctione ad non examinanda, qua à nobis perseuerantia sint consumanda, nescimus. Et iterum. Hoc sanè inter turturis & columbæ significantiam distat: quòd columba, quæ gregatim conuersari, uolare & gemere consueuit, Actiuæ uitæ frequentiam demonstrat, de qua dicitur. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una: nec quisquàm eorum quæ possidebant, aliquid suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia. Turtur uero, quę singularitate gaudet, adeo ut si coniugem casu perdiderit, solus exinde permaneat, speculatiuæ uitæ culmina denunciat, quia & paucorum est ista uirtus. Et post pauca. Item cum intrans cubiculum, clauso ostio oro patrem in abscondito, turturem offero: At cum eiusdem operis compares quęro, canendo cum propheta, Venite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram domino qui fecit nos: columbas ad altare deporto. Moyses quasi tractum decantat tribulationis, qui solus ascendit ad dominum: & ne idem populus feriatur, lachrymosis precibus impetrat. Daniel Tractum lætitiæ cantat, quando solus fugientibus socijs inter angelos remanet. Solus Ezechiel quadrigas Cherubin, & supernæ ciuitatis ædificia celsa miratur.

Columba actiua, turtur contemplatiuam uitam significat. *Act. 4.* *Quid est offerre turturem, quid columbam.* *Matt. 6.* *Psal. 94.* *Exempla contemplationis.* *Exo. 19. & 32.* *Dan. 10.* *Ezec. 40.*

De Alleluia, Caput. XIII.

Quid Alleluia significat? *Lætitiam Ecclesiæ & domini laudem.*

ALleluia quod cantatur per festos dies, in recordatione æternæ lætitiæ, tàm lætitiam electorũ, quàm laudem domini, ad memoriam reducit: In quo non oportet aliquid sinistrum sonare, sed totum dextrum, quale est in futura uita. Illi sunt recti uersus, per quos reuertimur ad Alleluia, qui lætitiam Eccle-

siæ, &

ſiæ, & domini laudem ſine triſtitia retinēt. Sicuti ſunt: dominus regnauit decorem induit. Et: Dominus regnauit exultet terra. Et: Lauda anima mea dominum, Et: Iubilate Deo omnis terra, & cæteri tales. Pſ. 29 96. Pſ.145. Pſ.99. Pſ.125.

In Reſponſorio ſeminauimus, in Alleluia metimus. De qua re dicit Pſalmiſta: Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent.

Quid ſit inter Alleluia & Tractum. Caput XIIII.

HOc eſt inter Alleluia & Tractum, quod Alleluia laudem ſiue lætitiam domino, Tractus uero aliquando tribulationem, aliquando lætitiam ſonat. Tribulationem, ut: Deprofundis, ut: Commouiſti, ut. Qui habitat, ut: Ad te leuaui oculos meos, ut: Sæpe expugnauerunt me, ut: Deus Deus meus. Lætitiam, ut: Iubilate domino, ut: Qui confidunt in domino, ut: Laudate dominum. Poſt duos tribulationis, tertius occurrit lætitiæ: Quoniam poſt duos dies ſepulturæ, tertius occurrit Reſurrectionis. Sunt etenim duo genera compunctionis: unum timoris, & alterum amoris. Timor in duobus diuiditur, De quibus dicit Eſaias. Ecce ego uenio cogitationes & opera ut congregem. Verba in cogitationibus compræhenduntur, cogitationes, uerba ſunt animi, & radices uerborum ſonantium. Amor ſingularis eſt, unum ſcit amare, & petere unum illud, de quo Propheta dicit. Vnam petii à domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini.

Tractuum alii tribulationis, alij lætitiæ ſūt. *Pſ. 129. 59. 90. 122. 62. 65. 124 150.* *Duo genera compunctionis.* *Eſaie. 66.* *Cogitationes ſūt uerba animi.* *Amor.* *Pſ. 24.*

De Expoliatione Caſularum. Caput XV.

MIniſtri Caſula ſe exuunt, quando Lectoris ſiue Cantoris officium aſſumunt. In Lectoris officio & Cantoris aliquod genus militiæ exprimitur. *Militia lectoris & cantoris.*

Soli enim militant in lectione, siue in uocis modulatione. Hæc officia agendo, extra chorum exeunt. Quid hoc aliud significat, nisi ut itinere, quod arripimus, pro communi necessitate fruamur. Et iam talia sunt illa opera, quæ signantur per Casulam, ut non possint obseruari in itinere. Vnde Beda, in tractatu super Lucam. At uero famem, sitim, uigilias, nuditatem, lectioné, psalmodiam, orationem, laborem operandi: doctrinam, silentium, & cætera huiusmodi: si quis semper exequenda putauerit, non modo se eorum fructu priuabit, sed & notam indiscretæ obstinationis, immo stultitiæ peruicacis incurret. Albam sine casula portat lector seu cantor in singulari officio, quando prudéter & strenue agit contra oblectamenta mundi, & talem se præbet fratribus in necessitatibus temporalibus, ut à plurimis possit imitari.

Opera, quæ in itinere obseruari non possũt.

Quid Alba sine Casula designat.

De Tabulis. Cap. XVI.

SCribit Beda in tractatu Esdræ. Laudabant autem Dominum Leuitæ per manus Dauid. siue in organis, quæ ipse fecit, siue Psalmis quos ipse constituit, concinentes. Eorum uice Cantor, sine aliqua necessitate legendi, tenet tabulas in manibus, ut figurent illud Psalmistæ. Laudent nomen eius in Choro & Tympano & Psalterio psallant ei. Vnde August. in eodem Psalmo: Quare assumit Tympanũ & Psalterium? ut non sola uox laudet, sed & opera. Tabulæ quas Cantor in manũ tenet, solent fieri de osse, quia fortem perseuerantiam signant bonarum cogitationum & bonorum operum, iuxta Euãgelium: Qui autem perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Vel signant dilectionem Dei & proximi: Quæ dilectio nisi opera habeat, uana est. Quapropter tenentur in manu, ut dilectio uocis exerceatur per opus. Vnde idem qui supra, in Psalmo Centesimo Quadra-

Tabula uice organorum sunt.

Ps. 149.

Tabulæ ex osse fiunt.

Matt. 10. & 24.

Dilectio in uerbo & opere.

Quadragesimo nono: Quando sumit Tympanum & Psalterium, manus concinunt uoci. Sic & tu quando cantas Alleluia, porrigas & panem esurienti, uestias nudum, suscipias peregrinum: non sola uox sonat, sed & manus consonant, quia uerbis facta concordant. Versus Alleluia tangit Cantorem, interius ut cogitet in quo debeat laudare Dominum, aut in quo lætari. Hæc iubilatio, quam Cantores Sequentiam uocant, illum statum ad mentem nostram ducit, quando non erit necessaria locutio uerborum, sed sola cogitatione mens menti monstrabit quod retinet in se. Finitur hic secunda periocha prædicationis, Vsque ad memoratum statum currit sermo prædicationis: quæ ultra sunt, uelata sunt alis Seraphin.

De ascensu in Pulpitum. *Caput XVII.*

Lector & Cantor in gradum ascendunt more antiquorum, iuxta quod scriptum est in Esdra. Stetit autem Esdras scriba super gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum, & cætera. Et paulo post. Super uniuersum quippe populum eminebat. Huius loci (ut Beda ait in eodem) uidetur meminisse scriptura Paralypomenon, ubi dictum est: Quia stetit Salomon coram altari domini ex aduerso uniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Si quidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio Basilicæ: habentem quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos in altum, stetitque super eam. In medio nanque Basilicæ, in medio dicit atrij sacerdotum, quæ Basilica maior atriorum exteriorum omni ex parte templi erat circundata. De quibus superius in eodem libro scriptum est. Fecit etiam atrium sacerdotum, & Basilicam grandem: Verum quia Salomon quasi Rex basim fecit æneam. Porrò Esdras quasi minoris po-

2. Esd. 8.

2. Para. 6.

Salomon stetit super basim æneã.

In medio Basilicæ.

tentiæ, gradum ad loquendum ligneum constituit: Sicut etiam Salomō siue Moyses, altare holocausti fecerunt æneum, pro quo filii transmigrationis reposuerunt lapideum: Sed non est putandum minoris sacramentorum perfectionis ligneum gradum, quam basim habere æneam. Quod enim sæpe dictum est, sicut pro diuturnitate durandi, uel suauitate sonandi, diuinis competit sacramentis, quæ nulla sæculorum longitudine deficiunt: Et, In omnem terram exiuit sonus eorum. Ita etiam lignum eisdem aptissimè congruit, propter uidelicet trophæum Dominicæ passionis. Super uniuersum ergo populum Pontifex eminet, quando is, qui gradum doctoris accipit, meritò uitæ perfectioris, actionem uulgi transcendit. Stat autem in gradu ligneo, quem fecerat ad loquendum, quando singulari imitatione Dominicæ passionis, altiorem se cęteris facit: Vnde meritò fiduciam liberè uerbum Dei prædicandi obtinet. Nam qui passionem Domini pro modulo suo contemnit imitari: nec dum gradum ligneum, unde infimis super emineat, ascendit. Ideoque necesse est, talis scriba trepidus præcepta Dei prædicet, timens siue erubescens ea, quæ ipse non fecit, aliis facienda proponere.

Esdras stetit sup gradum ligneū.

Ps. 18.

Ligneus gradus, Dominicæ passionis typus est.

Prædicatorum alius fidit, alius timet.

De Diaconi ascensione in Tribunal. Caput. XVIII.

SIcut uocat Cyprianus gradum, super quem ascēdit Diaconus ad legendum, scribens ad Clerum & plebem, de *Quirino confessore ordinato: Aestimatum est à mea paruitate, ut satius cognoscatur dignitas Diaconi, & magnitudo ministerii eius, uerba ipsius Cypriani ponenda, ac postea nostrum ordinem. Hunc ad nos, fratres charissimi, cum tanta domini dignatione uenientem, testimonio & miraculo eius ipsius, qui se persecutus fuerat illustrem, quid aliud quàm super pulpitum, id est, super tribunal Ecclesiæ

**alias Celerino.*

Verba Cypriani li. 4. epi. 5.

Sublimitas officij Diaconorum.

opor-

oportebat imponi? Vt loci altioris celsitate subnixus, & plebi uniuersæ pro honoris sui claritate conspicuus, legat præcepta * & Euãgelium domini, quę fortiter ac fideliter sequitur: Vox dominum confessa, in his cotidie, quæ dominus locutus est, audiatur. Viderit, an sit ulterior gradus, ad quem profici sci in Ecclesia possit. Nihil est in quo magis Confessor fratribus prosit, quam ut Euangelica ratio de ore eius audiatur: Lectoris fidem quisquis audierit, imitetur. Iungendus in * lectione Aurelio fuerat, cum quo & diuini honoris societate coniunctus est. Et paulo post. Hos tamen lectores interim constitutos sciatis, quia oportebat lucernam super candelabrum poni, unde omnibus luceat: & gloriosos uultus in loco altiore constitui, ubi ab omni circumstante conspecti, incitamentum gloriæ uidentibus præbeant.

*alias Euãgelii.

*alias oratione.

Lectores.

Lu. 11.

Nunc reuertamur ad ordinem. Vsque nunc sedimus more ueteris consuetudinis, ut prætulimus, siue ob admonitionem qua monemur quomodo Deo cantare debeamus, secundum Apostolum dicẽtem: Cantantes & psallentes in cordibus uestris. Modo surgendum est ad uerba Euangelii. Anastasius, Natione Romanus, ex patre Maximo, ut legitur in gestis Episcopalibus: Hic constituit, ut quotiescunque Euãgelia sancta recitantur, sacerdotes non sederent, sed curui starent. Dein ponit Episcopus Thymiama in thuribulum super prunas, ut suauem odorem excitet. Thuribulum Christi corpus significat, in quo est ignis spiritus sanctus: & ex quo procedit bonus odor, quem unusquisque electorum ad se uult rapere. Idem odor bonam opinionem de Christo exire demonstrat, quam qui uiuere uult in suum cor traiicit. Post hoc Diaconus petit a sacerdote benedictionem. Sacerdos ei dicit: Dominus sit in corde tuo & in labiis tuis. Intendat diligenter Diaconus, ut

Ephes. 5.

Dum legitur Euangelium, qualiter standum.

Thymiama in Thuribulo.

Benedicit Episcopus Diacono.

cor eius cum dominicis uerbis uadat, & non sit infructuosa oratio sacerdotis: Dominum in mente teneat, quem suscipit per benedictionem sacerdotis. Et ut non exhalent uerba imposita, ne introeant nociua, signo crucis, facto manu sacerdotis super caput ipsius, munitur. Dein uadit ad altare, ut inde sumat Euangelium ad legendum. Altare Hierusalem potest designare (ut prætulimus) de qua exiuit Euangelica prædicatio, sicut scriptum est, de Sion exiuit lex, & uerbum Domini de Hierusalem: Vel ipsius domini corpus, in quo sunt uerba Euangelii, uidelicet bonæ nunciationis. Ipse præcepit Apostolis prædicare Euangelium omni creaturæ. Ipse dixit: Verba quæ loquor uobis, spiritus & uita sunt. Christus uita: uerba quæ locutus est, in Euangelio continentur.

Euangelii librum de altari sumere.
Esaiæ.2.
Marc.16.
Ioan.6.
Euangelium in sinistro brachio portare.

Diaconus qui portat Euangelium, Christi pes est. Portat Euangelium in sinistro brachio, per quod significatur temporalis uita, ubi necesse est prædicare Euangelium. Salutante diacono, congruit ut omnis populus ad eum uersus sit. Post hoc sacerdos, & omnis populus uertit se ad Orientem, usque dum diaconus incipiat dominum loqui. Et faciunt crucem in frontibus eorum. Neque hoc frustra accipiendum est: Quod infixit sacerdos per suam deprecationem in corde diaconi, hoc unusquisque fidelis studeat infigere animo suo. diaconus, quia non est licitum, propter uerba composita* sequi Sancti Euangelii secundum quemcunque Euangelistam orare, præuenit eum maior benedicere: siue qui a maiore benedictione indiget, qui tradit semina Euangelii quàm qui accipit. Sed populus interim deprecetur Deum, ne diabolus auferat uerbum Euangelii de corde eius: neque petrosa sint corda, ne ue limosa: sed terra bona, ut fructum possint accipere, & fructificare. Dicat saltim, qui promptior non est, ut capiat uerba Euangelii, Gloria tibi domine: Hoc orato, muniant

Cruce signat se populus.
** forte sequentia.*
Lucæ.8.

se

se signo sanctæ crucis, ad confirmanda ea, quæ bene cogitando & loquendo plantauerunt in mente. Quia mentio facta est de signo crucis in fronte, bonum est intimare, cur eam potissimum in ea parte corporis faciamus. Sedes uerecundiæ solet esse in fronte, siquidem Iudæi erubescunt credere in illum, quem norunt crucifixum, ut Apostolus Paulus dixit: Nos autē prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, & reliqua: Sed credimus per crucifixum saluari, De cuius nomine Iudæi erubescunt, eiusque nos nomine credimus muniri. Atque ideo in fronte signum facimus, ubi sedes uerecundiæ est, sicut iam diximus. Vsque ad istud officium baculis sustentabamur, modo ut oportet seruos ante dominum stare, humiliter stamus, deponentes baculos e manibus: Quod potest nos separare ab opere Iudæorum, qui dabant harundinem in manum Christi. Sed nostra humilitas, per baculorum positionē demonstretur in conspectu domini. Duo cerei, qui portantur ante Euangelium, legem & Prophetas designant percepisse Euangelicam doctrinam. Thuribulum uero, opinionem bonarum uirtutum procedentem de Christo. Ipsum thuribulum in tribunal ascendit ante Euangelium, ut ibi suauem odorem ministret. Christi enim bona opera præcesserunt Euangelicam doctrinam, ut Lucas testatur in Actibus Apostolorum. Quæ cœpit Iesus facere & docere. Prius fecit, & postea docuit. Excellentior locus, in quo Euangelium legitur, eminentissimam doctrinam Euangelicæ prædicationis, atque manifestissimam auctoritatem iudicandi signat. Status cereorum, monstrat inferiorem esse legem & prophetas Euangelio. Euangelio reposito post lectionem in loco suo cerei extinguuntur: Quia finita prædicatione Euangelij, lex & prophetia cessabunt. Euangelium quod à primo tempore aduentus Episcopi quieuit

Cur fronti signum crucis infigitur

I. Cor. I.

Cur deponātur baculi e manibus.

Duo cerei, lex & prophetæ.

Thuribulū.

Act. I.

Altior locus Euangelii quam cereorum.

Euangeliū usque ad finem mūdi.



quieuit in altari, usque ad nouissimam tubam diaconi, illud tempus significat, quo necesse est illud prædicari. Præcedens officium, prædicationem Christi usque ad horam passionis demonstrat: & suorum prædicatorum, usque in finem mundi, & ultra. Sequens, opus passionis Christi & Resurrectionis, atque ascensionis in cœlos: similiter suorum uel sacrificium uel mortificationem, & resurrectionem per confessionem, atque suspirium in cælum, ubi audituri sunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratũ uobis regnum.

Matt. 25.

De officio quod uocatur Offerenda. Cap. XIX.

Finitis prioribus officiis superius memoratis: officium introducitur, in quo celebratur oblatio eorum, qui domino uota sua persoluunt. Primo ad memoriam reducenda est oblatio legalis, ac deinde Christi, postremo nostra. Oblatio legalis, habebat duo altaria: Vnum in introitu tabernaculi, Alterum in tabernaculo. Altare in introitu præfigurabat præsens officium: De quo scriptum est in libro Exodi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi, & altare holocausti in uestibulo testimonii: offerens in eo holocaustum & sacrificia, ut dominus imperarat.

Oblatio legalis duo habuit altaria Exod. ult.

Pro quibus causis offerebatur, Numerorum liber manifestat, dicens in cap.*37. Loquere ad filios Israel, & dices ad eos. Cum ingressi fueritis terram habitationis uestræ, quam ego dabo uobis. & feceritis oblationem domino in holocaustum & uictimam pacificam, uota soluentes uel sponte offerentes munera. Est & alterum genus sacrificii, quia duæ sunt nostræ oblationes: Vna est per mortificationẽ carnis, Altera in oblatione bonorum operum. Quæ utræque offeruntur in introitu tabernaculi. In præsenti uita mortificare carnem oportet, & bona ope-

**Num. 15.*

Duæ sunt oblationes nostræ.

ra

ra reddere. De secundo sacrificio memoratus liber ita memorat. Erit sacrificium simile duarum decimarum, quæ conspersa sit oleo tertiæ partis Hin, & uinum ad libamentum tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis domino. Et quod per sacerdotis manum debeat offerri, manifestatur in Leuitico, * cap. 29. Ideo offerre debent sacerdoti filii Israel hostias suas, quas occidunt in agro, ut sanctificentur Domino ad ostium tabernaculi testimonii: & immolent eas hostias pacificas Domino. Et iterum in Paralipomenon monstratur, pro quibus rebus sit offerendum. Ingressi quoque sunt Sacerdotes ad Ezechiam Regem, & dixerunt ei: Sanctificauimus omnem domum domini, & altare holocausti. Et post pauca. Consurgensque diluculo Ezechias Rex, adunauit omnes Principes ciuitatis, & ascendit in domum domini. Obtuleruntque simul Tauros vij, Arietes vij, Agnos vij, & Hircos vij, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Dixit quoque sacerdotibus, filijs Aaron, ut offerrēt super altare domino. Docti sumus ueteri testamento, pro quibus offerre debeamus sacrificia: scilicet pro uotis, pro spontaneis, pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda. Quando adimplemus ea quæ in tribulatione promisimus, pro uotis facimus: Quando gratias agimus de perceptis, pro spontaneis: Quando compungimur de commissis, pro peccato: Quando recta corda petimus Regibus, pro regno: Quando stabilitatem sacrorum graduum pro sanctuario: Quando pacem & unitatem populi, pro Iuda. Interim cantus celebrabatur in templo domini, dicente eodem Paralipomenon. Constituit quoque Leuitas in domo domini, cum cymbalis & psalterijs & citharis, secundum dispositionem Dauid. Et paulo post. Cumque offerrentur holocausta, cœperunt laudes cantare domino, & clangere tubis,

Num. 15.

Offerre per manum sacerdotis.

**Leuit. 17.*

2. Par. 29

Pro quibus rebus offerebant sacerdotes Domino.

Mystica sacrificia pro diuersis.

Cantus inter offerendum.

2. Par. 29

bis,atque in diuersis organis, quæ Dauid Rex repererat, concrepare. Omni autem tuba adorante, cantores qui tenebant tubas, erant in officio, donec compleretur holocaustum: Cumque finita esset oblatio, incuruatus est Rex, & omnes qui erant cum eo,& adorauerunt. Sed antequam ingrederentur sacerdotes ad holocausta, lauabant manus suas, ut scriptum est in libro Exod. cap.30. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum, ponesque illud in tabernaculo testimonij ad altare, & missa aqua lauabunt in ea Aaron,& filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare. Sufficiant ista interim de oblatione ueteri.nunc uideamus Christi oblationem. Officium, quod nos dicimus offerendam,ab illo loco inchoatur, ubi sacerdos dicit, Dominus uobiscum: Et finitur in eo loco, ubi excelsa uoce dicit. Per omnia sæcula sæculorum: Ideo excelsa nouissimum profertur, ut audiatur à populo,& populi responsione confirmetur oratio. Christus enim uenire dignatus est Hierusalem, in die Palmarum, & ibi expectare diem immolationis suæ. Omnis retro immolatio illum præfigurabat. In illo consummata est omnis immolatio. In eo die descendit dominus de monte Olíueti, ueniente obuiam turba multa. Non est dubium,quin salutaret eam,secundum morem bonum antiquæ traditionis: quem etiam nostra non solum perita Ecclesia, sed etiam uulgaris tenet. Solet sibi obuianti aliquis bonum optare,causa salutationis: Et præcipuè propterea dicimus, dominum salutasse turbam uenientem sibi obuiam, quoniam talis erat consuetudo Iudæorum,ut Augustinus in Psalmo, Sæpe expugnauerũt me.Nostis enim fratres,inquit,quando transitur per operantes,est consuetudo,ut dicatur illis, Benedictio

Labium æneum in tẽplo ad lauãdum.
Exod.30.
Principiũ & finis offerendæ.
Matt.21.
Immolatio Christi.
Turba a Christo salutata.
Psal.128.
Consuetudo salutãdi operantes.

ctio super uos. Et magis ista consuetudo erat in gente Iudæorum. Nemo transiebat & uidebat aliquod opus in agro, uel in uinea, uel in messe, uel aliquid eiusmodi, non licebat transire sine benedictione. Hæc consuetudo manet usque hodie in nostra Ecclesia, quando transitum facimus de uno officio ad alterum, quasi nuper introeamus ad operarios, salutamus eos uerbis benedictione plenis. Postea dicit sacerdos, Oremus. Nisi Christi uirtus corda repleſſet turbarum ad orationem, non ei canerent tàm magnificas laudes: Oratione enim serenatur cor ad cognoscendum dominum. Puritas lintei, quod ponitur in altari, puritatem mentium eorum signat, qui Domino cantabant. Eandem puritatem, qua repleuerat corda cantantium, requirebat in templo, quando eiecit inde uendentes & ementes, dicens: Scriptum est, Domus mea domus orationis uocabitur. Dum enim sacerdos suscipit oblationes, Cantores cantāt; Quam diu enim turba cantabat Osanna in excelsis, Christus uota eorum suscipiebat. Oblatione suscepta, sacerdos redit ad altare, ut in eo disponat siue ipse seu diaconus oblationes coram domino, quas illi immolaturus est in sequentibus Missę. Christus enim post accepta uota cantantium, Hierusalem, & templum domini intrauit: in quo erat altare, ibique se præsentauit sibi Deoque patri, ad immolationem futuram. Postea dicit sacerdos Secretam, ut secreta Christi, quæ illo tempore agebantur, nobis ad memoriam ducantur. Augustinum legamus super Ioannem, ubi exponit Christum uenisse ad diem festum Scenopegiæ: non manifestè, sed quasi in occulto, Ita inquit. Manifestetur ergo, tollatur uelum, appareat quod erat secretum. Omnia, quæ dicta sunt antiquo populo Israel, in multiplici scriptura sanctæ legis quæ agerent: siue in sacrificijs, siue in sacerdotijs, siue in diebus festis & omnino in quibuslibet rebus,

Oremus.

Puritas lintei puritatem mentiũ designat.

Matt. 21.
Ioan. 2.
Esaiæ. 56

Sacerdos redit ab oblatis ad altare.

Secreta quid repræsentat?
Aug. Tract. 28. To. 9.
Vmbra futurorum in lege.

bus, quibus Deum colebant, quæcunque illis dictæ & præcepta sunt, umbræ fuerunt futurorum. Quorum futurorum? quæ implentur in Christo. Vnde dicit Apostolus. Quotquot enim promissiones dei sunt in illo etiam, id est, in Christo impletæ sunt. Ex his dictis possumus intelligere, cuius uice secretam dicat sacerdos. Agnus paschalis latebat in Christo, qui immolandus erat. Hoc erat secretum Apostolis, erat secretum cæteris fidelibus, qui cum eo erãt: Erat secretum populo Iudæorum, usque ad diem cœnæ, quo ipse apertius manifestare dignatus est passionem suam: Vsque ad illum diem protenditur secreta sacerdotis. Moraliter. In præsenti officio altare nostrum præfiguratur ab altari holocausti, quo immolabantur uictimæ pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda, pro uotis, pro spontaneis. Has oblationes cotidie habemus in nostra Ecclesia, easdem per manus sacerdotis offerimus. Altare nostrum, designat in præsenti generalem uitam iustorum, qui carnem suam crucifigere cotidie cũ uitiis & concupiscẽtiis, atq; in hostiã uiuentẽ Deo offerre solẽt. Si altare, qđ prefiguratur ab altari holocausti, significat generalem uitam iustorum, oblationes quæ in eo offeruntur, eorum cogitationes & bona opera designant. Redeamus ad initium præsentis officij. Salutat Episcopus populum, deprecando ut dominus sit cum illo: populus econtra orat pro sacerdote, ut simul cum suo spiritu sit dominus cum eis. Hæc salutatio introitum demonstrat ad aliud officium. Postea dicit, Oremus: Admonetque ut unusquisque offerentium sese ad suam conscientiam introducat. Si quis habet ad immolandum, immolet: Id est, si quis conscius est proprij uitij, roget ut mucrone inuisibili feriatur. Si quis habet uoluntarium sacrificium, siue spontaneum, siue pro quacunque re sit, precetur antequam de manu eius exeat, ut acceptabile sit domino:

2.Cor.1.

Christus Agnus, qui latebat.

Altare holocausti figura fuit altaris nostri.

Gal.5.

Rom.12.

Expositio officii Secretæ.

Offerentes examinent conscientias suas.

mino: Nec despiciatur, sicut despectum est Cain, qui non recte offerebat. Interim ponitur sindon in altare. Sindone, quam solemus Corporale nominare, admonetur omnis scilicet populus, & ministri altaris, necnon & sacerdos, ut sicut linteum castigatum est ab omni naturali uiriditate & humore: ita sit mēs offerentium, ab omni carnali cupiditate. Et sicut illud nitet suo splendore: ita intentio offerentium simplicitate niteat coram Deo. Dein transit sacerdos ad suscipiendas oblationes. Interim cantores cātant more antiquorum, ut iam prætulimus, siue turbarū quæ cantabant Christo uenienti Hierusalem. Populus dat oblationes suas, id est, panem & uinum, secundū ordinem Melchisedech. Panis quem offert, & uinū, exprimunt omnia desideria pia, intrinsecus latentia, siue sint pro immolatione seu pro hostia uiua quod foris agitur, signum est illius quod intrinsecus latet. Vnde August. in lib. x. de ciuita. Dei, cap. ix. Qui autem putant hæc uisibilia sacrificia diis alijs congruere, illi uero tanquàm inuisibili inuisibilia, maiora maiori, meliorique meliora: qualia sunt puræ mentis & bonæ uoluntatis officia, profecto nesciunt, hæc ita esse signa illorum, sicut uerba sonantia signa sunt rerū. Quo circa sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus sacrificantes uoces, cui res ipsas in corde, quas significamus, offerimus: ita sacrificantes non alteri uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quā illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus.

Genes. 4.

Mysterium in Sindone id est Corporali.

Oblationes populi, panis et uinū.

Aug. To. 5. Visibile sacrificium signum est inuisibilis sacrificij, quod nos ipsi sumus.

Susceptis oblationibus reuertitur sacerdos ad altare, disponente Diacono oblatas super altare, more primorum septem Diaconorum. Lauat sacerdos manus more priorum sacerdotum, ut extersæ sint à tactu communium manuum, atq; terreno pane. Quæ lauatio manus, mundationem cordis signat per lachrymas & compunctiones, sicut Beda in libro de tabernaculo

Lauat sacerdos manus.

Beda lib. 3. cap. 14.

bernaculo & uasis eius refert. Recte (inquit)* per altari holocausti, labrum ponitur, in quo abluti sacerdotes ingrediantur tabernaculum, & Thymiama domino incendant. Duobus *quoque modis lachrymarum & compunctionum status distinguitur. Et post pauca. Neque enim quisquam de plebe ibi lauari, sed ipse Pontifex iussus est, & filii eius, uidelicet sacerdotes gradus inferioris: quia magnorum uirorum sicut perfectior uita, sic & compunctio solet esse sublimior. Et iterum. Quòd si in persona Aaron, ipsum magnum Pontificem dominum saluatorem accipere uolumus, Constat, etiam cum huius aqua labri, priusquam ad altare oblaturus intraret, esse lotum: Quia priusquam Thymiama sui sacrosancti corporis, propter salutem nostram, in altari crucis incenderet, pro nostro amore etiam lachrymas fudit, Quod in resurrectione Lazari celeberrime innotuit.

*propè altare.

Labrum aeneum, siue labium.

*nanque

Christus lachrymis, lotus est ante quã in cruce offerret.

Ioan.11.

Oratio sacerdotis pro seipso.

Cantantibus adhuc cantoribus, uadit sacerdos ad altare, & orat: quod cæteros præmonuit facere, agit. Orat pro suis propriis delictis remissionem, ut dignus sit accedere ad altare, & ad tactum oblatarum: ne fiat illi quod factum est Bethsamitibus, qui temere uiderunt arcam domini. De quo scribitur in libro Samuelis: Percussit autem de uiris Bethsamitibus, eò quod uidissent arcam Domini, & percussit de populo lxx. uiros, & quinquaginta milia plebis.

1.Reg.6.

Dein suscipit oblationes sacerdotum & diaconorum, quibus licitum est accedere ad altare. Accipit etiam ab Archidiacono duas: unam pro se, & alterã pro diacono. Ex thuribulo quod superimponit post orationem, demonstrat, per quem ei propitiari possit dominus: uidelicet per dominum nostrum Iesum Christum, cuius corpus designat thuribulũ. De quo scriptum est in Exodo, ut offerant in eo Thymiama domino, ne forte moriantur. Vnde Beda memoratus. Mors etenim timenda est animæ spiritualis & æterna

Thuribulũ designat corpus Christi.

Exod.30.

æterna: si qui ad ministerium altaris electus, Thymiama orationum Deo reddere negligit. Diaconus aquã miscet uino: Cur hoc fiat, Cyprianus monstrat, ad *Quirinum de sacramento dominici calicis, dicens. Quando autem in calice uino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quẽ credidit, copulatur & iungitur. Quæ copulatio & cõiunctio aquæ & uini sic immiscetur in calice domini, ut commixtio illa non possit ab inuicem separari. Vnde ecclesiam, id est plebem in Ecclesia constitutã, fideliter & firmiter in eo quod credidit perseuerantem, nulla res separare poterit à Christo, quo minus hæreat semper & maneat *indiuidua dilectio. Sic etiã in sanctificando domini calice, offerri aqua sola non potest, *quandoquidem & uinum solum nõ potest: Nam si uinum tãtum quis offerat, sanguis Christi incipit esse sine nobis: Si uero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Quando autem utrunque miscetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulantur, tunc sacramentum spirituale & cæleste perficitur. Sic uero calix Domini non est aqua sola, aut uinum solum, nisi utrunque sibi misceatur: quomodo nec corpus domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrunque adunatum fuerit & copulatum, & panis unius compage solidatum. Quo & ipso sacramento, populus noster ostenditur adunatus, ut quẽadmodum grana multa in unum collecta, & commolita & commixta, panem unum faciunt: sic in Christo, qui est panis cælestis, unum sciamus esse corpus, cui coniunctus sit noster numerus & adunatus.

Vini & aquæ commixtio in calice.

**alias Cæcilium.*

Cyp. lib. 2. Epist. 3.

**alias diuina.*

**alias quomodo nec uinũ solum potest.*

Ex farina & aqua cõmixtis fit panis.

Omnis populus intrans ecclesiam, debet sacrificiũ Deo offerre: At cantores, qui sunt de genere Leuitarum, propter instantem necessitatem cantandi, non habeant licentiam huc illucque discurrendi, ut singuli offerant cum cæteris. Populus offert uinum, cantores aquam: Sicut uinum & aqua unum fiunt in calice,

Populus uinum cantores aquam offerunt.

ſic populus & cantores in corpore Chriſti. Cantores more Leuitarum antiquorum, qui omnia neceſſaria tabernaculi prouidebant, quærãt aquam ad fontem & ſeruent eam coopertam uſque ad tempus ſacrificii, & tunc mundam eam offerant.

Sudaria Diaconi et ſacerdotis.

Poſtea ponit calicem in altari Diaconus, & ſudariũ ſuum in dextro cornu altaris. Eſt habile ad hoc. ut quicquid acceſſerit ſordidi, illo tergatur, & ſacerdotis mundiſſimum maneat. Si per incuriam ſacerdotis, ante horam ſacrificii aliquę maculæ inhæſerint uariarum temptationum, has ſuo ſudario tergat.

Ne inhæreant ſacerdoti tentationes.

Cypr ſer. 6

Surſum corda.

Ne ſit locus ineptis cogitationibus in oratione.

Hora ſacrificii ita uigilet, ut nullę poſſint inhærere, quantum humana fragilitas ſinit, quin illico repellantur in hoſtio ſuggeſtionis, ut quieta mente pro peccatis aliorum intercedat. Vnde Cyprianus, in ſermone de oratione dominica. Quando autem ſtamus ad orationem, fratres dilectiſſimi, uigilare & incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio omnis carnalis & ſecularis abſcedat, Nec quicquàm tunc animus quam id ſolum cogitet, quod precatur. Ideo & ſacerdos ante orationem, præfatione pręmiſſa, parat fratrum mentes, dicendo, Surſum corda, ut dum reſpondet plebs: Habemus ad dominum, admoneatur nihil aliud ſe quàm dominum cogitare debere. Clau datur contra aduerſarium pectus, & ſoli Deo pateat. Nec ad ſe hoſtem Dei, tempore orationis adire patiatur: Obrepit enim frequenter & penetrat, & ſubtiliter fallens, preces noſtras à Deo auocat: ut aliud habeamus in corde, & aliud in uoce, Quando intentione ſyncera Deum debeat, non uocis ſonus, ſed animus & ſenſus orare. Quæ autem ſegnitia eſt, alienari & capi ineptis cogitationibus & profanis, cũ Deum deprecaris: quaſi ſit aliud, quod magis debeas cogitare, quam id quod cum Deo loquaris? Quomodo audiri te à Deo poſtulas, cum te ipſe non audias? Vis eſſe dominum tui memorem cum rogas, quando tu

ipſe

ipse tui memor non sis? Hoc est, de eo hoste in totum non cauere: Hoc est, quando oras Deum, & maiestatem Dei negligentia orationis offendere: Hoc est, uigilare oculis, & corde dormire: Cum debeat Christianus, & cum dormit oculis, corde uigilare: Sicut scriptum est ex persona ecclesiæ, loquentis in Cantico canticorum. Ego dormio & cor meum uigilat. Quapropter solicitè & cautè Apostolus admonet, dicens. Instantes orationi, uigilantes in ea. Docens scilicet & ostendens, eos impetrare quod postulant de Deo posse, quos Deus uideat in oratione uigilare. Orantes autem, non infructuosis nec nudis precibus ad Deum ueniant. Inefficax petitio est, cum precatur Deum sterilis oratio: nam cum omnis arbor, non faciens fructum, excidatur & in ignem mittatur, utiq; & sermo non habens fructum, promereri Deum nō potest, quia nulla operatione fœcundus est, Et idcirco scriptura diuina instruit dicens. Bona est oratio cum ieiunio, & eleemosyna.

Vigilare in oratione.

Can. 5.
Coloss. 4.

Ne sit oratio sterilis sine fructibus.

Matth. 3. & 7.

Tobiæ 12.

Quo facto reuertitur ad populum sacerdos, & precatur ut orent pro illo, quatenus dignus sit uniuersæ plebis oblationem offerre Domino. Præsentes* adorātes prælibatæ sunt, in Paralipomenon, ubi orat turba cantantibus Leuitis. Post holocaustum nempe incuruatus est Rex & omnis populus.

Orate pro me peccatore fratres.

** forte orationes.*

2. Par. 7.

Audiui dicere quod plebs eadem hora tres uersiculos cantet pro sacerdote. Mittat tibi dominus auxilium de sancto: & duos sequentes.

Ps. 19.

De Secreta. *Cap. XX.*

SEquitur secreta: Secreta ideo nominatur, quia secretò dicitur. In hac primò nominatur hostia siue sacrificium oblatio: In hac precatur sacerdos per eandem hostiam purgari usquequaque. Sacerdotis solius est, soli Deo offerre sacrificium: ac ideo, quia

Oratio quæ Secreta dicitur.

Deo cogitationibus loquimur, nõ est necessaria uox reboans, sed uerba ad hoc tantum, ut eisdem admoneatur sacerdos, quid cogitare debeat. In sequenti nanque oratione clamat populum, ut quod ipse iam habet, habeat & ille, sursum cor: Ac deinde, ut gratias agat Deo pro serenitate mentis. Igitur hoc necessario extollitur uoce, quod omnibus licet simul agere, id est, gratias referre Deo, hoc adclamatur. Quod ad solum sacerdotem pertinet, id est, immolatio panis & uini, secreto agitur. Quantum enim uictima præstabat in ueteri Testamento ad domini sacrificiũ, postquàm ducta erat ad ostium tabernaculi: tantum præstat sacrificium in prima positione altaris. Non potest iam mutari, neque in melius, neque in deterius.

Cur alte dicit, Sursum corda &c.

Leuit.4.

De Hymno ante passionem Domini, siue præparatione. Cap. XXI.

HYmnus ideo dicitur, quia refertus est gratiarũ actione & laudibus angelorum: Præparatio, quia parat fratrum mentes ad honestatem, decentẽ conuentum sanctorum angelorum, qui solent adesse consecrationi corporis Christi. Et ipsa in reuerentiã tantæ consecrationis: ac ideo excelsa uoce cantatur. Officium hoc inchoatur à salutatione, quæ dicitur, ante Sursum corda: finitur in hymno, Sanctus, Sanctus. Præsens officium illud tempus nobis ad memoriam reducit, quando Christus in cœna ascendit in cœnaculum magnum stratum, & ibi multa locutus est cum discipulis, & hymnum retulit Deo patri, quẽ Ioannes commemorat, usque dum exiret in montẽ olíueti. Ibi gratias egit Deo, ibi hymnum cantauit, in quo precatus patrem, ut seruaret discipulos suos à malo, dicendo. Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Et ut sancti permaneant, Sã-

Hymnus Angelorũ, qui & præparatio dicitur.

Præfationis principium & finis.

Matth.26.

Ioan.17.

Hymnus Christi post cœnam in horto dictus.

ctifica eos in ueritate. Et iterum. Et pro eis sanctifico meipsum, ut sint & ipsi sanctificati in ueritate: Et ut in cœlum transeant, dicit in sequentibus. Pater quos dedisti mihi, uolo, ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideant claritatem meam quam dedisti mihi. Iuxta hunc sensum altare est mensa domini, in qua conuiuabatur cum discipulis, Corporale, linteum quo erat ipse præcinctus: Sudarium, labor de Iuda proditore. Hunc ordinem sequitur sacerdos cum suis auditoribus. Ascendit in cęnaculum, quando dicit, Sursum corda. Auditores respondent. Habemus ad dominum. Quod precatus est pro se in præfatione, ut cor suum esset alienum a uinculis mundanis: hoc nunc monet auditores suos, ut pro tanto dono gratias agant Deo. Auditores confirmant, dignum & iustum ita esse, & cætera, usque per Christum dominũ nostrum. Per quem reconciliati sumus Deo, per illũ nostras gratiarum actiones offerimus. Quia non solum ea renouata sunt per Christum, quæ sunt in terra, sed etiam quæ in cœlis. Recolit cœlestium laudes, Quia enim de sacrificio agitur, restat ut & gratiarũ actiones, quas sacerdos offert, pro sacrificio eius accipiamus: & ministeria angelorum quæ recolũtur in præsenti Hymno, pro eorum sacrificio. Illud intẽdendum est in omnibus officiis immolationis, tali nomine censendum esse uisibile altare, quale est cor offerentium. Tempore quo hymnus ante passionem celebratur, altare nostrum aptatur altari Thymiamatũ, quod significat specialem quorundam perfectorum uitam, eorum scilicet, qui maiore mentis perfectione, extinctis prorsus ac sopitis illecebris omnis carnis, sola Domino orationum uota offerunt: Nihil quidem de carne, quod se impugnet: nihil de cõsciẽtia peccati, unde conturbentur ac paueant habentes, sed dulcium profusione Lachrymarum optantes uenire ante faciem Dei. Oblatio quæ superposita est, in

Altare mensa domini dicitur.

Præfationis uerba.

Per Christum dominum nostrũ Sacrificiũ.

Thymiama perfectiorũ uitam significat.

Oblatio, ex qua fit corpus Christi.

in priore officio Deo deputata est. Ac per hoc sanctificata, idest, à terrenis separata, & cœlestibus deputata. In isto obseruatur usque dum ex ea fiat corpus Domini, ac postea assumatur in cœlum. Intimatum est, hanc preparationem, quæ celebratur in altari Thymiamatis, sacrificium angelorum ad memoriam nobis reducere. Ac ideo quod dicit sacerdos, Quam laudant angeli, angelorum sacrificiũ est. In angelis Archangelos intelligimus: Dominationũ sacrificium adoratio, in quibus Principatus intelligimus. Sicut dominationes subiecta sibi habent angelorum agmina, quibus mira potentia preeminent: sic & Principatus spiritus bonorum angelorum, quibus ad explenda diuina mysteria principantur. Qui dominantur, principantur. Potestatum tremor, cælorumque uirtutum ac beatorum Seraphin agminum societas sancta. Cælos pro thronis positos intelligimus, quia cælum sedes Dei dicitur. Hisque coniungimus Cherubin, super quæ dicitur Deus sedere, sicut Psalmus, Qui sedes (inquit) super Cherubin, appare. His nouem ordinibus prælibatis, ordo Decimus conditionis humanæ aduexus est. Ex cuius uoce dicit sacerdos, Cum quibus & nostras uoces ut admitti iubeas deprecamur: hymnus sequẽs, qui additus est primæuo hymno, à Sixto Papa additus est, ut in gestis Pontificalibus legitur. Ita enim ibi scriptum est. Hic constituit, ut intra actionem sacerdos incipiens populo decantaret hymnum: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth.

Sacrificiũ angelorum. *Nouẽ Chori angelorũ* *Esaiæ. 66.* *Ps. 79.* *Decimus Chorus ex hominibus est.*

Idem hymnus horum ordinum uoces continet. Ordo angelorum dicit, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua: Ordo hominum dicit, Osanna in excelsis. Benedictus qui uenit in nomine domini. Quam partem hymni cantauit turba, die palmarum, præcedẽs Dominum in Hierusalem. Iam diximus de altari

Hymnus partim angelorum partim hominũ est. *Matt. 21.*

quid significet, dicendum est de sudario. Sudarium iacens in altari significat laborem, quem habent angeli in ministerio humano, siue perfecti uiri, qui nõ cessant orare pro fragilitate. Corporale uero, intentionem non fictam. Stant interim Episcopi siue sacerdotes seu diaconi, post Pontificem. Subdiaconi uero in facie eius. Ibi illud adimpletur, quod in memorato cęnaculo dixit dominus discipulis secundum Lucam. Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior. Et qui præcessor est, sicut minister. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? Ego autem in medio uestri sum tanquam qui ministrat. Multos discipulos Christi doctrina habebat, de quibus erant illi Centum uiginti, qui die Pentecostes simul inuenti sunt in una domo. De ipsis erat Ioseph ab Arimathia, discipulus Iesu occultus propter metum Iudæorum: & ipse baiulator aquæ, qui suscepit eum in cœnaculo suo, cui mandauit dominus, Dicit tibi magister. Hi denique siue essent corporali positione in cœnaculo, quãdo dominus cœnauit, seu non forent, tamen eius obsequio non deerant, sicut is non defuit, qui strauit cœnaculum magnum. Hos credimus designari per subdiaconos, qui in facie stant sicut ille stetit, siue per præsentiam siue per ministerium, cuius erat cœnaculum. Siue mulieres quæ perseuerauerunt in passione domini. De quibus Gregorius in Moralibus scribit. Sed cum ad crucis horam uentum est, eius discipulos grauis ex persecutione Iudæorum timor inuasit, fugerunt singuli, mulieres*astiterunt. Quasi ergo consumpta carne, os domini pelli suę adhæsit, quia fortitudo eius, passionis tempore, fugientibus discipulis, iuxta se mulieres inuenit. Stetit equidem aliquandiu Petrus, sed tamen post territus ne-

Quid sudarium significat.

Diuersus status circa altare.

Luc. 22.

Multi discipuli Christi extra xij. apost.

Ioan. 19.

Luc. 22.

Illi discipuli per Subdiaconos repræsentantur.

Greg. libr. 14. c. 23.

** adhæserũt*

Iob. 19.

Petrus & Ioannes in paßiõe Christi.

Ioan.19. gauit. Stetit etiam Ioannes, cui ipso crucis tempore dictum est. Ecce mater tua. Sed perseuerare minime potuit, quia de ipso quoque scriptum est, quod *Mar.14.* adolescens quidam sequebatur illum, amictus sindone super nudo, & tenuerunt eum, At ille reiecta Sindone nudus profugit ab eis. Qui & ipse post, ut uerba sui redemptoris audiret, ad horam crucis rediit, prius tamen territus fugit. Mulieres autem non solum non timuisse neque fugisse, sed etiam usque ad sepulchrum stetisse, memorantur. Dicat ergo. Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum. Hoc est, hi qui meæ fortitudini propinquius inhærere * debuerunt, passionis meæ tempore, timore consumpti sunt, & eas quas ad exteriora ministeria posui, in passione mea sine formidine inhærere mihi fideliter inueni.

Mulieres non fugerunt, sicut Apostoli.

Iob.19.

**debuerant*

De Hymno Sanctus, Sanctus, Sanctus. Cap. XXIII.

Post hymnum inchoatum, Sanctus, Sanctus Sanctus, inclinant se & qui retro stant, & qui in facie, uenerando scilicet maiestatem diuinam & incarnationem domini. Quæ introducta sunt per cantum angelorum & turbarum. Angelorum concentus, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth, maiestatem diuinam introducit. Turbarum uerò, domini incarnationem, dicendo. Benedictus qui uenit in nomine domini, Osanna in excelsis.

Duæ partes Hymni, angelorũ una, turbarum altera.

De te igitur. Cap. XXIIII.

Perseuerant retro stantes inclinati, usque dum finiatur omnis præsens oratio, id est, usque dum dicatur post orationem Dominicam, Sed libera nos à malo.

à malo. Quod enim inde sequitur, usque. Per omnia sæcula sæculorum, Expositio est nouissimæ petitionis, dominicæ orationis. Illi enim sunt de quibus dominus dixit. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis, & ego dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum. Vnde Beda in tractatu super Lucam, Non inchoatione patientiæ, sed perseuerantia regni cœlestis gloria donatur. Quia nimirum perseuerantia, quæ alio nomine constantia uocatur, robur quoddam & fortitudo mentis, cunctarumque (ut ita dixerim) est columna uirtutum. Quæ cum bene recta & firmata consistit, nihil est certius, nihil tutius bonis moribus. Ipsi stant inclinati donec liberentur à malo. Hi enim sunt apostoli, qui magna tribulatione erant oppressi antequam audirent Domini resurrectionē, non se audebant erigere, ut cōfiterentur se eē Christi discipulos. Hi quamuis in passione non forent præsentes, tamen perseuerabant post Christi resurrectionem in temptationibus. Non enim surgunt ante lucem, de qua Psalmista dicit. Vanum est uobis ante lucem surgere. Id est, uanum est gloriari antequam surgatis a mortuis. At qui stant in facie, signant discipulos occultos propter metum Iudæorum, siue mulieres, quæ poterant in facie persistere. Sua declinatione subdiaconi mœstitiam eorum significant: De quibus dicit idem, qui supra in eodem. Non autem ideo solus mulierum planctus eum sequebatur, quia non minimus etiam præsentium uirorum cœtus de eius erat passione mœstissimus: sed quia fœmineus, quasi contemptibilior sexus, liberius poterat præsentibus sacerdotum Principibus & magistratibus quid contra eos senserit, ostentare.

Qui *poterant non dolere, quando eum, quem nimio amore dilexerunt & nouerunt innocentem, ab impijs compræhendi, ligari, duci, ante eos flagellari,

Luc. 22.

Virtus perseuerātiæ.

Qui sunt qui stant inclinati.

Ps. 126.

Subdiaconi, qui stant in faciem Episcopi.

*nō poterāt

ſpui in faciem, crucifigi, uiderunt: Quid ſignificet eorum erectio ante finitam orationem, ſi dominus dederit, in congruis locis monſtrabitur.

Te igitur. Nunc de Te igitur dicendum eſt. Ab initio orationis, uſque ad locum ubi dicitur, Et in electorum tuorum iubeas grege numerari, per Chriſtum dominum noſtrum, celebratur ſacrificium electorum, qui non habent in carne quod eis repugnet: neque in conſcientia, quod conturbet. Sicut enim duo erant altaria in tabernaculo Moyſi, ſiue in templo Salomonis: unum Thymiamatis, alterum holocauſti: ita ſunt duo ſacrificia ſanctæ Eccleſiæ, Vnum eſt in quo omnes carnales motus ſopiti ſunt, de quo commemorauimus, & nunc iterum commemorandum eſt, Alterum eſt, in quo neceſſe eſt cotidie carnales motus mactare: De quo in poſterioribus dicendum eſt. In promptu altare thymiamatis eſt, & utroque officio, ſcilicet capitis & corporis, uſque ad locum de quo ſuperius titulatum eſt. Nunc uero reddendum eſt, cur oratio præſens & præfatio*ſecreta, dicantur ex ſermone Cypriani, de Dominica oratione. Sit (inquit) orantibus ſermo & precatio cum diſciplina, quietem continens & pudorem. Cogitemus nos ſub conſpectu Dei ſtare, placendum diuinis oculis, & habitu corporis & modo uocis. Nam ut impudentis eſt, clamoribus ſtrepere, ita contra congruit uerecundo, modeſtis precibus orare. Denique magiſterio ſuo Dominus, ſecretò orare nos præcepit in abditis & ſemotis locis, in cubilibus ipſis. Quod magis conuenit fidei, ut ſciamus Deum ubiq; eſſe præſentem, audire oẽs & uidere, & maieſtatis ſuæ plenitudine in abdita quoq; & occulta penetrare, ſicut ſcriptũ eſt. Ego Deus appropinquãs, & non Deus de longe. Si abſconditus fuerit homo in abſconditis, ego ergo non uidebo eum? nonne cœlum & terram ego impleo? Et iterum. In omni loco ocu-

Duo altaria. *Duo ſacrificia.* *Oratio Canonis ſecreto dicenda.* *Cyp. ſer. 6.* **ſecretò* *Matt. 6.* *Secreta oratio magis cõuenit fidei.* *Hiere. 23.* *Prouer. 15*

oculi domini speculantur bonos & malos. Et quando in unum cum fratribus conuenimus, & sacrificia diuina cum Dei sacerdote celebramus, uerecundiæ & disciplinæ memores esse debemus: non passim uentilare preces nostras inconditis uocibus, nec petitionem commendandam modeste Deo, tumultuosa loquacitate iactare, Quia Deus non uocis sed cordis auditor est: Nec admonẽdus est clamoribus, qui cogitationes hominum uidet, probante Domino & dicente. Quid cogitatis * nequã in cordibus uestris, Et alio loco. Et scient omnes Ecclesiæ, quia ego sum scrutator cordis & renis. Quod Anna in primo Regnorum libro, Ecclesiæ typum portans, custodit & seruat, quæ Deum non clamosa petitione, sed tacitè & modestè intra ipsas pectoris latebras precabatur: & loquebatur prece occulta, sed manifesta fide: Loquebatur non uoce, sed corde, quia sic Deum sciebat audire: & impetrauit efficaciter quod petijt, quia fideliter postulauit. Declarat scriptura diuina quæ dicit. Loquebatur in corde suo, & labia eius mouebantur, & uox eius non audiebatur, exaudiuit eam Dominus. Item legimus in Psalmis, Dicite in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini. Per Hieremiam quoque hæc eadem spiritus sanctus suggerit & docet, dicens: In sensu autem tibi debet adorari Dominus. Adorans autem, fratres dilectissimi nec illud ignoret, quemadmodum in templo cũ Pharisæo publicanus orauerit. Non alleuatis in cœlũ oculis impudenter, nec manibus insolenter erectis, sed pectus suum pulsans, & peccata intus inclusa cõtestans diuinę misericordiæ implorabat auxilium: & cum sibi pharisæus placeret, sanctificari hic magis meruit qui sic rogauit: Qui spem salutis, non infiducia innocentiæ suæ posuit, cum innocens nemo sit: sed peccata confessus humiliter rogauit, & exaudiuit orantem qui humilibus ignoscit.

Qualis debet esse oratio in publico fratrum conuentu.

* *mala*

Luc. 5.

Hiere. 17.

Anna mater Samuelis.

1. Reg. 1.

1. Reg. 1.

Ps. 4.

Hiere. 29.

Oratio publicani in templo.

Luc. 18.

Triplex oratio in T igitur.

Quia

Quia audiuimus ex Cypriano modum orationis, audiamus ex Te igitur orationes. Primo uice Christi sacerdos tres orationes exercet: sicut dominus fecit, postquam exiuit in montem oliueti ante traditionem suam, id est, pro uniuersali Ecclesia, & pro specialibus fratribus, & pro Choro sacerdotum. Prima oratio Christi est. Mi Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Transferri calicem à se postulat, non quidem timore patiendi, sed misericordia prioris populi, ne ab illo bibat calicem propinatum. Vnde & signanter non dixit, Transfer à me calicem, sed calicem istũ, hoc est, populi Iudæorum. Secundo est oratio Christi. Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibã illum, fiat uoluntas tua. Quod ita Hieronymus secũdo Osee, Vt sicut Niniue aliter saluari non potest nisi aruerit cucurbita, fiat uoluntas patris Tertio orauit Christus eundem sermonem.

Triplex oratio Christi in horto. Luc. 22.

Ionæ. 4.

Vt ex memorato Hierony. discimus, qui dicit, Apostolorum timorem sequenti pœnitentia magistrum impetrasse corrigendum: intelligimus eũ pro suo corpore, id est, Apostolis, nunc orasse. Eodem numero, id est, ternario, sacerdos uoce electorum complet orationem suam. Sacrificium est electorum ad Deum patrem, per Cristum dominum nostrum. Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata: Dona & munera unum sciant, Iuxta quod Daniel respondit Balthassar, quando ei promisit purpuram & torquem auream. Munera, inquit, tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da. Hoc unum bis repetitur, quia duæ res offeruntur Deo, id est, panis & uinum, quæ utræque non incongruenter possunt plurali numero appellari. Etenim in pane est aqua & farina: In uino, aqua & uinum. Id ipsum tertio repetitur. Hæc sancta sacrificia illibata. Singulari repetione duo superiora recapitulantur, quoniam in uno corpore

Hæc dona, hæc munera &c. Dani. 5.

Sacrificia illibata.

Chri-

Christi hæc sacramenta continentur: sed quoniam potius requirit Deus Sacrificium cordis, quàm hoc quod extrinsecus ministratur: in corde sacerdotis uolumus interpretari dona & munera, & sacrificia illibata. Vnde dicit Augustinus, in libro decimo de ciuitate Dei, cap. iij. Dona eius in nobis, nos quoque ipsos uouemus & reddimus ei: beneficiorum eius, solennitatibus festis & diebus statutis, dicimus sacramusque memoriam. Ne uolumine temporum ingrata subrepat obliuio, ei sacrificamus hostiam humilitatis & laudis, in ara cordis, feruidam charitate.

Sacrifici in ara cordis.

Iuxta eundem Augustinum. Si quis uult dona Deo offerre, seipsum offerat: Si quis munera, sæpius memoretur beneficiorum eius: Si quis sacrificia illibata, humilitatem laudemque & Charitatem offerat. Dicit idem in libro memorato, cap. 5. Sacrificium ergo uisibile, in uisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrum signum est. Et in sequentibus in eodem, capitulo. 19. Quocirca sicut orantes atque laudantes ad eum dirigimus sacrificantes uoces, cui res ipsas in corde quas significamus offerimus: ita sacrificãtes, non alteri uisibile sacrificium offerendum esse nouerimus, quàm illi, cuius in cordibus nostris inuisibile sacrificium nos ipsi esse debemus.

Sacrificiu uisibile & inuisibile.

Quia domino miserante sacrificium uerum inuenimus: sequentia, Te igitur, persequamur, Secreta: In primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta Catholica, & reliqua. Memoratum sacrificium pro tribus offertur, id est, pro Ecclesia sancta uniuersali, pro specialibus fratribus, quorum Eleemosynas suscepimus aut munus, aut quorum sponsores sumus facti, uel quorum præsentiam tuemur in officio Missæ nostræ: quorum tamen sacrificium est laus. Pro nobis ipsis sacerdotibus, qui communicamus sanctæ Mariæ & Apostolis in uno domino, ut in omnibus protectione domini muniamur. Et iterum tria sunt

Sacrificiu istud pro tribus offertur.

Mich. 6.

Tria requirit a nobis Deus sacrificia.

Facere iudicium. sunt sacrificia iuxta prophetā, quę requirit dominus a nobis: Scilicet facere iudiciū, & diligere misericordiam, & paratum esse cum domino Deo ire. Facit iudicium, qui se ei nouet & reddit, cuius totus est, & omne quod in eo potest esse ex his quæ sunt. Idem facit iudicium, quando iudicat primo orandum esse pro pace uniuersalis Ecclesiæ: Dein diligit misericordiam, qui ex præteritis beneficiis gratias agendo, futura sibi adquirit. Ipse sibi multam misericordiam adquirit, quod me ad potiora reuocat. Idem facit misericordiam circa fratres, quando pro eis specialiter deprecatur Deum. Vult paratus esse, ut eat cum domino Deo, qui se dicit consortio unius Domini, communicare cum Maria & Choro Apostolorum. Isti uadunt quocunque ierit Dominus. Vt non exorbitet mortalis a recto tramite, propter periculum præsentis uitæ, rogat ut in omnibus protectione domini muniatur. In hac oratione designat sindon quantum ad caput pertinet humilitatem Christi, quam assumpsit ex terreno habitu, in qua orauit Deum patrem. Sudarium uero quod iacet in cornu altaris, laborem suum, quem sustinuit in oratione, sicut Lucas dicit. Et factus est in agonia & prolixius orabat: Et factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrētis in terrā. His ita prælibatis dicit piū cor. Hāc igit oblationē seruitutis nostræ quæsumus domine ut placatus accipias. In hac oratione deprecatur Deus, ut dignetur uota electorum suorum suscipere, atque ideo ei præsentantur per pronomen demonstratiuum, dicendo. Hanc igitur oblationem. Quod postea additum est à Sancto Gregorio, Diesque nostros in tua pace dispo-nas, & cætera: ostendit nullum securum esse posse in præsenti sæculo de sua stabilitate, quamuis perfectus esse uideatur, Ac ideo necesse fore, ut semper deprecetur, in pace disponi dies suos in præsenti seculo, & in futuro eripi ab æterna damnatione, & in electorum

Diligere misericordiā.

Paratum esse cū Deo ire.

Apoc. 14.

Quid designat sindō. Quid sudarium.

Luc. 22.

Hanc igitur oblationem.

Additio S. Gregorij.

ctorum grege numerari. De Corporali & de sudario dictum est, quantum ad corpus pertinet. Christus postquam orauit pro membris suis, dixit discipulis suis. Surgite eamus, ecce appropinquabit qui me tra- *Matt. 26.* diturus est. Explanatio Hieronymi. Non nos inueniat quasi timentes & retractantes: ultro pergamus, ad mortem, ut confidentiam & gaudium passuri uideant.

Præsentat pium cor electorum suorum oblationem suam Deo: Præsentat & pius Dominus seipsum his, per quot immolandus erat Deo patri. In hac oratione significat Sindon subsistens humilitatem maximam, in qua non solum dignatus est orare pro suis, sed etiam tradi in manus impiorum: Sudarium uero, laborem quem sustinuit ex traditore.

Christi pietas, dum se ultro obtulit immolandum.

De institutione Dominica, in conficiendo corpus & Sanguinem. Cap. XXIIII.

IMmolato priore sacrificio perfectorum, quod constat orationibus, & est coniunctum sacrificio angelorum: descenditur ad uniuersale sacrificium, immolationem scilicet Christi, quod celebratur ante, Nobis quoque peccatoribus. Etenim Christus pro peccatoribus descendit ad immolãdum, dicente Paulo ad Timotheum. Humanus sermo & omni acceptione dignus, quia Christus Iesus uenit in hũc mũdum peccatores saluos facere. Ipse est, per quem omne sacrificium Deo offertur, quia in eo condita sunt omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. Ipse cum sit Dominus omnium, uoluit hostia fieri pro peccatoribus, qui non poterant Deo sacrificium offerre, ut sua immolatione reconciliarentur Deo, quatenus & ipsi non forent infructuosi, sed possent offerre sacrificium. Quoniam una hostia Christus oblata

Sacrificiũ Vniuersale.

1. Tim. 1.

Per Christum omne sacrificium offertur Deo.

Coloss. 1.
Rom. 5.

Heb. 10.

Quam oblationem tu Deus benedictã &c.

lata est, pro iustis & iniustis. Idem sacrificium permanet in altari, quod ante positum est unde modo dicit sacerdos. Quam oblationem tu Deus in omnibus quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem acceptabilemque facere digneris. Quod sic exponendum arbitror, saluo magistrorum intellectu. Quam oblationem, quæ sic oblata est, ut ista, id est, ea deuotione in omnibus hoc est, tota cogitatione, tota uita, toto intellectu benedictam, sicut hæc benedicta est, sacerdote dicente, uti accepta habeas & benedicas, Ascriptam tibi, ut hæc, de qua dictum est, Quæsumus Domine ut placatus accipias. Ratã id est, fidelem, sicut hæc quæ tibi porrecta est per Christum dominum nostrum. Tu Deus quęsumus, rationabilem acceptabilemque facere digneris, quatenus hęc nobis fiat corpus & sanguis domini nostri Iesu Christi. Quo ordine id perficiendum sit, ex Domini institutione addiscitur. Accipit sacerdos panem manibus suis exemplo Christi, de quo dictũ est. Accepit panem in sãctas uenerabiles manus suas, & reliqua. Similiter & calicẽ: Dicente Cypriano ad Cęciliũ de sacramento dominici calicis: Inuenimus non obseruari a nobis quod mandatum est, nisi eadem quæ dominus fecit nos quoque faciamus, & calicem pari ratione miscentes, a diuino magisterio non recedamus.

Domini institutio obseruanda ẽ.

Cyp. lib. 2. epist. 3.

Quamuis hoc ille de mixtione uini & aquæ conclusisset, tamen de tota institutione dominica intelligere possumus ad implendum, in quo suum mandatum est & Apostolorum obseruatio. Cæterum de crucibus quas solemus diuerso modo facere super panem & uinum, non est quod dicam: cur tali & in tali loco figurantur: uel quare plures in alio, uel pauciores in aliquo. dominus quando benedixit panem, fecisset crucis signaculum, ipsi norunt qui præsentes fuerunt. Prę[s]ertim cum nondum erat erectum

De crucibus cur & quot fiant in sacrificio, non est curiose disceptandũ.

uexillum sanctæ crucis. At modo scimus quia necesse est, dicente Augustino, in expositione Euangelij Ioãnis, Homelia sexagesimaquarta. Quid (inquit) quod omnes nouerunt signum Christi nisi crucifixi Christi, quod signum nisi adhibeatur siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ ex qua regenerantur, siue oleo Chrismate unguntur: siue sacrificium quo aluntur, nihil horum rite perficitur? Hic concrepant uerba dominicæ mensæ cum toto officio Missæ. Canitur hic, Accipiens panem, & reliqua. Quod actitatur a sacerdote quando suscipit oblatam in secreta Missæ, aut quando hic eam eleuat. Gratias agit in hymno. Verè dignum & iustum est, benedicit in præsenti loco, frangit circa communionem: postea dat ad communicandum. Hic credimus naturam simplicem panis & uini mixti, uerti in naturam rationabilem, scilicet corporis & sanguinis Christi. Sindon iacens in altari, signat linteum quo erat Dominus præcinctus: Et sudarium, laborem, quem assumpsit in lauatione pedum: siue quem sustinuit pro labore Iudæ. Altare, mensam domini.

Sine signo crucis nihil rite perficitur.

Officiũ Missæ consonat cœnæ dominicæ.

Transsubstantiatio.

Sindon.

Ioan. 13.

Sudarium.

De Ascensione Christi in Crucem.
Cap. XXV.

IN sacramento panis & uini, nec non etiam in memoria mea, passio Christi in promptu est. Dixit ipse. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Idem, Quoties hunc panem & calicem benedixeritis, recordamini meæ natiuitatis secũdum humanitatem: passionis ac resurrectionis. Quare subdit sacerdos ex uoce sua & * plebe. Vnde & memores sumus domine nos tui serui, sed & plebs tua sancta, Christi filii tui, domini nostri tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus præclaræ ma-

In memoriam Christi fit Missa.

1. Cor. 11.

*plebis.

ieſtati tuæ de tuis donis ac datis, hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam. Sicut in ſuperioribus Chriſti corpus eſt uiuum in ſacramento panis & uini, atque in memoria mea: ita in præſenti aſcendit in crucem Cordis ſacrificio intendit deus Vnde Cypri. in ſermone de oratione Dominica. Neque enim in ſacrificijs, quę Abel & Cain primi obtulerunt, munera eorum Deus reſpexit, ſed corda intuebatur, ut illi placeret in munere, qui placebat in corde.

Cordis ſacrificio intẽdit Deus.
Cyp. ſer. 6.
Gene. 4.

De donis Dei ac datis, hoſtiam puram, hoſtiam ſanctam, hoſtiam immaculatam offerimus: quando charitate accenſi hoſtiam offerimus, de corde puro & conſcientia bona, & fide non ficta. De qua hoſtia in promptu dicat, inſtitutio ſacramenti ſubdendo manifeſtat. Panem ſanctum uitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ: Panis uitæ æternæ, & calix ſalutis perpetuæ, Chriſtus eſt. Vel ſicut ſuperius dixi, hoſtia pura eſt panis: hoſtia ſancta, calix hoſtia immaculata, utraque ſimul, quia unum corpus efficiunt. De donis ac datis ita poſſumus dicere. Dona ſunt in re æterna, data in opere temporali. Et quoniam a nobis peccatoribus uult Deus offerri ſibi ſua ipſa dona obnixe præcandum eſt, ut dignetur ſuper ea reſpicere. Vnde & ſubditur. Supra quæ propitio ac ſereno uultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ: & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech, ſanctum ſacrificium, immaculatam hoſtiam. Rogat ſacerdos Deum patrem, ut ſicut illo tempore reſpicere dignatus eſt ſuper munera Abel, & ſacrificium Patriarchæ, necnon & Melchiſedech: ita ſuper præſentia uota, quæ initium acceperunt ab immolatione. Dein præcatur ut ſuſcipiantur, dicendo. Supplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc

1. Tim. 1.
De tuis donis ac datis.
Verba Canonis.
Iube hæc perferri.

hæc perferri per manus angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, ut quotquot ex hac altaris participatione Sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cœlesti & gratia repleamur, per Christũ Dominum nostrum. Præcatur sacerdos, ut præsens oblatio ita sit accepta in conspectu diuinæ maiestatis, quatenus sumpturi eam, simul fiant cœlestes & gratia Dei repleti. Mira & magna fides sanctæ Ecclesiæ, quæ suis oculis uidet, quod mortalibus deest: Videt quid credere debeat, quamuis nondum uideat quod in specie est. Credit sacrificium præsens, per Angelorum manus deferri ante conspectum domini, & sentit mandendum esse ab humano ore. Credit nãque corpus & sanguinem domini esse, ab hoc morsu cælesti benedictione repleri animas sumentium. Nempe Christus orauit in cruce, incipiens in Psalmo, Deus Deus meus, usque ad uersum. In manus tuas commendo spiritum meum. Postea inclinato capite emisit spiritum. Sacerdos inclinat se, & hoc quod uice Christi immolatum est, Deo patri commendat. Sancita est passio Christi pro nobis usque ad istum locum, ab eo loco ubi dicitur: Vnde & memores, altare præsens, altare est crucis. In isto nos peccatores, qui ex gentibus uenimus, reconcilia ti sumus Deo, ad offerenda ei sacrificia. Sindon in isto, humilitatem illam signat, qua humiliatus est Christus patri usque ad mortem. Non abhorret à uero si humilitas designetur per sindonem. Augustinus scribit in Psalmo 92. Qui enim tunc humilis fuit, quando linteo præcinctus est, & lauit pedes discipulorum.

Mira & Magna fides Ecclesiæ circa hoc sacramentum.

Psalmi à Christo dicti in cruce. Ps. 21. Ps. 30.

Passio Christi in Canone repræsentata.

Humilitas Christi per Sindonem significata.

Sudarium uero laborem passionis. Inclinatio subdiaconorum usque modo, mœstitiam demonstrat eorum discipulorum, quibus licitum erat perseuerare in præsentia Christi: Quando flagellabatur, & om-

Inclinatio subdiaconorum quid significat.

nia illa agebantur, quæ de eius passione tunc potissimum dolebant, qui eius erant sectatores. At postquam emisit spiritum, scientes non iam habere persecutores unde rabiem suam amplius in Christi corpus expleant, ut ipse dicit in Euangelio Lucæ. Ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Consolantur aliquo modo & erigunt, se aspicientes in dilectum sibi corpus, quo usque pendet in cruce. Maxime cum uident multa miracula fieri, unde conturbari poterant persecutores, & obsequentes solari. In eodem officio lauant Diaconi manus, quia omnia opera sordida prioris conuersationis, Christi passione mundantur. Quod si nihil aliud uoluisset ordo ministerij nostri significare in lauatione manus, quā ut cautiore cura prius actus suos cogitatusque Diaconi discuterent: euentilarent, purgarent, ac si ad participanda fidei sacramenta procederent. Quod unusquisque fidelium debet obseruare, ne manducet & bibat indigne corpus Domini: nullo modo tali in loco lauarent manus, Qui aptius possent eas lauare erecti quam inclinati.

Luc. 12.

Cur ibi lauant manus Diaconi.

De corpore Domini post emissum Spiritum in Cruce, & nostra mortificatione in idipsum.

Cap. XXVI.

Christus prægustauit mortem.

CHristus enim prægustauit mortem, ut nos commoreremur peccatis: Christus mortuus est peccato semel, ut nos moreremur uitijs & concupiscentijs. Hæc crucifixio præcipue agitur per pœnitentiā. Plures sunt qui per angustum foramen transeunt ad stabilitatem continentiæ: Ac ideo quantum ad moralem sensum pertinet, recte præsens sacrificium, sacrificium pœnitentiæ dicitur. Et bene ante sacrificium pœnitentum celebratur passio Christi, ut magis

Sacrificium pœnitentiæ.

gis infirmos prouocet ad salubrem potionem. Vnde dicit Ioannes Chrysostomus in sermone quarto ad Hebræos. Sicut enim medicus, non habens necessitatem ex cibis, qui ægroto præparantur, gustare: sed ille consolans, primus ex illius cibo degustat, ut persuadeat ægroto, promptius illos cibos accipere. Sic etiam Dominus, quoniam homines mortem timebant, persuadens eis, ut fiducialiter ad mortem accederent, & ipse gustauit mortem, nullam habens necessitatem. Ex uerbis Beati Ioannis ostensum est, ideo coniunctam prolatam passionem Christi, & nostram confessionem peccatorum, ut non timeremus dura pati pro peccatis nostris. Christus iam emisit spiritum: Exiuit ab eius latere sanguis & aqua. Sine his sacramentis nemo intrat ad uitam æternam. De his sacramentis dicit Augustinus in sermone 62. super Iohannem. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum, aqua illa salutare temperat poculum: hæc & lauacrum præstat & potum. Et post pauca. Hic secundus Adam, inclinato capite, in cruce dormiuit, ut inde formaretur coniux,* quod de latere dormiētis defluxit. Coniunx ista, illum Centurionem signat, de quo narratur in Euangelio. Videns autem Centurio quod factum est, glorificauit Deum, dicens. Vere hic homo iustus erat, nisi futurum esset ut sacramento sanguinis & aquæ inficeretur gentilitas, non illico se Centurio mutaret ad tantam compunctionem, ut aperte clamaret ex intimo cordis affectu. Vere hic homo iustus erat. Hanc mutationem designat sacerdos per mutationem uocis, quando exaltat uocem suam, dicendo. Nobis quoque peccatoribus. Dicit de eo Beda in tractatu super Lucam. Notanda distātia gentis & gentis. Et gentiles quippe moriēte Christo, Deum timentes, aperta confessionis uoce, glorificant: Iudæi percutientes solum pectora, silentes domum redeunt. Percussura pectoris, pœnitentia est, &

Chrisost. To. 4.

De latere Christi exiuit sanguis & aqua.

Aug. To. 9.

** quæ*

Ecclesia de gentibus ex latere Christi, credente Cēturione.

Matth. 27.

Cur uoce altiore dicitur: Nobis quoque peccatoribus, &c.

Amici Iesu stabant a longe. luctus indicium. Interim stabant autem omnes noti eius a longe: & mulieres quæ secutæ erant eū a Galilæa hæc uidētes, hoc est, quod ipse dominus in Psalmo explicita suæ passionis seriē patri queritur, dicens. Elongasti a me amicum & proximum, & notos meos a miseria. *Ps. 87.*

Hos amicos & proximos ad memoriam nobis ducunt Subdiaconi erecti, & intuentes in presbyteri opus.

Luc. 23. His ita intuentibus, uenit uir nomine Ioseph, qui erat Decurio, uir bonus & iustus, hic non consenserat consilio & actibus eorum, ab Arimathia ciuitate Iudeæ, qui expectabat & ipse regnum Dei, Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu; & depositum inuoluit sindone, & posuit* eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. *Matt. 27.* ** illud Ioseph hic omnibus apostolis & discipulis promptior.*

Qui quamuis ex numero foret occultorum discipulorum, tamen in promptu omnes transcendit, scilicet & discipulos & Apostolos. Discipulis tantummodo a longe stantibus & intuentibus: Apostolis uero latentibus in abditis: Ioseph mercatus est sindonem, ut depositum corpus Iesu inuolueret. Quantæ dignitatis foret iste Ioseph, in tractatu Bedæ legitur super Lucam, ita dicendo. Magnæ quidem Ioseph iste dignitatis apud sæculū, sed maioris apud Deum meriti fuisse laudatur: Vt & per iustitiam meritorum sepeliendo corpori Dominico dignus foret, & per nobilitatem potentiæ secularis, idem corpus accipere possit, Non enim quilibet ignotus ad præsidem accedere, & crucifixi corpus poterat impetrare.

Repræsentatio istius Ioseph. *Duæ aures calicis.* Hunc Ioseph ad memoriam ducit Archidiaconus qui eleuat calicem de altari, & inuoluit sudario, scilicet ab aure calicis usque ad aurem. Sicut ille Diaconus primatum tenet inter cæteros Diaconos, qui leuat calicem cum sacerdote: ita iste Ioseph tenuit inter cæteros discipulos, qui meruit corpus Domini

de

de cruce deponere, & sepelire in monumento suo. Idē deputatur retro stare cū Apostolis, quoniā timo re iudæorū occultus erat. Sacerdos qui eleuat oblatam, præsentat Nicodemum, de quo Ioannes narrat, dicens. Venit autem & Nicodemus, qui uenerat ad Iesum nocte primum ferens mixturam myrrhę & aloes quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos Iudæis est sepelire. *Ioan.19.*

Sacerdos facit * oblata duas cruces iuxta calicem, ut doceat eum depositum esse de cruce, qui pro duobus populis crucifixus est. Christi depositionem de cruce monstrat eleuatio sacerdotis & Diaconi. Sudarium super caput Iesu notum est fuisse, narrante eodem Ioanne, quod uiderit Petrus linteamina posita & sudarium quod fuerat super caput Iesu. Oblata & calix dominicum corpus signant. Quando Christus dixit, Hic est calix sanguinis mei, suum sanguinem signauit: Qui sanguis, sicut uinum est intra calicem, ita erat intra corpus. Hoc peracto, quid agerent quos prę sentant Subdiaconi, Beda in memorato libro narrat. Supra legimus, inquiens, quia stabant omnes noti eius à longe, & mulieres quæ secutæ erant eum. His ergo notis Iesu, post depositum eius cadauer, ad sua remeantibus, solæ mulieres, quę arctius amabāt, funus subsecutæ, quomodo poneretur, inspicere cupiebant. Hæc oratio, Nobis quoque peccatoribus, tē dit usque, Per omnia secula seculorum. Vsque ad istum locum, quantum pertinet ad exequias sepulturę Christi, altare crucem præsentat. Quantum ad nostram mortificationem, altare holocausti, sindon & sudarium sunt, quę supra memoraui. Moraliter uoce pœnitentum, qui confitentur peccata sua, eleuat sacerdos uocem, quasi quodam stimulo punctus nimij timoris. Talis compunctio uocatur, & uere dicitur sacrificium spiritus contribulati. Vox eleuata sacerdo-

** super oblatam.*

Sudarium super caput Christi. *Ioan.20.*

Mulieres secutæ funus Christi.

Moralis sēsus de sacrificio pœnitentium.

tis in sacrificio pœnitentum, signat magnum esse debere clamorem in corde pœnitentis. Vnde Augustinus in tractatu super Ioannem, sermone quadragesimosexto. Quare fremuit, inquit, Iesus & turbauit seipsum, nisi quod fides hominis sibi merito displicentis fremere quodammodo debet accusatione malorum operum, ut uiolentię pęnitendi cedat consuetudo peccandi. Et iterum in eodem. Et cum hæc dixisset exclamauit uoce magna, fremuit, lachrymauit, uoce magna clamauit. Quàm difficile surgit, quem moles malæ consuetudinis premit. Sed tamen surgit, occulta gratia intus uiuificatur. Surgit post uoce magna. Sic & de eleuatione uocis dicendum est de sacrificio. Sacrificium pœnitentum est, spiritus contribulatus & cor contritum. Pœnitentia sepeliũtur peccata nostra, Altare pœnitentum est, altare holocausti, signat cor eorum, quibus necesse est, carnales motus consumere feruore spiritus sancti. Sindon est ipsa castigatio carnis per ieiunia & uigilias, ac cæteras uirtutes, quibus de carnali delectatione, quasi de humore natiuo, perducitur affectus hominis, ceu quoddam linum ad candorem: ut fiat de eo corporale, in quo possit dominum recipere. Ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui pura eum mente susceperit. Sudarium est ipsa intentio, qua festinat omnes uenięntes motus temptationum pristinarum tergere, antequam oculos sauciant. Postquam uox pęnitentum plorata inest, impetratio succedit, ut partem sibi societatis concedat dominus cum sanctis suis. Quibus denominatis sequitur. Intra quorum consortium quæsumus nos admitte tu, qui es largitor ueniæ, nõ æstimator meriti. In completione prioris sacrificij, quod fungebatur tantummodo orationibus, ibi memoratur communio sanctorum penè quorum conuersatio est æqualis. In isto, quia longe distamus ab eorũ conuersatione, ueniam precamur, introducit,

Aug. To. 9. Ioan. 11.

Fremitus pœnitentũ.

Sindon, Castigatio carnis.

Sudariũ mystice.

Duplex cõmemoratio sanctorum.

Per

Per Christum Dominum nostrum. Per quem hæc omnia semper domine bona, scilicet quę retro memorata sunt, creas, ut sint: sanctificas, tibi ea deputando: uiuificas, ut uiua sint: benedicis, ut utilia sint nobis, & prestas ad fruendum. Per ipsum eundemque, uidelicet, per quem superius memorata concedis: & cum ipso, q tecũ semper uiuit: & in ipso, in quo sũt restaurata omnia. Est tibi Deo patri in unitate spiritus sancti, omnis honor & gloria. Per omnia secula seculorum. Hoc ipsum uolendo tibi omni nisu monstrare, tota fide me ita tenere: Eleuo præsentia munera ad te ego indignus sacerdos & * Diaconos, uice præceptorum & auditorum, quia tibi ab omni Ecclesia tua omnia bona deputantur. Subdiaconi qui stant usque modo in facie sacrificii, & nunc recedunt, ministeria fœminarum ad memoriam nobis ducunt, quæ recesserunt de monumento sepulto domino. Non enim ita recesserunt a sepulchro, ut abessent ministerio domini, sed sabbato siluerunt: Quo transacto parauerunt aromata, ut ungerent corpus eius. Eo modo pręsentes subdiaconi recedunt a præsentia sacrificij, ut sabbato quidem, hoc est, quamdiu septem petitiones Dominicæ orationis dicuntur, siue in silentio, & inclinati sicut erant Apostoli illo in tẽpore, & sanctæ mulieres. Qui postea satagunt cum patenis ad requirendum corpus domini circa altare, ut mulieres quæsierunt corpus domini circa sepulchrum. Moraliter possumus Subdiaconos nos peccatores intelligere, qui faciem, id est, conscientiam peccatorum nostrorum sacerdoti ostendimus, ut nostram confessionem offerat Deo. Quo peracto non illico saltum facimus in locum magistrorũ, sed post diutinam humiliationem, feruore crescente spiritus sancti, dilatantur corda nostra quasi patena, ad suscipienda sacramenta ecclesiæ.

Per Christum nobis omnia bona

**Diaconus.*

Subdiaconi mulieres repræsentant circa sepulchrum domini.

De præsentatione patenæ. Cap. XXVII.

Cæremoniæ circa patenam.

DIcit libellus Romanus, quem iam memorauimus: Quando inchoatur Canon, uenit Acolytus sub humero habens Sindonem in collo ligatam, tenens patenam ante pectus suum in parte dextera usque ad medium canonem. Tunc Subdiaconus sequens suscipit eam super Planetam, & uenit ante altare, expectans quando eam suscipiat Subdiaconus Regionarius. Finito uero Canone, Subdiaconus Regionarius stat cum patena post Archidiaconũ. Quando dixerit. Et ab omni perturbatione securi, Vertit se Archidiaconus & osculatam patenam dat eam tenendam Diacono Secundo. Ordo talis est. Subdiaconus sequens, non est ausus hostia altaris relinquere, secundum Canones Laodicensis Concilii, qui dicunt, cap. xliij. quod non oporteat Subdiaconus saltim paululum ianuas deserere & orationibus uacare. Ac ideo Acolytus educit patenam de exedris, quando dicitur Sursum corda. Mea humilitas dicit, quod sibi uidetur rationi congruere, relinquens arbitrio magistrorum, quid potissimum tenendum sit. Videtur mihi, ut ea hora præsentanda sit patena, qua circa mysteria passionis domini satagebant discipuli uel mulieres. Postquam enim iuit ad mensam, studuerunt circa ministeria passionis. Sequens uero Subdiaconus in medio canone, id est, cum dicitur, Te igitur, suscipit illã ab Acolyto, & stat ante altare cum patena, usq; dum suscipiatur a Subdiacono Regionario. Suscipitur enim, cum dicitur, Per omnia secula seculorum. Regionarius suscipit illam finito canone, id est, ubi dicitur: Per omnia secula seculorum, & tenet illam usq; ad susceptionem Diaconi. Potest etiam intelligi simpliciter recessio Subdiaconi de facie Pontificis, accessio ad patenam. Vbi notandum, quod Acolytus inuolutam

Modestia authoris.

lutam tenet linteo patenam, Subdiaconus nudam: Vnde liquidò apparet, quod consecrata uasa à consecratis clericis meritò debeant tantummodo attingi, hoc denique Esdras sacerdos expressit, quando reuersus est de Babylone: & uasa sancta sanctis commendauit, dicens. Separaui de principibus sacerdotum xij. Et paulo post: Appendique eis argentum & aurum, & uasa consecrata domus Dei nostri. Et iterum: Et dixit eis. Vos sancti domini, & uasa sancta, & argentũ & aurum, quod sponte oblatum est domino Deo patrum nostrorum: Vigilate & custodite. Vnde in Concilio Carthaginensi, cap. xxv. scribitur Aurelius Episcopus dixit. Audimus, fratres charissimi, pręterea cum de quorũdam Clericorum, quamuis lectorum, erga uxores proprias incontinentia referretur, placuit quod in diuersis conciliis firmatum est: Subdiaconi, qui sacra ministeria contrectant, & Diaconi & Presbyteri, sed & episcopi, secundum propria statuta etiam ab uxoribus se contineant. Nec non & Sixtus Papa, Natione Romanus ex patre pastore, constituit: ut ministeria sacrata non tangerentur nisi à ministris. Verum & in hoc culpauit Daniel Balthassar Regem, quia in consecratis uasis bibebat, sicut scriptum est. Tu quoque Balthassar, filius eius, non humiliasti cor tuum, cum scires hæc omnia, sed aduersus dominatorẽ cœli eleuatus es, & uasa domus eius allata sunt coram te: Tu & optimates tui & uxores tuæ, & concubinæ tuę, uinum bibistis in eis. Patena dicitur eo quod patet: corda ampla charitatem significant. Sicut Alabastrum, in quo portauit unguentum Maria ad unguendum dominum, significauit cor eius, in quo erat fides sine impostura: Ita & patena potest corda sanctarum fœminarum designare, quæ patebant latitudiue charitatis in obsequio Christi. Nam & ipsæ fuerant (ut prætuli) non minima in executione in ministerio discipulatus Christi. De quibus

Quibus clericis licet attingere sacra uasa.
1. Esd. 8.

Conci. Carthaginense.

Continentia sacris ordinibus indicta.

Exemplum Balthassar Regis.
Daniel. 5.

Patena latitudinem charitatis in mulieribus significat.
Marc. 14.
Matt. 27.

quibus dicit Matthæus Euangelista. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: Inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi & Ioseph mater filiorum Zebedęi. Tamen ipse non susceperunt corpus Domini de cruce, sed Ioseph: Sicut nec Subdiaconi, sed Diaconi suscipiunt calicem de altari.

De officio quod memorat requiem domini in Sepulchro. Cap. XXVIII.

SVbdiáconus regionarius accipit patenam finito Canone, quia lætitiam Dominicæ Resurrectionis mulieres primo audierunt. Illę huc illucque discurrebant feruente studio circa sapulturam domini. Stant Diaconi, stantque Subdiaconi inclinati, usq; dum audiunt: Sed libera nos à malo. Ipsa est enim septima petitio de oratione dominica. Septenario enim numero uniuersitas designatur. Septima petitione Dominicæ orationis, finis signatur totius tristitiæ ac perturbationis Apostolorum, quam habebant de morte domini. Sequens oratio, quæ inchoatur. Libera nos quæsumus Domine ab omnibus malis, *Embolim est Dominicæ orationis, ut per illud ueniatur ad finem consuetæ conclusionis. Per dominum nostrum Iesum Christum. Quod apertius in sequentibus demõstrabitur, si dominus dederit. Quid illo in tempore, hoc est, quando Christus quieuit in sepulchro, Apostoli egerint, non legitur aperte: sed ex Ioannis Euangelio metum eorum cognoscimus, qui dicit. Cum esset ergo sero die illo una sabbatorum, & fores erant clausæ, ubi erant discipuli cõgregati propter metum Iudęorũ, Ex quo discimus, tristes fuisse Apostolos timore. Ipsa tristitia demonstratur per Diaconorum inclinationem. Discipulorum uero tristitiam cognoscimus ex domini sermone,

[S]eptima petitio orationis dominicæ.

[O]ratio super adiecta. Embolis.

[Q]uid egerint Apostoli in triduo sepulchri. [I]oan. 20.

[D]iscipulorũ tristitia ex morte domi[ni]

ne, qui dicit secundum Lucam, ad duos qui ibant in die Resurrectionis in Castellum Emaus. Qui sunt hi sermones quos confertis ad inuicem ambulantes & estis tristes. Ideo & subdiaconi inclinati manent. Secūdū modulū lucubrationis meę demonstratū est, quid uelit inclinatio Diaconorum, excepto qđ oratio interna solet demonstrari per habitum corporis. Vnde Augustinus in libro ad Paulinum de cura gerenda pro mortuis. Nam & orantes, de membris sui corporis faciunt quod supplicātibus cōgruit, cum genua figunt, cum extendunt manus, uel etiam prosternuntur solo, & si quid aliud faciūt uisibiliter, quanuis eorum inuisibilis uoluntas & cordis intentio Deo nota sit: Nec ille indigeat his indicijs, ut animus ei pandatur humanus: sed his magis seipsum excitat homo, ad orandum gemendumque humilius atque feruentius. Et nescio quomodo cum ij motus corporis fieri, nisi motu animi præcedente, non possint: eisdem rursus exterius uisibiliter factis, ille interior inuisibilis, qui eos facit, augetur. Ac per hoc cordis affectus, qui ut fierent ista præcessit, quæ facta sunt, crescit. Veruntamen si eo modo quisque teneat uel etiam ligetur, ut* autem de suis membris facere nequeat, non ideo non orat interior homo: & ante oculos Dei in secretissimo cubili, ubi compungitur, sternitur. Celebratio huius officij ita currit, ut ostēdatur, quid in illo tempore actum sit, circa passionē Domini & sepulturā eius. Et quomodo nos ad memoriā reducere debeamus, per obsequium nostrum, quod pro nobis factum est.

Luc. 24.

Aug. To. 4. *Animi habitus ex motu corporis cognoscitur*

Augetur deuotio exteriori motu corporis.

**talia.*

Repræsentatio paßionis domini in Missa.

De Oratione Dominica, cap. XXIX.

DIcendum est quare Dominica oratio dicatur excelsa uoce, cum cæteræ secretè dicantur. Dicit Cyprianus in sermone de oratione Dominica. Ante em-

Cyp. ser. 6.

omnia pacis doctor atque unitatis magister, singillatim noluit & priuatim precem fieri. Non ut quis, cū precatur, pro se tantum precetur. Non dicimus, Pater meus qui es in cælis: nec panem meum da mihi hodie. nec dimitti sibi tantum unusquisque debitum postulat, aut in temptationem non inducatur, atque à malo liberetur, pro se solo rogat. Publica est nobis & communis oratio, & quando oramus, nō pro uno sed pro toto populo oramus quia totus populus unū sumus. Deus pacis & concordiæ magister, qui docuit unitatem, sic orare unum pro omnibus uoluit, quomodo in uno omnes ipse portauit. Hanc orationis legem seruauerunt tres pueri in camino ignis inclusi, consonantes in prece & spiritu consensionis concordes, declarat scripturæ diuinæ fides. Et dum docet, quomodo orauerint, tale dat exemplum, quod imitari in precibus debeamus, ut tales esse possimus. Tunc (inquit) illi tres quasi ex uno ore hymnum canebāt, & benedicebant Deum. Loquebantur quasi ex uno ore, & nondum Christus eos docuerat orare. Et idcirco orantibus fuit impetrabilis & efficax sermo, quia promerebatur Deū pacifica, simplex, & spiritalis oratio. Quæ oratio sic inchoatur. Oremus p̄ceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere. Præcepta salutaria dicimus Euangelicam doctrinam: dicimus institutionem diuinam, traditionem quam ipse dignatus est tradere in conficiendo sacramento corporis & sanguinis. Vnde idem qui supra, in sermone de sacramento dominici calicis, Cæcilio. Quanquàm sciam, frater charissime, Episcopos plurimos, Dominicis Ecclesijs in toto mundo diuina dignatione præpositos, Euangelicæ, ueritatis, ac Dominicæ traditionis tenere rationē, nec ab eo quod Christus magister & præcepit & gessit, humanam & nouellam institutionem docere, & reliqua. Et iterum in eodem. Ab Euangelicis autem præceptis omnino non

Oramus nō singulariter, sed communiter.

Daniel. 3. Oratio triū puerorum in camino ignis.

Diuina institutio.

Cyp. lib. 2. epist. 3. Non est recedendum ab institutione Christi.

non recedendum esse, & eadem quæ magister docuit & fecit, discipulos quoq; obseruare & facere debere. Vbi Cyprianus ait: Euangelicæ ueritatis, & in posterioribus: ab Euangelicis autem præceptis omnino non recedendum esse. Euangelicam doctrinam monstrat, ubi dicit, Ac dominicæ traditionis tenere rationem: Et in sequentibus, Eadem quæ magister docuit & fecit, Dominicam institutionem. Qua audacia intrandum sit ad orationem dominicam, demonstratū est, id est, postquàm præcepta salutaria, id est, Euangelica, mundauerint cor nostrum, & formauerint diuina instituta, quæ dicimus in loco, ubi scriptum est, Accipiens panem in sanctas ac uenerabiles manus suas, & reliqua. Audemus intrare ad orationem dominicam, ubi non tantum quod non est, præsumptuosè intrandum ad eum, sed cum reuerentia & sereno corde. In recordatione septimæ diei, quando Christus quieuit in sepulchro, agitur dominica oratio, quæ septem petitiones continet. In quo septimo die laborabant Apostoli tristitia ac metu Iudæorum, & (ni fallor) orabant ut libarentur a malo: & consecuti sunt quod orabant resurrectione Domini. Orct & nunc sancta Ecclesia, quasi in septima die, quando iā quiescent. b. animabus sanctorum; instat ieiunando, uigilando, orando, certando in Charitate, nè abrumpatur periculis huius mundi à spe cælestium gaudiorum. Quis est qui non deprecetur, quandiu hic est in præsenti sæculo, ut liberetur à malo? Nec hoc negligenter curandum esse, ut ante participationem corporis & sanguinis domini interueniat oratio: Quæ nos purget à peccatis, ne indignè manducemus, & bibamus corpus Domini. Quomodo compleatur oratio dominica in septima petitione, Idem qui supra, ostendit in libro de oratione dominica, dicens. Post illa omnia in consummatione orationis, uenit clausula uniuersas petitiones & preces nostras colle-

Audemus dicere, Pater noster &c.

Pater noster dicitur in memoriā sepulti Domini.

Sed liberā nos à malo.

Cyp. ser. 6

cta breuitate concludens: In nouissimo enim ponimus, Sed libera nos à malo. Comprehendens aduersa cuncta, quæ contra nos in hoc mundo molitur inimicus, a quibus pōt esse firma tutela, si nos liberet Deus: si deprecantibus atque implorantibus opem suam præstet. Quando autem dicimus, Libera nos à malo, nihil remanet quod ultra adhuc debeat postulari, quando semel protectionem dei aduersus malū petamus. Qua impetrata, cōtra omnia, quæ diabolus

*mundo. in *mundum operatur, securi stamus & tuti. Quis .n. ei de sæculo metus est, cuius Deus tutor est. Quid nimirum, fratres dilectissimi, si oratio talis est, quam Deus docuit, qui magisterio suo omnem precem nostrā salutari sermone breuiauit. Hoc iam per Esaiam Prophetam fuerat ante prædictum, cum plenus spiritu sancto, de Dei maiestate ac pietate loqueretur.

Esaiæ.10. Verbum consummans (inquit) & breuians in iustitia, quoniam sermonem breuiatum faciet Deus in toto orbe terræ. Quando dicit Cyprianus, quod illa una petitione conclusa sit omnis oratio nostra, id est, Sed libera nos à malo. In eo possumus intelligere, posse significari per finem orationis finem nostræ persecutionis. Sequens oratio, expositio est nouissimæ petitionis. Illa dicit, Sed libera nos à malo. Ista dicit, à quibus malis, Scilicet præsentibus, præteritis & futuris. Et ut non sit domus uacans, præcatur pax à Deo intercedentibus sanctis.

Oratio Canonis. Libera nos quæsumus &c.

Igitur subditur, Et da pacem in diebus nostris. Nulla pax tutior quam obedire domini præceptis Declinare à malo & facere bonum. Inde dicit Propheta. Declina a malo & fac bonum. Et Apostolus. Odientes malum, adhærentes bono. Replicat in sequentibus eandem orationem. Non se confidit suis meritis hoc posse impetrare apud Deum: quapropter dicit, Vt ope misericordiæ tuæ adiuti. Ac deinde subdit apertius, a quibus malis precetur erui, uidelicet

Ps.36. Rom.12.

delicet ut a peccato simus liberi: & quam pacem precetur, subdit iterum, Et ab omni perturbatione securi. Quod non potest fieri nisi studeatur uirtutibus. Vt diximus, nihil aliud continet sequens, nisi ut exponat commemoratam petitionem. Possunt tres articuli præsentis orationis coaptari tempori triduanæ sepulturæ domini. Ac ideo hoc solum de Missa posse intelligi. Celebrari in parasceue pro tribus continentibus tribus diebus sepulturæ.

De præsentatione Subdiaconorum, ut suscipiant corpus domini de altari. Cap. XXX.

HOc officium ad memoriam ducit deuotissimas mentes, quæ seipsas præsentauerunt in exequijs sepulturæ domini, præsentantibus se sanctis mulieribus ad sepulchrum domini, inueniunt spiritum redisse ad corpus, & angelorum uisionem circa sepulchrum, ac annunciant Apostolis quæ uiderant. De quo utilem admonitionem dat Beda in tractatu super Lucam. Quomodo (inquit) posito in sepulchro corpore saluatoris, angeli adstitisse leguntur: Ita etiam celebrandis eiusdem sacratissimi corporis mysteriis, tempore consecrationis assistere sunt credendi, monēte Apostolo. Mulieres in Ecclesia uelamen habere propter angelos. Cum timerēt autem & declinarent uultum in terram, dixerunt ad illas. Quid quæritis uiuentem cum mortuis, non est hic, surrexit a mortuis: Nolite (inquiunt) cum mortuis, hoc est, in monumento, qui locus est propriè mortuorum, quærere eum, qui ad uitam iam surrexit a mortuis. Et nos exemplo deuotarum Deo fœminarum, quoties Ecclesiam intramus, mysteriis cœlestibus appropinquamus, siue propter angelicæ præsentiam uirtutis, seu propter reuerentiam sacræ oblationis, cum omni humilitate & timore debemus

Mulieres circa sepulchrum Angelos uiderunt.
Luc. 24.
Ioan. 20.
Angelorū præsentia in Missa.
1. Cor. 11.
Mar. 16.

ingredi. Ad conspectum quippe angelorum, uultum declinamus in terram, cum supernorum ciuiũ quæ sint gaudia æterna contemplãtes humiliter, nos cinerem esse terramque recolimus. Post hæc præsentat se Subdiaconus cum patena suæ ad sepulchrũ domini, quam accepit a Subdiacono sequente, qui ad memoriam (ut supra diximus) reducit sanctarum fœminarum studiosissimum affectum circa sepulturam domini. Non est mirandum, si sanctæ fœminæ iungantur in officio Diaconis: cum Paulus eas coniungat in ordinatione eis. Scribit ad Timotheum. Post ordinationem Diaconi mulieres similiter pudicas, & reliqua. In omni admonitione ordinationis uult eas similes esse diaconis. Qua de causa sint seiunctæ à consortio Diaconorum, cum Paulus eas cõiungat ordinationi illorum: & Subdiaconis succedant, de quibus nihil dixit Paulus noster, quæ caste uolunt uiuere. Nam & in choro Apostolorum legimus fœminas fuisse. Vnde Paulus ad Corinthios. Nunquid non habemus potestatem mulieres circunducendi, sicut & cæteri Apostoli, & fratres domini & Cephas? Postquàm sacerdos dicit, Pax uobis, ponuntur oblatæ in patena. Postquam enim Christus sua salutatione lætificauit corda discipulorum, uota fœminarum completa sunt, percepto gaudio resurrectionis.

Fœminæ in unctæ in ordinatione Diaconis. 1. Tim. 3.

1. Cor. 9.

Pax uobis.

De immißione panis in uinum. Cap. XXXI.

IMmissionem panis in uinum cerno inter quosdam uariè actitari. Ita ut aliqui primò mittant de sancto in calicem, & postea dicant, Pax domini: E contra aliqui reseruent immissionem, usque dum pax celebrata sit & fractio panis. Ac ideo studet paruitas mea, ut uerba libelli Romani de eadem re ponam, & quod à domino impetrare potero, ut opinor in

Varietas circa immißionem hostiæ ĩ calicẽ.

in indagine memoratæ rei promam. Dicit libellus memoratus, Cum dixerit: Pax domini sit semper uobiscum, mittat in calicem de sancto. Vt reor non frustra corporalis uita ex sanguine constat & carne, Quamdiu autem duo uigent in homine spiritus adest. In isto officio monstratur, sanguinem fusum pro nostra anima, & carnem mortuam pro nostro corpore, redire ad propriam substantiam: atque spiritu uiuificante uegetari hominem nouum, ut ultra non moriatur, qui pro nobis mortuus fuit & resurrexit. Crux quæ formatur super calicem particula oblatæ, ipsum corpus nobis ante oculos proscribit, quod pro nobis crucifixum est. Ideo tangit quattuor latera calicis, quia per illud, hominum genus quatuor climatum, ad unitatem unius corporis accessit & ad pacem Catholicæ Ecclesiæ. Talia uerba sacerdos hoc agendo profert. Fiat commixtio corporis & sanguinis domini, accipientibus nobis ad uitam æternam. Quæ uerba precantur, ut fiat corpus domini præsens oblatio per resurrectionem, per quam ueneranda & æterna pax data est, non solum in terra, sed etiam in cœlo.

Traditio libelli Romani.

Crux per particulam oblatæ super calicē.

Fiat hæc cō mixtio corporis, & sāguinis.

Tunc cessauerunt murmurare operarij uineæ, horæ primæ, Tertiæ, & Sextæ.

De pacis osculo. Cap. XXXII.

TVnc data est pax, quam promiserunt angeli, in sacratissima nocte, dicentes: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Eādem sacerdos nunc ad memoriam reuocat, dicens. Pax domini sit semper uobiscum. Eandem populus insequitur per basia blanda Aestimo secundum hunc sensum, quod non erret, si quis sancta primò ponat in calicem, & dein dixerit, Pax domini sit semper uobiscum: Saluo, magisterio Didasculorum. Sequitur

Dare pacē per osculū.

in libello memorato. Sed Archidiaconus pacem dat Episcopo prior, deinde cæteri per ordinem & populus. Tunc Pontifex rumpit oblatam ex latere dextero, & particulã quam rumpit super altare relinquit: Reliquas uero oblationes ponit in patenam quam tenet Diaconus. Et post pauca tunc Acolyti uadunt dextra leuaquè per Episcopos circa altare, reliqui descendunt ad Presbyteros ut frangant hostias. Patena precedit iuxta sedem, ferentibus eam duobus Subdiaconibus Regionarijs ad Diaconos ut frangant. Et iterum post aliqua. Expleta confractione, Diaconus minor, leuata de Subdiacono patena, fert ad sedem ut communicet Pontifex. Qui dum communicauerit de ipsa quam momorderat, ponit inter manus Archidiaconi in calicem. Si hoc ita agitur in Romana Ecclesia, ab illis potest addisci, quid significet bis positus panis in calicem. Nõ enim uacat a mysterio, quicquid in eo officio agitur, iuxta constitutionem patrũ. Quod nobis uidetur posse significare immissio panis in uinum, & pax populo porrecta per uocem sacerdotis, magistris obtulimus ad dilucidandum. Contentum me oportet esse de pace, in eo quod Innocẽtius de ea scribit, ad Decentium Episcopum in Decretalibus, primo capitulo, propter auctoritatem tanti uiri: Pacem igitur asseris ante confecta mysteria quosdam populis impartiri, uel sibi inter se sacerdotes tradere: Cum post omnia, quæ aperire non debeo, pax sit necessario indicenda, per quam constet, populum ad omnia, quę in mysterijs aguntur atque in Ecclesia celebrantur, præbuisse consensum: ac finita esse, pacis concludentis signaculo demonstrentur.

Interrogatus sum ab aliquibus quare non sibi inuicem porrigant oscula uiri & fœminæ, in officio Missæ. Quibus quamuis tunc non responderem, respondendum nunc fore arbitror. Carnales amplexus, quibus iunguntur sępissime uiri & fęminæ, uitan-

Particula oblatæ in altari.

Communicatio post fractionẽ.

Partem huius Decretalis recitat Gratianus in dist. 11. c. si. Et de consе. dist. 2. c. Pacem.

Quare non osculantur in Missa uiri & fœminæ inuicẽ, sed sequestrantur.

uitandi sunt in Ecclesiæ conuentu. Ac ideo sequestrantur uiri & fœminæ in Ecclesia, non solum ab osculo carnali sed etiam situ locali, ab his personis, dantes oscula mutuo in Ecclesia, quæ nullam titillationem libidinosæ suggestionis cogunt excitare.

De Agnus Dei. Cap. XXXIII.

SErgius Papa constituit, ut Agnus Dei cantarent: sicut scriptum est in gestis Pontificalibus. Hic statuit, ut tempore cõfractionis Dominici corporis, Agnus Dei à clero & populo decantetur. Deprecatio est pro populo, qui sumpturus est corpus domini, ut misericordia innocentis agni peccata subitanea & irruentia auferantur, scilicet cogitationum uerborumque. Et sicut passione sua totius mundi tulit offensa, Ita & nunc Ecclesia, quæ eum susceptura est per Eucharistiam. Antiphona sequens, id est, uox reciproca, iura fraternitatis custodit: ut unusquisque alterius utilitati studeat, & curet prouocare ad gaudia resurrectionis. Quem typum gesserunt illi duo, qui dominum cognouerunt in fractione panis, & illico perrexerunt Hierusalem, & inuenerunt congregatos undecim, & eos qui cum ipsis erant dicentes: Surrexit uerè dominus & apparuit Simoni. Et ipsi narrabãt quæ gesta erant in uia, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Illi nempe cantauerunt Antiphonam, uicissim narrando de resurrectione domini.

Deprecatio per Agnus Dei.

Quid repræsentat Antiphona post Communionem?

Luc. 24.

De Eucharistia. Cap. XXXIIII.

EVcharistia sumenda est post osculum pacis. Sicut unus panis sumus in Christo, sic & unum cor debemus habere. Ipsa unitas ut teneatur, admonetur per oscula pacis. Vnde Beda in tractatu

Vnitas Ecclesiæ in sũptione Eucharistiæ.

super Lucam, Ne quisquam se Christum agnouisse
arbitretur, si eius corporis particeps non est, idest,
Ecclesiæ, cuius unitatem in sacramento panis com-
mendat Apostolus dicens. Vnus panis unum cor-
1.Cor.10. pus multi sumus. Per Eucharistiam Christus in
Ioan.6. nobis manet, & nos in illo per assumptum hominē.
Ephes.2. Ipse est Deus pacis per quem sunt pacata cælestia &
terrestria. Sunt enim intra sanctam Ecclesiam, qui
raro communicant, & qui cotidie. Quibus utrisq;
Aug. epist. dat aptum consilium S.August.ad inquisitionem Ia-
118. de con nuarii de eadem re. Rectius, inquit, inter eos fortas-
se.dist. 2.c. se quispiam dirimit litem, qui monet, ut præcipuè
Quotidie. in Christi pace permaneant. Faciat autem unus-
quisque, quod secundum fidem suam pie credit esse
faciendum. Neuter enim eorum abhorreat corpus
& sanguinem domini, sed saluberrimum sacramen-
tum certatim honorare contendat. Neque enim li-
tigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri
Luc.19. præposuit, Zachæus & ille Centurio: cum alter eo-
Matth.8. rum gaudens in domum suam susceperit dominum:
alter dixerit, non sum dignus ut sub tectum meum
intres. Ambo saluatorem honorificantes, diuerso &
quasi contrario modo: ambo peccatis miseri, ambo
misericordiam consecuti. Idem exponit Apostoli
1.Cor. 11. dictum, Qui enim mãducat & bibit indignè, iudiciũ
sibi mãducat & bibit. In sequentibus ita. Inde etenim
Apostolus indignè dicit acceptũ ab eis, qui hoc non
discernebãt a cæteris cibis, ueneratione singulariter
debita. Cõtinuò quippe cũ dixisset, iudiciũ sibi man-
ducat & bibit, addidi, nõ diiudicans corpus domini.
Vt suscipia- Vt à ieiunis suscipiatur, idem dicit, in eodem li-
tur à ieiu- bro. Nanque Saluator, quo uehementius commen-
nis. daret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc uo-
luit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à
quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non
præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apo-
stolis,

ſtolis,per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locum. Nam ſi hoc ille monuiſſet,ut poſt cibos alios ſemper acciperetur, credo quod cum morem nemo uariaſſet. Ex quo tempore debeat ſe ſanctificare homo, ad perceptionem tanti muneris, uetus hiſtoria docet.Dicit in Exodo Dominus Moyſi. Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras,Lauentque ueſtimenta ſua,& ſint parati, In die tertio deſcendet dominus coram omni plebe ſuper montem Sinai.

Vt ſumatur à ſanctifica tis per triduum.

Exod.19.

Eodem numero Dauid ſe & pueros ſuos ſanctificatum dixit, ut comedat panes propoſitionis. Ita ſcriptum eſt in libro Samuelis. Dixit Achimelech ſacerdos,Non habeo panes Laicos ad manum, ſed tantum panem ſanctum,ſi mundi ſunt pueri, maxime à mulieribus, manducent. Et reſpondens Dauid Sacerdoti,dixit ei,Et quidem ſi de mulieribus agitur,continuimus nos ab heri & nudiuſtertius,quãdo egrediebamur,& fuerunt uaſa puerorum ſancta: Porro uia hæc polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in uaſis. Dedit ergo eis ſacerdos ſanctificatum panem.

1.Reg.21.

Exemplum Dauid circa panem ſanctum.

De parte oblatæ,quæ remanet in altari.
Cap. XXXV.

TRiforme eſt corpus Chriſti, * eorũ ſcilicet qui guſtauerunt mortem, & morituri ſunt. Primum uidelicet ſanctum & immaculatum, quod aſſumptum eſt ex Maria uirgine: Alterum, quod ambulat in terra:Tertium,quod iacet in ſepulchris.Per particulam oblatæ immiſſæ in calicem, oſtenditur Chriſti corpus,quod iam reſurrexit à mortuis. Per comeſtam à ſacerdote uel à populo,ambulans adhuc ſuper terram. Per relictam in altari uſque ad finem Miſſæ,iacens in ſepulchris uſque ad finem ſæculi.

Tres partes oblatæ ſecũdum triplex corpus Chriſti.

**videntur abundare.*

Idem corpus oblatam ducit secum ad sepulchrum, & uocat illam sancta Ecclesia uicarium morientis, ut ostendatur non eos debere, qui in Christo moriuntur, deputari mortuos, sed dormientes. Vnde & locus sepulchrorum Græcè uocatur Cœmiterium, id est, dormitorium. Vnde & Paulus ad Corinthios. Mulier alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit: Quod si dormierit uir eius, liberata est. Remanet que in altari ipsa particula usque ad finem Missæ: Quia usque in finē sæculi corpora sanctorum quiescent in sepulchris. Munditiam mentis docet corporale, quod remanet in altari post domini resurrectionem, cui debet unusquisque semper studere accipiens corpus domiui, sed præcipue in fine.

Mortui in Christo, dicuntur dormientes.

1. Cor. 7.

De ultima benedictione. Cap. KXXVI.

ETenim dominus ante Ascensionem in cælos duxit discipulos in Bethaniam, ibique benedixit eos, & ascendit in cælum. Hunc morem tenet sacerdos, Vt post omnia sacramenta consummata, benedicat populo atquè salutet, dein reuertitur ad Orientem, ut se commendet domini ascensioni. Dicitque Diaconus. Ite missa est. Singularis enim legatio, Christus, missa est pro nobis ad patrem, habēs indicia secum suæ passionis. Primo, ut per hæc discipulis fidem suæ resurrectionis astruat. Dein ut patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro mortalium uita pertulerit, semper ostendat. Tertiò, ut sua morte redemptis, quam misericorditer sint adiuti, propositis semper eiusdem mortis innouet indicijs. Ideoque misericordias domini in æternum cantare non cessent: sed dicant qui redempti sunt a domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius. Postremò ut etiam perfidis in iudicio quàm iustè damnentur, ostensa inter

Luc. ult.

Ps. 117.

alia flagitia etiam uulnerum,quæ ab eis suscepit, cicatrices denunciet. De qua Legatione dicit Ioannes Apostolus. Sed & si quis peccauerit,aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum. Ipse Ioannes certe uir iustus erat & magnus,qui de pectore domini mysteriorum secreta biberat: Non tamen dixit:uos habetis. Maluit se ponere in numero peccatorum, ut haberet aduocatum Christum, quam ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri inter damnandos superbos. Nec tamen dicendum, quia Episcopi uel præpositi non petant pro populo. Orat enim Apostolus pro plebe: orat plebs pro Apostolo, Qui dicit,orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium uerbi. Et pro Petro orabat Ecclesia,cum esset in uinculis Petrus, & exaudita est. Quomodo & Petrus pro Ecclesia, quia omnia pro inuicem membra orant. Caput pro omnibus interpellat,de quo scriptum est. Qui est ad dexteram Dei,qui etiam interpellat pro nobis. Vnigenito enim filio pro homine interpellare, est apud coæternum patrem,seipsum hominem demonstrare: Eique pro humana natura rogasse,est eandem naturam in diuinitatis suæ celsitudinem suscepisse. Interpellat igitur pro nobis dominus,non uoce, sed miseratione. O utinam quando audimus à Diacono. Ite missa est, mens nostra ad illam patriam tendat, quo caput nostrum præcessit. Vt ibi simus desiderio, ubi desideratus cunctis gentibus, nos expectat cum suo trophæo. Quatenus sic desiderando aliquando ad eum peruenire possimus, qui ita patrem supplicat pro nobis. Volo pater,ut ubi ego sum, ibi sit & minister meus. Solet uulgus indoctum requirere a quo loco totius officij Missæ inchoetur, ut si forte ad totum officium non occurrerit, possit scire quibus officijs se præsentare debeat sine retractione. Nobis uidetur uocari ab eo loco,ubi incipit Sacerdos

Christus aduocatus noster. *1. Io. 2.*

Coloss. 1. & 4.

Actor. 12. *Roma. 8.*

Quomodo Christus pro nobis interpellat.

Ioan. 17.

A quo loco incipit officiu Missæ.

dos sacrificium offerre Deo, usque ad ultimam benedictionem, id est, ab offerenda usque ad Ite missa est. A tempore sacrificij Isidorus officium Missæ deputat, inquiens in libro Etymologiarum, Missa tempore sacrificij est, quando Catechumeni foras mittuntur clamante Leuita: Si quis Catechumenus remansit, exeat foras. Et inde missa, quia Sacramentis altaris interesse non possunt, qui nondum regenerati noscuntur.

Emissio Cathecumenorum.

Consuetudo nostra tenet, ut Catechumenos repellamus ante Euangelium. Non nihil hoc uidetur ex ratione incumbere, cum proculdubio prædicatoribus gentium præceptum sit, ut Euangelium eis prædicent. Sed sacrificio omnino interesse non possunt nisi renati: Quia neque pro eis oratur à sacerdote in consecratione corporis & sanguinis domini, neque confectum illis porrigitur. Sic orat sacerdos pro circunstantibus. Memento domine famulorum famularumque tuarum, & omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio. Nondum renati infideles uocantur, non fideles igitur non possumus animaduertere pro illis constitutam esse orationem, in officio confectionis corporis Christi. Quapropter merito eo tempore recedunt, quo sacrificium celebratur.

De Vlteriore ultima benedictione. Cap. XXXVII.

Specialis benedictio p pugnātibus in Quadragesima.

Est ultima benedictio, de qua nūc agimus, quam potissimum frequentamus tempore. Quadragesimali. Hoc est, post illam ultimam continuatam: in qua spiritalis refectio commendatur, restat hæc ulterior, de qua nunc (ut diximus) agitur, In qua milites Christi commendantur pugnæ, contra antiquum hostem. Si omni tempore necesse est paratum esse bellicosum, aduersus insidias siue impetus inimicorum;

rum:quanto magis in procinctu Quadragesimali tẽpore scit aduersarius noster a sancta Ecclesia singulare certamen commissum esse contra se. Ac ideo * constat fortius ad rapiendum & prosternendum, si forte aliquem negligentem inuenerit. Sacerdos noster, ut prudens Agonotheta, quantum in maiore periculo uidet milites fore, tantum munit eos amplius sua benedictione. Arma nostra contra diabolum, sunt humilitas & cæteræ uirtutes. Vult sacerdos noster ut nostris armis uestiti simus:propterea iubet per ministrum, ut humiliemus capita nostra Deo, & ita tandem infundit super milites protectionem benedictionis suæ.

**instat.*

Agonotheta is est qui agonis est præfectus, & premiũ certantibus præponit unde latinè munerarius appellari potest.

Benedictio sacerdotis more antiquum tenet,ut in nouissimo porrigatur. Iacob Patriarcha in nouissimo uitæ suæ benedixit filiis suis. Scriptum est in Genesi, Benedixit singulis benedictionibus propriis, & præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum, sepelite me cum patribus meis : Et iterum : Finitisque mandatis quibus filios instituebat collegit pedes suos super lectum, & obiit. Similiter scriptum est de Moysæ, in libro Deuteronomii, Hæc benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filiis Israel, ante mortem suam. Denique & ipse dominus Saluator (ut superius prætulimus) ante ascensionem suam in cęlum, benedixit discipulis suis. Et ut cætera præ termittam sanctorum patrum exempla, causa compendii breuiter dico. Quãdo familiarem affatum habemus cum seruis Dei, more religionis nostrę, ante quàm separemur ab illis, in ultimo benedictionem petimus.

Inclinate capita uestra Deo.

Exempla ultimæ benedictionis.

Genes. 49.

Deut. 33.

Luc. 24.

Sex

Sex subsequentia capita non habebantur in nostro codice Cocleano quem sequuti sumus: ea tamen reperimus in eo quem Coloniæ nuper excusum scidimus, nimirum anno Do. 1568. ubi quatuor libri de Ecclesiasticis officijs ibi leguntur, & tertius is est, quem nunc uobis damus de officio Missæ, quare nè hæc nostra editio ab illa separaretur, placuit hic ea inserere. Vos tamen pios lectores animaduertere duxi, quòd facilè quidem fuit, Hunc præstantissimum uirum primò hunc librum de Missa composuisse, postmodum uerò alios tres de officijs Ecclesiasticis adiecisse. hoc tamen ordine seruato, ut hic quem prius solum composuerat, tertium deinde locum obtineret.

De missa in festiuitate sancti Ioannis *Baptistæ mane prima. Cap. XXXVIII.*

BEatus Ioannes Baptista legitur in euangelio Lucæ repletus esse spiritu sancto ex utero matris. Quapropter in exordio lucis diei quasi in exordio natiuitatis sacrificium Deo offertur in honore eius ad laudem creatoris, qui illum dignatus est honorare ex utero matris. Ideò autem tres Missæ celebrantur in festiuitate beati Ioannis, quia tribus insignibus triumphis excellenter refulsit. Ad hoc enim uenit, ut uiam Domino præpararet exemplo suæ conuersationis. Qui triumphus celebratur in uigilia eius. Per baptismi ministerium claruit insignis: Huius ministerii triumphus recolitur in prima Missa. Nazaræus uerò permansit ex utero matris: Hoc donū recolitur in secunda Missa in die.

De

De offerenda, Vir erat in terra. Cap. XXXIX.

INterim occurrit mihi repetitio uerborum, quæ est in uersibus offertorii, Vir erat. nolui prætermittere, quod sensi de illa, quanuis ordo uerũ teneat post scriptionem natiuitatis S. Ioannis, natiuitatem Christi scribere. In offertorio non est repetitio uerborum, in uersibus est. Verba historici continentur in offertorio: uerba Iob ægroti & dolentis continentur in uersibus. Aegrotus cuius anhelitus non est sanus, neque fortis, solet uerba imperfecta sæpius repetere. Officij author, ut affectanter nobis ad memoriam reduceret ægrotãtem Iob, repetiuit sæpius uerba more ægrotantium. In offertorio, ut dixi, nõ sunt uerba repetita, quia historicus scribẽs historiam non ægrotabat.

De aduentu Domini. Cap. XL.

IN antiquis libris Missalium & lectionariorum reperitur scriptum, Hebdomada quinta ante natalem Domini. Totidem enim lectiones habentur in lectionario, & totidem euangelia à tempore memorato per dies Dominicos usque ad natiuitatem Domini. Antiphonarius habet tria officia diurna, & quartum in die Dominico, qui uacat post lectiones duodecim. Nocturna uerò quatuor, ut superiùs dixi, per dies Dominicos. Author lectionarii excitat fidem nostram ad recolendum Domini nostri Iesu Christi uẽturi in mundum præconium per quinque ętates mũdi. Author Missalis, qui uocatur Gregorialis, & antiphonarii, nos tangit, ut recolamus natiuitatem Domini celebratam per tres ordines librorum, scilicet legis, prophetarum, & psalmorum, necnon & per quartum, id est, principium euangelij, in quo narratur Gabriel Archangelus missus ad Zachariam, uidelicet nuncius natiuitatis pręcursoris Domini, uerùm etiam & prophetia Zachariæ de aduentu Domini, & Ga-

Gabriel missus ad Mariam uirginem, narrans ei conceptionem Saluatoris nostri, & cętera talia usque ad natiuitatem. Nempe & ipsa quarta hebdomada, hoc est, quæ proxima est ante natiuitatem Domini, siue in qua celebratur, singularis est, & habet in matutinali officio per quanque feriam antiphonas proprias in psalmis. Et alio modo: Author lectionarii docet nos, quàm fortis sit Dominus, qui uenturus est ad nos, & intraturus domum nostram, ut in ea habitet, quam solemus sordidare quinque sensibus nostris. Illices formæ intrant per oculos: suspicio mala de fratre, per aures: odor libidinosus per nares: per os ingluuies polluit, per tactum crudelitas. In sordibus non uult habitare rex uenturus: nisi ita purgetur hospitium, ut nec saltem puluis talium phantasmatum remaneat, non dignabitur hospes uenturus in illud intrare. Ideò scribit author quinque lectiones quinque hebdomadarum, ut nos hortetur circuncidere quinque sensus nostros ab omni uitio, & parare mãsionem dignam Regi, & Domino, atque uero prophetæ. De ipso rege dicit prima lectio: Ecce dies uenient, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. Et iterum de domino: Et hoc est nomen quod uocabunt eum, Dominus iustus noster. Et iterum in euangelio de propheta, Quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum. Author Missalis siue antiphonarij, eandem præparationẽ hortatur nos facere per quatuor hebdomadas. Sicut enim homo internunciis quinq; sensibus ad animam benè aut malè operatur, ita per [illegible] lementa aut ruit ad mala corporalia, aut [illegible]. Quapropter, ut dixi, hortatur nos au[illegible]tus, ut si usque modò torpuimus negli[illegible]c surgamus ad mundandam domum no[illegible] nõ excitatus est in quinta hebdomada, [illegible]t in quarta. Ipsum enim sonat lectio,

quæ

quæ legitur in quarta hebdomada: Scimus quia hora est iam nos de somno surgere, & reliqua. Non dubito propterea, cantorem in memorata hebdomada cum tuba sua exaltare uocem, Ad te leuaui animam meam, ut excitet eos qui in quinta hebdomada sopore negligentiæ oppressi sunt. Quomodo domum nostram præparare debeamus, in sequentibus memorata lectio monstrat: Non in comessationibus, & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione, & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Eandem præparationem inculcat in aures nostras Sacramẽtarium: Suscipiamus, inquiẽs, Domine misericordiam tuam in medio templi tui, ut reparationis nostræ uentura solemnia congruis honoribus præcedamus. Si quis uoluerit nostra dicta infringere, quasi non sint quatuor hebdomadæ plenè à memorata Dominica usque in natiuitatem Domini, uidetur mihi ignarus esse regulæ sanctæ scripturæ, quæ à parte totum solet implere. Vidi tempore prisco, Gloria in excelsis Deo, prætermitti in diebus aduentus Domini, & in aliquibus locis dalmaticas. Habet enim & illud aliquid rationis, ad insinuandum tempus ueteris testamenti. Nulli dubium quin maior gloria sit in ecclesia Dei tempore noui testamenti, quàm foret ueteris. Et alio modo: Quicquid enim rarò fit preciosus fit cùm fit. Vnde scribitur in libro Samuelis: Puer Samuel ministrabat ante Dominum coram Heli, & sermo Domini erat præciosus. Ideò dicitur præciosus, quia illo in tempore erat rarus. Vnde Hieronymus ad Euagrium in epistola sua: Omne quod rarum est, plus appetitur. Pulegiũ apud Indos pipere præciosius est. Ac ideò quando intermittitur Gloria in excelsis Deo, siue alia claritas sacri ordinis ad tempus, multo auidius sumitur quando redditur, & clarius in animis deuotorum resplendet quando ab æruginosis separatur. Quasi nouum canticum

ticum redditur, Gloria in excelsis Deo, in nocte natiuitatis Domini, ut eo magis ad memoriam nobis reducatur, tunc primum celebratum esse eundem cantum hymnis angelorum.

De natiuitate Domini. Cap. XLI.

MIssam, quam celebramus in nocte natiuitatis Domini, Telesphorus apostolicus constituit. Ita scriptum est in gestis episcopalibus: Constituit ut natali Domini noctu Missæ celebrarentur. Vt opinor, propter recordationem angelorum, qui nocte illa cecinerunt, Gloria in excelsis Deo. In eadem natiuitate statuit author officii Missam celebrari manè secundam. Quod superius prætulimus de natiuitate Ioannis, quæ habet Missam in initio lucis, hoc & in ista retinemus, quannis multùm distet inter seruum & dominum. Nemo dubitat quòd homo Christus Iesus postquàm cœpit homo esse, semper Deus mansit. Vnde dicit Cyrillus Alexandriæ episcopus in epistola ad Nestorium episcopum Constantinopolitanæ urbis. Non enim prius homo communis ex sancta est genitus uirgine, & sic postea Verbum superuenit in eo: sed ex ipsa uulua unitus, natiuitatem carnalem creditur & dicitur pertulisse.

De consueto tempore Missæ. Cap. XLII.

MEmoratus Papa Telesphorus scripsit, quo tempore primo diei liceret Missam celebrare. Legitur in gestis episcopalibus dixisse memoratum Papam, ut ante horæ tertiæ cursum nullus prȩsumeret Missas celebrare, qua hora Dominus noster ascendit in crucem. Si enim propterea aptum est, iuxta memoratum Papam, tempus horæ tertiæ celebrationi Missæ; quia in eo legitur secundum Marcum crucem

Chri-

Christum ascendisse: & nos possumus conuenienter dicere, aptum esse tempus horæ sextæ quando secũdùm Matthæum, crucem ascendit, sed & tempus horæ nonæ, quando emisit spiritum. Hæc tria tempora sacrata sunt Christi fixione linguis Iudæorum & ligno. Hi qui ante horam tertiam, siue post horam nonam necessariò offerunt sacrificium Deo amore diuino infecti, ut non prætereat dies sine illorum sacrificio, ut reor, non hoc agunt, quasi proteruè contra instituta Apostolica: sed habent causam seriam, qua excusare probabiliter se possint, ut Dominus discipulos defendit reprehensos à Iudæis, quando uellebant spicas, quasi hoc facerent quod non licebat in sabbatis, exemplo Dauid, quando necessitate famis transgressus est legem, ut manducaret panes consecratos. Fames utique in causa fuit, ut probabili excusatione transgrederetur legem Dauid. Huic rei aliquid simile scribit Innocentius Papa. cap. lv. Ergo quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate, debet utique cessare pariter quod urgebat: qa alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit. Nãque uidi Leonem apostolicum diluculo intrare ad Missam, nescio utrum causa necessitatis intercedente hoc ageret, an sola potestate. Quod legimus in gestis pontificalibus, hoc scripsimus. Fulget enim potestas ratione decorata. Protulit enim Telesphorus memoratus rationem de hora Missæ, qua de re sponte incumbimus suæ authoritati.

De ὑπαντῃ. *Cap.* XLIII.

SCriptum est in gestis pontificalibus, ꝙ Sergius Papa præciperet litanias fieri in die præsentationis Domini in templo. Ita enim scriptum est: Vt diebus annunciationis Domini, dormitionis, & natiuita

tis sanctæ Dei genitricis Mariæ, & sancti Simeonis, quod ὑπαντη dicitur græcè, cum litania exeant à sancto Adriano, & ad sanctam Mariam populus occurrat. De qua festiuitate dicit Beda sacerdos & doctor eximius in libro de temporibus: Secundũ mensem Numa dicauit Februo, id est, Plutoni qui lustrationum potens credebatur, lustrarique eo mense ciuitatem necesse erat, quo statuit, ut iura diis Manibus soluerentur. Sed hanc lustrandi consuetudinem benè mutauit Christiana religio, cum in mense eodem die sanctæ Mariæ plebs uniuersa cum sacerdotibus ac ministris hymnis modulatæ uocis per ecclesias, perque congrua urbis loca procedit datosque à pontifice cereos manibus gestat ardentes, & augescente bona consuetudine, idipsum in cæteris quoque eiusdem Matris & perpetuæ Virginis festiuitatibus agere didicit, non utique in lustrationem terrestris imperii quinquennem, sed perennem regni cælestis memoriam, quando iuxta parabolam uirginum prudentum, omnes electi lucentibus bonorum actuum lampadibus, obuiam sponso ac regi suo uenientes, mox cum eo ad nuptias supernæ ciuitatis intrabunt.

De Missa pro mortuis. Cap. XLIIII.

Cur missa pro defunctis sine Gloria, Alleluia, & pacis osculo celebratur.

*de Orig. To. I.

Missa pro mortuis, in hoc differt a consueta Missa, quod sine Gloria & Alleluia, & pacis osculo celebratur. Gloria & Alleluia suauitatem & lætitiam nostris mentibus inculcant, Quod cogito *ex hoc dicere, uerbis Origenis explicabo. Scribit idem in Homelia quinta Leuitici lib. Sacrificium uero pro peccato, non fit in oleo. Dicit. n. Nõ superponit oleũ cum iam pro peccato est. Quod ergo pro peccato est, nec oleum lætitiæ ei, nec thus suauitatis imponitur. Nulli dubium quin mors sit uindicta primi peccati, ac ideo sine Gloria & Alleluia celebratur,

quasi sine oleo & thure. Notandum est etiam quod officium pro mortuis ad imitationem agitur officiorum, quæ aguntur in morte domini. Iam prætulimus, quod nouimus, quare in officiis passionis domini pacis osculum non demus: hic nescimus aliud proferre, nisi quod ibi prælibauimus. Quoniam ibi non agitur osculum pacis, nec hic agitur. Recordatio mortuorum nuncupatiue agitur ante Nobis quoque peccatoribus. Ibi finitur memoria mortis domini, & inchoatur mors nostra per confessionem peccatorum, ac ideo merito ibi agitur memoria transeūtium, qui in domino moriuntur, Christus enim præcessit eos, nos sequimur: Solemus eorum memorias generaliter celebrare, Tertia, ac septima, & Tricesima die: Vnde talem habemus auctoritatem in ueteri testamento. Scriptum est in libro Numerorum. ca. 47. Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc fuerit immundus septem dies: aspergatur ex hac aqua die tertia, & septima, & sic mundabitur. In celebratione Triginta dierum, suffulti sumus Moysi & Aaron celebratione. Ita scriptum est in eodem libro, cap. 50. Omnis autem multitudo uidens occubuisse Aaron, fleuit super eo xxx. diebus per cunctas familias suas, Et iterum in Deuteronomio de Moyse, cap. cliiij Fleueruntque super eum filii Israel in campestribus Moab xxx. diebus. Immundus propter cadauer hominis, pollutam animam significat mortuis operibus. Purgatio mortui hominis, per sacrificium sacerdotis tertia die & septima, congruit naturæ humanæ. Constat homo ex anima & corpore.

Dies exequiarū pro mortuis.

Num. 19.

Nume. 20.

Deut. 34.

Anima tribus quasi quodammodo columnis erigitur, ut diligat Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: Corpus uero quatuor notissimis Elementis subsistit. Peccatum animæ, quæ neglexit Dei cultum in cogitatione, in uita, & in intellectu: humiliter confitendo, offerimus sacrificium

Sensus mysticus de diebus exequiarum.

De die Tertia.

Deo Tertia die, ut ab his peccatis purgetur. Similiter peccatũ, quod corpus gessit, cupimus purgare quarto die. Post tertium diem, id est septimo post mortem suam. Duobus modis committitur peccatũ: aut faciendo ea, quæ non debuimus facere: aut omittendo ea, quæ debuimus facere. Vsque ad septimum diem (in quo numero designatur uniuersitas) omnia peccata, quæ egit, & non debuit agere deflemus, & pro his rogamus, seorsum pro anima, & seorsum ꝑ corpore. Deinceps usque ad tricesimum, & pro his quæ modo in superioribus memorauimus: & pro illis, quæ debuit facere, & non fecit. Triginta enim diebus completur mensis. Per mensem designatur curriculus præsentis uitæ, ut ex statu Lunæ facile dignoscitur. Vnde Gregorius in Moralibus Iob, libro octauo. Mensium quippe nomine, dierum collectio & summa signatur. Per diem ergo unaquaque actio exprimi potest. Per mensem autem, actionum finis innuitur. Quando studemus, ut opera amicorum nostrorũ sint plena coram Deo, triginta diebus pro eis sacrificamus: Non opinor, ut aliquis uelit dicere, qđ non liceat nobis orare quotidie, & sacrificare Deo pro mortuis: Sed quod agitur in tertia, & septima, & tricesima die, publice agitur, & generaliter ab omnibus amicis, ac conuenitur simul ad hoc in precibus Missarum atque Eleemosynis & cæteris bonis studiis. Legimus in historia Anglorum, quendam presbyterum opinatum esse de fratre suo, quod mortuus est in prælio, qui tamen non erat mortuus, sed uulneratus, ac uinculatus. Mox memoratus presbyter non expectauit tertium diem, neque septimum, neque tricesimum, sed frequentissimè celebrauit pro eo missas. Tempore Missę, quotidie soluta sunt uincula uulnerati. Scriptum est in uolumine memorato, lib. 4. cap. 24. Cumque uidisset qui emerat eũ, uinculis non potuisse cohibere, donauit ei facultatẽ redi-

De die septima.

De die tricesima.

Greg. To. I

Orare quotidie pro mortuis.

Ex historia Anglorum.

redimendi, si posset: A tertia autem hora quando Missæ fieri solebant, sæpissime uincula soluebantur. At ille iureiurando, ut rediret, uel pecuniam pro se mitteret. Et post pauca. Qui post hæc in patriam reuersus, atque ad suum fratrem perueniens: replicauit ex ordine cuncta quæ sibi aduersa, quæ uel in aduersis solatia peruenissent. Cognouitque *eo reuertẽte eo, illis maxime temporibus sua fuisse uincula soluta, quibus pro se Missarum fuerant celebrata solennia. Solet uulgus requirere, si pro omnibus Christianis licitum sit, Missam celebrare. Quibus August. respondet in libro Enchiridion. Neque negandum est, defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosynæ in ecclesia fiunt: Sed eis hæc prosunt, qui cum uiuerẽt, hæc sibi ut postea possint prodesse meruerũt. Est.n.quidã uiuẽdi modus, nec tã bonus, ut nõ requirat ista post mortẽ: nec tã malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono, ut is hæc non requirat: & est rursus talis in malo, ut nec his ualeant, cum hæc uita transierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc uitam releuari quispiam uel grauari. Et paulopost. Cum de sacrificio, siue altaris siue quarumcunque eleemosynarum, pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt: Pro nõ ualde malis, propitiationes sũt: Pro ualde malis, etiamsi nulla sint adiumenta mortuorum, qualescunque uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio: aut certe ut eis tollerabilior fiat ipsa dãnatio. Vnde iterum ad Paulinum, de cura pro mortuis gerenda cap.2. Quanuis non pro quibus fiunt omnibus prosint, sed eis tantum, pro quibus dum uiuunt comparatur ut prosint. Sed quia non discernimus qui sint, oportet ea pro regeneratis omnibus

*ex

Aug. in Enchi c. 110.

Quibus prosunt post mortem Exequiæ.

Pro omnibus fieri sacrificia.

facere, ut nullus eorum prætermittatur, ad quos hęc beneficia possint & debeant peruenire: Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quàm eis deerunt quibus prosunt, Anniuersaria dies ideo repetitur pro defunctis, quoniam nescimus, qualiter eorum causa habeatur in alia uita. Sicut sanctorum Anniuersaria dies, in eorum honore ad memoriam nobis reducitur, super utilitate nostra: ita defunctorum ad utilitatem illorum & nostram deuotionē implendam: credendo eos aliquando uenturos ad cōsortium sanctorum. Alioqui omni tempore bonum est orare pro defunctis, etiam si nesciatur dies defuncti, per obliuionem seu per ignorantiā uel pr~~ę~~termittatur propter occupationem aliquam terrenam: Agatur tamen eorum solemnitas, iuxta decretum deuotissimarum mentium: Credo apud eum, apud quem non est uicissitudinis obumbratio, acceptum esse quasi Anniuersaria sit.

Cur Anniuersaria dies peragitur.

Hæc Amalarius, Archiepiscopus Treuerensis de Officio Missæ ad Ludouicum Pium Imp. ante annos D C C.

VVALA-

VVALAFRIDI STRABONIS,

DE EXORDIIS ET INCREMENTIS rerum ecclesiasticarum.

LIBER VNVS.

VVALAFRIDI VIta ex Tritemio.



Valafridus Abbas sancti Galli in * Sueuia, natione Germanus, uir in diuinis scripturis studiosus, & in sæcularibus literis, omnium suo tempore doctissimus, ingenio & eloquio clarus, carmine ualens & prosa, monarcha disciplinæ regularis, & multorum pater cœnobitarum. Scripsit ad ædificationem omnium fidelium deuote legentium. *Heluetia.

Vitam sancti Galli prosaice. lib. I.
Eandem postea metrice. lib. I.
De officijs diuinis. lib. I.
Epistolas plures ad diuersos.

Alia quoque nonnulla scripsisse dicitur, quæ ad manus nostras non uenerunt. Claruit temporibus Augusti Tiberii Imperatoris Romanorum tertij circa annos domini

 DCC.

DCC. COCHLAEVS. At patet ex cap. huius libri octauo, ubi de Ludouico Pio Impe. Et ex cap. XXII. Vbi de Carolo Magno fit mentio Non esse hunc Authorem usque adeo antiquum, sicut Tritemius (qui forte non totum perlegit hunc librum) censuit. Contemporaneus tamē Amalario fuit. Ideo in æditionem ei merito coniungitur.

CARMEN AVTHORIS.

Hoc opus exiguum Vualafridus pauper hebesq;
Collegit, Patrum dogmata lata sequens.
Sed non sponte sua tam magnos uenit in ausus,
Dura Reginberti iussio adegit eum.
Siquid in hoc Lector placet, assignare memento
Id Domino: Quicquid displicet, hocce mihi.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVlorum Vualafridi.

Quid

EIVSDEM

EIVSDEM AVCTO-ris præfatio.

IN nomine Dei patris & filij & Spiritus Sancti. De ministris Ecclesiæ & ministerijs ipsorum, necnon & de multiplicibus Sacramentorum, officiorum, & obseruationum rationibus: multi multa dixerunt: ita ut pauca uel pene nulla remanserint, quæ non iam per illuminationem Spiritus Sancti, sint demonstrata: non solum qualiter debeant fieri, uerumetiam quomodo singula mysticè debeant, uel poßint intelligi, diligenti examinatione excussa. Quorum omnium copiam, cum secundum solertißimum in rebus Ecclesiasticis studium tuum, & libris habeas, & memoria comprehensam, o uenerande in Christo pater, Reginberte, salubri curiositate ardens, quædam non à prioribus penitus omissa, sed breuius quàm uolueras tacta, à me addi desideras: quasi aliquid illos aufugerit, quod nos poßimus inspicere: cũ potius uerè fateri debeamus, omnia quæ illi inuenta, nobis scriptis suis reliquerunt, nec ipsa discendi instantia nos asse qui posse. Sed est quod huiuscemodi in cœptis, me timidum consoletur, dum consydero illos difficilioribus intentos, leuiora transisse, & pu tasse

Spiritus humilitatis in autore.

tasse nobis operta, quæ sibi pro sensus sui uiuacitate uidebantur perspicua. Scribam igitur, inquantum Dominus dederit facultatem, sicut ex authenticorum dictis, quæ adhuc attigimus, addiscere potui, de quarundam Ecclesiasticarum exordijs & causis rerum, & unde hoc uel illud in consuetudinem uenerit, & quomodo processu temporis auctum sit, indicabo: habiturus & si non pro scientia laudem, tamen pro obedientia certam mercedem.

Argumentum libri.

Et primum de sacris ædibus, in quibus ipsa celebrantur sacra, dicendum uidetur.

DE

DE EXORDIIS TEMPLORVM ET altarium.

CAPVT PRIMVM.



LTARIA quidem, Noe, Abraham, Isaac, & Iacob, Domino (ut legitur) extruxerunt. Moyses uero primus tabernaculum, iuxta exemplar diuinitus sibi demonstratum, in deserto Synai, filijs Israhel de seruitute Aegyptia liberatis, erexit. Salomon quoque longo iam tempore eodem populo in terra repromissionis degente, & regiæ dignitatis apice, gentibus circumpositis præeminente; templum illud mirificum, in Hierusalem (quam Dauid Pater eius caput regni instituit) magnis ædificauit sumptibus, & diuersis dotauit ornatibus. In quorum utroque, tabernaculo uidelicet ac templo, & arca testamenti, & altaria cum utensilibus suis, aliæque species, religioni illius tempori congruæ, fuisse leguntur: tam multiplices & tam consulta ratione prouisæ, ut quicquid modo spiritalibus Ecclesiæ celebratur in studijs, totum in illis constructionum figuris pleniter, & (ut ita dicam) consignanter deliniatum atque cóstructum uideatur. Paganos etiam templa fecisse dijs suis, uel potius dæmonibus, seductoribus suis, non solum ex ipsorum libris, sed etiam ex diuinæ scripturæ testimonijs agnoscimus. Quia & templum Dagon, in Samuele legimus: & Regem Sennacherib in templo Neserach trucidatum: Danielem quoque in templo Belis, sacerdotum eius strophas depræhendisse: Et Antiochum reliquiarum populi

Altaria antiquiora tabernaculo & templo. Gen. 8. 26. 33. Exo. 26. 3. Reg. 6.

Quid in tabernaculo & templo fuerit.

1. Reg. 5. 4. Reg. 19 Dan. 14. 2. Mach. 1

Dei persecutorem grauissimum, & templi, quod post reuersionem de captiuitate reædificatum est, uiolatorem: in templo Naneæ corruisse cognoscimus. Et multa alia, quibus approbatur quod dicimus. Nolumus autem de libris Paganorum eiusdem rei testes ascíscere, ne inter Ecclesiasticæ ædificationis eloquia, lectoris animum inutilibus fabulis occupemus.

Qualiter religiones diuersæ, se inuicem imitatæ sint & quid commune habuerint, quid diuersum.
Caput II.

ET primis quidem temporibus, tam ueros Dei cultores, quàm etiam dæmonum ueneratores in locis congruis, suæ religionis cultum, sub diuo celebrasse credendum est. Sed quia dæmones hominibus persuaserunt, in contumeliam creatoris, imaginem incorruptibilis Dei, in similitudinem corruptibilis hominis, & uolucrum, & quadrupedum, & serpentum commutare, & seruire creaturæ, potius quàm creatori: consequenter etiam ædificationem templorum, & sanguinis non solum animalis, sed etiam humani immolationem, ad maiorem persuasi erroris uindictam, sibi fieri exposcebant. Ideoque omnipotens & patiens creator, facturæ suæ uolens undecunque consulere (quia uero propter fragilitatem carnalium, omnes consuetudines pariter tolli non posse sciebat) permisit & iussit quædam sibi obedienter à piis exhiberi, quæ dæmonibus damnabiliter ab impijs soluebantur: sicuti sunt ædium constructiones, & diuersorum genera sacrificiorum. Et factum est, ut quæ prioribus propter infirmitatem concessa sunt, ad exclusionem erroris: nobis sequentibus per Christi passionem patefacta, proficerent ad causam perfectionis, dum & in illis materialibus structuris,

Idolatria per dæmones introducta.

Roma. 1.

Causa instituendi templa & sacrificia.

cturis, ædificium Ecclesiæ spiritale, & in carnalibus uictimis, ac solemnitatibus, passionem Christi, & uirtutum documenta sentimus. Sicut autem quædam præcepta moralia, nobis & ueteribus, uoluit Deus esse communia: ut sunt ea, quæ ad morum honestatem, & ad ius inter homines pertinent conseruandum: ita quædam flagitiosa, quæ dæmonum uoluptate instituta, & illis & nobis statuit omnimodis fugienda: maleficia uidelicet, ac mendacia, stupra, & superstitiosos errores: & similia. Hæc cum ita sint dicta, sciendum est, quædam esse omni religioni communia, ut est: Quod tibi non uis fieri, alij ne feceris: & quicquid ex naturali lege, diuinis congruum inuenitur mandatis. Hoc tamen in illis distat, quòd quidam illa propter honestatem, ut philosophi: quidam propter timorem, ut Iudæi: Alij propter dilectionem, ut Christiani, obseruant. Vt autem ad propositum reuertamur, sicut Deus, ut destrueret opera diaboli, quædam sibi exhiberi uoluit à cultoribus suis, quæ dæmones prius persuaserunt errantibus: ita cultum à Deo institutum, maxime in sacrificiorum & cæremoniarum multiplicitate, sibi deinceps dæmones exposcebant, sicut scriptum est de libris legis Dei: de quibus scrutabantur gentes, similitudinem simulachrorum suorum, ut scilicet, quomodo lex Domino seruire præcepit: eisdem ritibus, deceptores suos dæmones, deceptæ gentes uenerarentur. Nam & temporibus Tiberij & Cai Cæsarum, Idola in templo Domini legimus collocata. Et Iulianus Apostata totum Ecclesiastici ordinem ritus, ad diabolorum honorem detorquere conatus est. Et ipse diabolus, a Christo se pro Deo uoluit adorari.

Legis Naturalis præcepta. *Matth.7.* *Tob.4.* *Imitatio Gentiliū in cultu deorum suorum.* *Iosephus de bello Iud. li.2.c.3.* *Iulianus Imp.* *Matth.4.*

De profectu religionis Christianæ. Cap. I I.

POstquam itaque uenit tempus, quando ueri adoratores in spiritu & ueritate, non in Hierusalē

Ioan.4. tantum uel monte Samariæ, id est, non localiter, sed spiritualiter cœperunt adorare patrem, & in omnes gentes secundum domini iussionem doctrina saluta ris emissa est: cœperunt fideles loca munda quære-

Loca orandi, in primitiua Ecclesia. re, & à tumultibus, ac negocijs carnaliter conuersantium semota: in quibus orationes mundas, & sacrosancta mysteria, & mutuæ ædificationis solatia, celebrarent. Quamuis enim secundum Euangelistam,

Luc.ult. *Act.1.et 2* erant discipuli cum credentibus semper in tẽplo uel cœnaculo laudantes Deum, & orationi ac ieiunio insistentes: tamen post aduentum Spiritus Sancti, legimus eos circa domos, orationes & fractiones panis celebrasse. Et non solum inter urbium ædificia, uerum & extra in locis secretis conuenisse. Nam & Paulus processisse legitur in Philippis extra por-

Act.16. & 20. tam, iuxta flumen, ubi uidebatur oratio esse, & ipse cum Ephesijs orauit in littore. Cum autem multiplicaretur numerus credentium, cœperunt domos suas facere Ecclesias, ut in gestis sanctorum creberri me legitur: & priuatas habitationes, ad publicas fide lium contulerunt utilitates sæpè etiam persecuto-

Diuersa olim loca orandi. rum rabiem declinantes, in cryptis & in cimiterijs, & speluncis, atque desertis montibus & uallibus conuenticula faciebant. Deinde magis magisque proficiente Christianæ religionis miraculo, & per lucra Christi, damno succedente diaboli: nõ solum nouæ ad orandum domus constructæ sunt, sed ẽt tẽpla deorum, abiectis & exterminatis idolis cũ spurcissimis cultibus suis, in Dei mutabantur Ecclesias.

In quas plagas cœli Orantes uertantur. Cap. IIII.

Orare uersus Orientem. ET quia diuersitas Idolatriæ, diuersis modis templa construxerat, non magnopere curabant illius temporis iusti, quam in partem orationis loca cõ uerterent, dum tantum uideretur, ubi eliminatæ sunt

dæmonum

dæmonum sordes, ibi Deum creatorem omnium, qui ubique est, coli & adorari Quamquam itaq; sapiens dicat, nos ad orientem lucis adorare Deum, & reuera congruum est, & salubri more institutum, ut orientem uersus, facies orando uertamus: quia sicut ab oriente lucis aduentum suscipimus corporeæ, sic in orationibus illuminari super nos uultum illius deposcimus, de quo scriptum est. Ecce uir, oriens nomen eius: Et, Visitauit nos oriens ex alto. Tamen quia & templi & tabernaculi introitus ab oriente fuit, ubi altare &*labrum erat, & omnes uictimarum & sacrificiorum ritus fiebant: certum est in utroque ab oriente multos orasse contra occidentem. Siquidem & Salomon dedicans templum, stetit ante altare, & extendit manus in cœlum: & effudit orationem tam deuotione, quàm prolixitate mirabilem. Priora autem & anteriora templi uel altaris, orientem respiciebant. Vnde & apud ueteres oriētales templorum antica: occidentales postica: aquilonares sinistra: meridianæ dextra dicebantur. Quod & de templi Domini latere meridiano sic scribitur. Ostium lateris medij, erat in parte domus dextræ. Quia ergo portæ trium atriorum una contra alteram positæ, recta linea ad oriētē patebāt, ita & sol ęquinoctialis exoriēs radios suos p illas æqualiter cōtra medietatē tēpli dirigeret eodēq; mō p ostia porticus & ipsius tēpli ī ho stra sancti sanctorū altrinsecus posita, ptēderet: sicut tradit a maioribus, q in exterioribus atrijs positi, ab introitu interioris, q busdā quasi rationabilibus causis prohibebantur: per portarū contra se positarum, patulum prospectum, oculos usque ad introitum tē pli dirigentes: quo pedibus non audebant, precibus & uotis, & salutationibus accedebant. Sed & ipse Salomon, in illa celebri oratione de populo, in peregri nationem propter peccata sua uenturo, dixit ad deū. Si orauerit contra ciuitatem quam elegisti, & tem-

Zach. 6.
Lucæ. 1.
Iudei orauerunt uersus occidentem.
3. Reg. 8.
** labium*
Antica & postica tēpli.
3. Reg. 6.
Orare uersus tēplum.
2. Par. 9.
Dan. 6.

pli quod ædificaui nomini tuo, & reliqua. Quod Daniel quoque Propheta, & talis in quo suspicio nulla potuit reperiri, legitur fecisse. Apertis enim fenestris cœnaculi sui, contra Hierusalem tribus uicibus orauit per singulos dies. Hijs & alijs exemplis edocti cognoscimus, non errasse illos, uel errare, qui templis uel nouiter Deo constructis, uel ab Idolorũ squalore mundatis, propter aliquam locorum opportunitatem, in diuersas plagas altaria statuerunt: Quia non est locus, ubi non sit Deus. Verissima enim relatione didicimus, in Ecclesia quam apud Aeliam Constantinus Imperator cum matre Helena, super sepulchrum Domini miræ magnitudinis in rotunditate constituit: Itemq; Romæ, in templo, quod ab antiquis Pantheon dictum, a beato Bonifacio Papa, permittente Foca Imperatore, in honorem omnium sanctorum consecratum est. In Ecclesia quoque Beati Petri principis Apostolorum, altaria non tantum ad orientem, sed etiam in alias partes esse distributa. Hæc cum secundum uoluntatem uel necessitatem fuerint ita disposita, improbare non audemus. Sed tamen usus frequentior (secundum quod & supra memorauimus & rationi uicinior, habet: in orientem orantes conuerti, & pluralitatem maximam Ecclesiarum eo tenore constitui.

Altaria in diuersas plagas respicientia. *Aelia ab Aelio Hadriano Impe. dicta fiat Hierusalem reædificata.* *Pantheon Romæ.* *Ecclesia S. Petri templum.*

Deus ubiquã est. Vnusquisque in sensu suo abundet. Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate; & lõge a peccatoribus salus: Appropinquemus domino, & appropinquabit nobis. Alioquin peccator, etiam si fugerit, eum qui ubique est, euitare nõ poterit. Quia neq; ab oriente, nec ab occidẽte, neq; à desertis mõtibus, subaudi patet locus fugiendi, qm̃ Deus iudex est, hũc humiliat & hunc exaltat. Cui etiam Propheta dicit. Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero in infernum, ades.

Psal. 144. *Psal. 118.* *Psal. 74.* *Psal. 138.*

De

De uasis quæ simpliciter signa dicuntur. Cap. V.

DE uasis uero fusilibus uel etiam productilibus, quæ simpliciter signa uocantur, quia eorum sonoritate, quibusdam pulsibus excitata, significantur horæ, quibus in domo Dei, statuta celebrantur officia: de his, inquam, hic dicendum uidetur, quod eorum usus non adeo apud antiquos habitus proditur: quia nec tam multiplex apud eos conuentuum assiduitas, ut modo est, habebatur. Apud alios enim deuotio sola, cogebat ad statutas horas concurrere. Alij prenunciationibus publicis immutabantur, & in una solemnitate proxime futuras discebant. Apud quosdam tabulis, apud nonnullos cornibus, horæ prodebantur. Vasorum autem, de quibus sermo ortus est, usum primo apud Italos affirmant inuentũ. Vnde & à campania, quæ est Italiæ prouincia, eadem uasa maiora quidem campanæ dicuntur: Minora uero, quæ & a sono tintinnabula uocantur, nolas appellant, à Nola eiusdem ciuitate Campaniæ, ubi eadem uasa primo sunt commentata. Quia uero tubas æreas & argenteas in lege habemus: & Propheta quasi tuba, uocem prędicationis exaltare iubet: congrue his uasis utimur in conuocatione fidelium, ut prædicatio nostra in Ecclesia pura in argento: in ære significetur durabilis & sonora, id est, ut nec hæretica fędetur rubigine, nec negligentiæ lassetur pigritudine, nec humana supprimatur formidine.

Varia olim signa cõuocãdi ad Ecclesiam.

Cãpanæ & Nolæ.

Quid significant tubæ æreæ & argenteæ.

Nume.10: Esaiæ.58.

Expositio nominum quorundam, sacris rebus adiacentium. Cap. V I.

HAec à nobis, ut potuimus, dicta sunt: Nunc de nominibus, q̃ ipsis sacris locis, uel ædificiis, nõ fortuitò, sed rationabiliter imposita sunt, pauca dicamus:

mus:ut lector,dum causas ædificiorum,& exordia di dicerit,cur etiam ita,uel ita dicta sint,possit aduertere. Ecclesia quidem Græcum nomen est, & interpretatur conuocatio,uel conuentus : cum sit uel generalis sanctorum unitas,in una fide & dilectione cõ iuncta. Vnde una & catholica dicitur Ecclesia, uel singulorum societas sancta locorum. Vnde & multæ dicuntur Ecclesiæ. Tamen etiam ipsa domus, in qua ad diuina uel discenda,uel celebranda,conuenit multitudo fidelium,Ecclesia uocatur : à re quæ ibi geritur, illud uocabulum mutuamus. Horum exempla Apostolus insinuat dicens. Vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, neque rugam:Et sicut in omnibus Ecclesiis sanctorum doceo. Et,Mulieres in Ecclesia taceant,& multa hiis similia. Vnusquisque etiam,electorum, domus & templum Dei dicitur. Sicut Apostolus & in suo, & Prophetico confirmat exemplo:Templum,inquiens,Dei sanctum est,quod estis uos : sicut dicit Dominus, quia inhabitabo,& inambulabo in uobis,& reliqua.Et Petrus,Vos tanquam lapides uiui,superædificamini domus spiritales,& reliqua.Sicut ergo Ecclesia in Ecclesia,sic multæ domus & templa:in domo Dei & tẽplo conueniunt. Domus autem dicta est à domate, quod Græce tectum uocatur. Dicitur etiam domus, familię totius sub uno tecto commorantis consortiũ, sicut urbs totius populi,& orbis totius generis humani est domicilium.

Ecclesia uarie accipitur.

Ephe.5. *1.Cor.14.* *1.Timo.2.* *1.Cor.3.* *2.Cor.6.* *1.Petri.2.* *Domus.*

Templum. *Tabernaculum.*

Templum est dictum quasi tectum amplum. Vnde & excellentioribus ædificiis,hoc congruit nomẽ: Sicut Rex Salomon sapientissimus in regia urbe, tẽplum:Moyses uero in itinere dicitur tabernaculum condidisse. Dictum est autem tabernaculum, a tabulis & cortinis,eo quod interstantibus tabulis, cortinæ desuper tenderentur. Vnde & militum tentoria, quibus in itinere solis ardores,tempestates imbrium

frigoris-

frigorisque iniurias uitant, tabernacula dicuntur. Aedes & ædificia, ab edendo putant dicta, quasi primitus ad edendum facta. Vnde Plautus dicit. Si uocassem uos in ædem ad prandium. Potest enim fieri, ut ædes ad edẽdũ, in eis sicut cœnacula ad cœnandũ, primo sint facta, & postea longo usu in aliud uerterentur. Sicut tabernæ primitus plebeiorum domunculæ, quod sex tabulis ligneis fierent, dicebantur: unde & tabernaculum deriuari quidam uolunt. Nunc autem cauponum Ecclesiæ sic uocantur. *Aedes.*

Basilica Græce, Latine regalis, uel regia dicitur, à Basileo, id est, rege. Nam & carnalium regum palatia, ita dicuntur: sicut scriptum est de Hester. Stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius contra basilicam regis: Nostra autem domus orationis, ideo regia dicitur, quia regi regum in ea seruitur, uel quia reges & sacerdotes, id est, summi regis & sacerdotis membra, qui motibus corporis imperant, & spiritales hostias immolant Deo. ibi regenerantur ex aqua: & spiritu: & salutari nutriuntur doctrina. Absida Græce, Latinè lucida dicitur, quia lumen acceptum per arcum intromittit. Exedra, est absida quædam separata, modicum quidem à templo, uel palatio. Et dicta inde, quòd extra hæreat: Græce autem ciclon uocatur. Aram quidam uocatam dixerunt, quod ibi incensæ uictimæ arderent: Alij à precationibus, quas Græci aras uocant. Vnde & imprecationes Antara dicuntur. Altare autem quasi altæ aræ nominatur. Porticus à porta, uel quod sit aperta dicitur. Ad hoc maxime fit, ut per eam intretur & transeatur. Cymiterium recubitorium, uel dormitorium est mortuorum, qui & ideo ab Ecclesia dormientes dicuntur, quia resurrecturi non dubitantur. Cryptæ, sunt specus subterranei, dictæ à profunditate abrupta, sicut & crepidines dicimus abruptas summitates quorũlibet corporum. Martyria uocabantur Ecclesiæ, quæ *Basilica. Hester. 5. Absida. Exedra. Ara. Altare Porticus Cymiteriũ. Crypta. Martyria*

in honore aliquorum martyrum fiebant. Quorum sepulchris & Ecclesiis, honor congruus exhibendus in Canonibus decernitur. Qui & loca, quæ sub incertis nominibus & reliquiis, uel tantum mortuorum appellatione construuntur, nullo honore colẽda constituunt. Quod beatus Martinus & Germanus Parisiensis suis leguntur confirmasse exemplis.

Sacrarium Sacrarium dicitur, quia ibi sacra reponuntur & seruantur. *Analogiũ.* Analogium, quod in eo uerbum Dei legatur & annuncietur. Logos enim Græce, uerbum, uel ratio dicitur. *Pulpitum* Pulpitum, quod sit in publico statutum, ut qui ibi stant, ab omnibus uideantur. *Ambo* Ambo ab ambiendo dicitur, quia intrantem ambit & cingit. *Cancelli* Cancelli uidentur dici, quia minoribus colũnis fiunt. Cancri enim uocantur maiores columnæ & maximæ quadræ: uel Cancelli dicuntur à cubito, qui Græce Ancos dicitur. Solent enim plurimi non altius construi, quam ut stantes desuper inniti cubitis possint. *Ianuæ* Ianuæ, à Iano quodam dictæ, cui gentiles omnem introitum & exitum consecrarunt. *Ostia* Ostia, ab obstando extra positis, uel ostendendo aditum uocantur. *Valuæ* Valuæ, à uoluendo. *Froes* Fores, quod forinsecus sint positæ. *Portæ* Portæ, quia per eas portantur quæque & feruntur. Sunt autem Ianuę proprię, primi ingressus in domum, ostia intra ianuam aditus ad loca quęlibet; Valuæ quę intro uoluuntur, id est uertuntur, & complicantur, sicut fores quæ foras uertuntur. Portæ autem proprie sunt murorum & atriorum.

Camera Camera dicitur à curuitate, quæ solet in his ædificiis fieri, cementicio opere desuper concluduntur. Hæc etiam à concauitate superiori, ad similitudinẽ cuiusdam animalis, testudo nominatur. Græce enim camyron curuum dicitur. *Loquearia.* Lacunaria, uel laquearia pendentia, sunt templorum ornamenta, inde dicta, quòd luceant in aere. Quia uero longum est singulas sacrarum ædium partes exponendo percurrere,

multiplex est in eis, æque ut in cæteris structuris nominum & specierum diuersitas: sufficiant hæc de eminentioribus earum partibus dicta. Ad cætera quę restát, per hæc signa ingressuum, facilior studiosis patebit introitus.

Quomodo Theotisce Domus Dei dicatur. *Cap.* VII.

DIcam tamen etiam secundum nostram barbariem, quæ est Theotisca, quo nomine eadem domus Dei appellatur: ridiculo futurus latinis, si qui forte hæc legerint, qui uelint simiarum informes natos, inter Augustorum liberos computare. Scimus tamen & Salomoni (qui in multis typum gessit Domini saluatoris) inter pauones, simias fuisse dilatas. Et Dominus qui pascit columbas, dat escam pullis coruorum inuocantibus eum. Legant ergo nostri, & sicut religione, sic quoque rationabili locutione: nos in multis ueram imitari Græcorum & Romanorum intelligant philosophiam. Multæ res sunt apud singulas gentes, quarum nomina, ante cognitionem ipsarum rerum, apud alias incognita sunt. Sicque fit sępissimè, ut rerum intellectus, alii ab aliis addiscentes: nomina quoque & appellationes earum uel integrè, uel corruptè, cum noua intelligentia in suam proprietatem trahant. Vt ab Hebræis, Græci, Latini, & Barbari, Amen, Alleluia, & Osanna mutuati sunt. A Græcis, Latini & omnes qui libris latinorū & lingua utuntur, Ecclesiam, Baptismum, Chrisma, & omnium pene radices dictorum acceperunt. A Latinis autem Theotisci multa, & in communi locutione, ut scamel, fenestra, lectar: in rebus autem diuino seruitio adiacentibus pene omnia: Item à Græcis, sequentes Latinos ut Chelich, calicem, Phater, Pater, mater muter, genez à genecio, quæ Græce dicuntur cylix, pater, meter, & genecion. Cum in quibusdam

Theotisca id est, Theutonica.

3. Reg. 10. Psal. 146.

Nomina ab aliis liguis mutuata.

buſdam horum non ſolum Latini, ut genitor, & genitrix, ſed etiam Theotiſci proprias habeant uoces, ut atto, & amatodo, & toda. Ab ipſis autem Græcis Kyrica à Kyrios, & Papo à Papa, quod cuiuſdam paternitatis nomen eſt, & Clericorum congruit dignitati: & hero ab eo quod eſt heros, & mano, & manoth, à mene, & alia multa accepimus. Sicut itaque domus Dei, Baſilica, id eſt, Regia, à Rege: Sic etiam Kyrica, id eſt, Dominica à Domino nuncupatur; Quia Domino dominantium, & Regi Regum in illa ſeruitur. Si autem quæritur, qua occaſione ad nos, ueſtigia hæc græcitatis aduenerint, dicendum & Barbaros in Romana Republica militaſſe, & multos prædicatorum Græcè, & Latine locutionis peritos, inter has beſtias cum erroribus pugnaturos ueniſſe: & eis pro cauſis, multa noſtros, quæ prius non nouerant, utilia didiciſſe, præcipueque à Gothis, qui & Getæ, cum eo tempore, quo ad fidem Chriſti, licet non recto itinere, perducti ſunt, in Græcorum prouinciis commorantes, noſtrum, id eſt, Theotiſcum ſermonem habuerint. Et (ut hiſtoriæ teſtantur) poſt modum ſtudioſi illius gentis, diuinos libros in ſuæ locutionis proprietatem tranſtulerint, quorum adhuc monumenta apud nonnullos habentur. Et fidelium fratrum relatione didicimus, apud quaſdam Scytharum gentes, maxime Thomitanos, eadem locutione, diuina hactenus celebrari officia. Hæ autem permixtiones & translationes uerborum, in omnibus linguis, tam multiplices ſunt, ut propria ſingularum iam non ſint pene plura, quàm cum aliis communia, uel ab aliis translata.

Translationes ſacrarũ literarum.

De imaginibus & picturis. Cap. VIII.

NVnc iam de imaginibus & picturis, quibus decus Eccleſiarum augetur, dicenda ſunt ali-

qua. Quia & earum uarietas nec quodam cultu immoderato colenda est, ut quibusdam stultis uidetur: nec iterum speciositas ita est quodam despectu calcanda, ut quidam uanitatis assertores existimant. Quis enim sanum sapiens, contra id quod scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Et iterum, Non facies tibi omnem similitudinē eorum, quæ in cœlo, uel in terra, uel in aquis sub terra sunt: putabit in tabernaculi uel templi constructione, fecisse Moysen & Salomonem? Cum & ille secundum diuinam iussionem, cortinarum uarietatē, & indumentum sacerdotale, diuersis ornauerit figuris: Et iste secundum sapientiam diuinitus sibi attributam, picturis & sculpturis, non tantum animaliū, sed etiam arborum & herbarum, pene omne opus templi distinxerit? Vterque insuper Cherubin similitudinem super Arcam & Propiciatorium statuerit? Cum certum sit & illos ita sensisse, & nos ita sentire debere: quod uidelicet non sint Deo debitis cultibus & honoribus colenda, quæ ab illis uel nobis facta sint uel fuerint, aut significandi alicuius mysterii causa: ut tabernaculi & templi structura omnia, aut ob commemorationem rerum gestarum, ut picturæ historiarum: aut ob amorem eorum, quorum similitudines sunt, animis uidentium arctius imprimendæ: ut imagines domini & sanctorum eius. Neque enim frustra superiori sententiæ subiunctum est. Non adorabis, neque coles ea. Vnde uidelicet intelligamus, in his faciendis deuotionem & utilitatem, qua commoueri uel instrui appetimus, non esse culpandum: sed in his colendis, superstitionem & hebetudinem, qua spiritalem cultum ad corporalia traducere erronei nituntur, esse damnandam. Sane, si cui uidetur ars pictorum, uel fabrorum ob hoc culpanda, quasi ea quæ ab ipsis fiunt, propter artis decorem & conuenientiam,

Cultus imaginum.

Deute. 6.
Exodi. 20.

Exodi. 26.
3. Reg. 6.

Ad quid ualet usus imaginum.

Abusus culpandus est, ut res ipsæ

nientiam, ad cultum ſui illiciant inſipientes: poterit conſequenter & Dei obtrectare facturis, quare ipſe uel luminaria cœli tanti ſplendoris, uel herbas & olera tantæ creauerit uenuſtatis & odoris: cum ipſa, ſicut & aliæ creaturæ, à quibuſdam errantibus, diuinis honoribus adorata ſint & culta. Qui error non auctori bonorum aſcribendus eſt, ſed dæmonum perſuaſioni, & hominum conſenſui iniquo, qui bonis in malum abuti didicerunt. Notandum uero, quòd ſicut quidam eaſdem imagines, ultra q̃ ſatis eſt uenerantur, Ita alii, dum uolunt cautiores cæteris in religione uideri, illas ut quaſdam Idolatriæ ſpecies reſpuunt, & præſumptionis faſtu, ſimplicium corda ſcandalizant. Huius rei quæſtio, apud Græcos ſæpe tantas contentiones excitauit, ut ſub Gregorio Papa Iuniore, Conſtantinus Imperator, apud Conſtantinopolim omnes imagines depoſuerit. Et ſub Gregorio Tertio, Romæ Synodus, ſit facta, contra ſupradictam (ut dixerunt) hæreſim: in qua firmatum eſt, ut ſanctorum imagines, ſecundum priſcum Catholicæ Ecleſiæ ritum, reſtituerentur. Ipſa denique querela Græcorum, temporibus bonæ memoriæ Ludouici Imperatoris, in Franciam perlata: eiuſdem Principis prouidentia ſcriptis Synodalibus eſt confutata. Quam etiam Claudius quidam, Taurinenſis Epiſcopus, ſed in ueritatis itinere, nominis ſui ſimilitudine nutabundus, inter cæteras uanitatum ſuarum ineptias, cupiens renouare: antequam diuerſorum contra eum ſcribentium iaculis perfoderetur, ſuo iudicio damnatus interiit: & fortaſſe qui Imperatoris fidelium ueluti in nummo, contempſit imaginem, ante tribunal ipſius, proteruitatis ſuæ pariter & inquietudinis pœnas exoluit. Non enim leuem iniuriam, ſæculi potentes ſibi putabant illatam, ſi imaginem ſuam uel nomen, in quolibet numiſmate, à ſubiectis deſpici cognouerint & cal-

Diſſenſio de imaginibus.

Grego. 2.

Grego. 3.

Claudius Epiſcopus Taurinẽſis hæreticus.

calcari. Non autem (quia populus Israhel in deserto, uel Ieroboam Rex uitulorum fabricatione Deũ offenderant) serpens æneus, quem ex iussu Domini Moyses fecit, contemnendus erat: quippe cum percussi a ueris serpentibus, imaginarii serpentis contemplatione, sanarentur: Quem quia populus, semper ad Idolatriam procliuis, postmodum quadam superstitiosa ueneratus est religione, Ezechias Rex Iuda religiosissimus legitur fregisse. Ergo cum Christianus populus, tanta sit in diuinis rebus docilitate, in interiora sapientiæ spiritalis inductus cellaria: ut non dicam picturam & imagines, sed ne ipsos quidem sanctos homines uiuos uel mortuos, diuinis credat colendos honoribus, uel adorandos. Rogamus enim sanctos, nõ ut ipsi præstent per se, quæ saluti nostrę necessaria sunt: sed ut ab auctore bonorum, a quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum, utpote illi proximiores meritis, & ideo certius audiendi: impetrent quæ saluti petentium oportuna non nesciũt. Deum autem oramus, ut sua bonitate gratuita, meritis & intercessionibus sanctorum, quę nobis iudicat commoda, largiatur. Et huic quidem ut Deo, domino, iudici, creatori, omnipotenti, & saluatori, supplicamus: Illos uero, ut Dei amicos, domini famulos, patronos, uerè honoratos, & pleniter saluatos, in adiutorium uocamus. Tales esse preces fidelium, qui publicas Ecclesiæ orationes consyderare norunt, dubitare non poterunt. Cum itaque talis sit Christiani perfectio sensus, non sunt omnimodis honesti & moderati imaginum honores abijciendi. Si enim ideo, quia nouimus non adorandas nec colendas Iconas, conculcandæ sunt & delendæ picturę, quasi non necessariæ uel nociuæ: Ergo & quia credimus, quod creator omnium, qui ubique est, & cœlum & terram implet, non habitat in manufactis, destruenda sunt tem

Exodi. 32. *3. Reg. 12.* *Nume. 21.* *4. Reg. 18.* *Iacob. 1.* *Non sunt Imagines delendæ.*

pla, ne uideamur, parietibus & tectis inclusum credere creatorem. Sicque poterit euenire, ut dum cauemus, ne uspiam sit aliquid, ubi insipientium mens possit errare, nihil penè habeamus quo uel deuotionem nostram exerceamus, uel simplices & ignaros ad amorem inuisibilium trahere ualeamus. Quantum autem utilitatis ex picturæ ratione proueniat, multipliciter patet. Primum quidem, quia pictura est quædam literatura illiterato, adeo ut quidam priorum, legatur ex picturis didicisse antiquorum historias. Deinde (ut breuitatis causa prætermittam plurima) in gestis Syluestri Papæ legitur, Constantinum Imperatorem, per thoracidas Apostolorum, quod ipsos in uisione uiderit, cognouisse. Et uidemus aliquando simplices & Idiotas, qui uerbis uix ad fidem gestorum possunt perduci, ex pictura passionis Dominicę, uel aliorum mirabilium ita compungi, ut lachrymis testentur, exteriores figuras cordi suo quasi lituris impressas. Ergo sicut omnia munda mundis, coinquinatis autem & infidelibus nihil mũdum: quia inquinata sunt eorum, & mens & conscientia: ita malis, omnes uiæ offensionis plenę sunt. Et sicut boni etiam malis benè: sic mali etiam bonis malè utuntur.

Vtilitas ex picturis.

Ad Tit. 1.

Sic itaquè imagines & picturæ habendæ sunt, & amandæ: ut nec despectu utilitas adnulletur, & hæc irreuerentia in ipsorum, quorum similitudines sunt, redundet iniuriam: Nec cultu immoderato fidei sanitas uulneretur, & corporalibus rebus honor nimie impensus, arguat nos minus spiritualia contemplari.

Cõclusio de imaginibus

De templis, & altaribus dedicandis. Cap. IX.



Antiquissima exẽpla

QVòd templa Dei, dedicatione solenni consecranda sint, exemplis antiquorum & cõgrua ratio-

ratione docemur. Quia & Iacob Patriarcha erexisse lapidem legitur, & oleo desuper fuso unxisse eum, & uocasse domum Dei: Idemque super altare erectum inuocasse fortissimum Deum Israhel. Tabernaculum autem Moyses, & Salomon templum, celeberrimis dedicationibus consecrasse leguntur. Vnde in testimonium diuinę ostensionis & uisitationis, ignis de cœlo descendens oblata consumpsit. Et supra utramque domum, fumus ac nebula diuinæ protectionis apparuit. Notandum uero, quod non tantum in prima constructione templi dedicatio est celebrata, sed etiam secundo, uel tertio, post euersionem & prophanationem eiusdem templi, propter peccata populi perpetratam à Gentibus, cum reædificatum sub Zorobabel, siue sub Machabęis fuisset purificatum, iterata dedicatione subsecuta. Vnde ea, quę nouissimè facta est hyemis tempore, usque ad tempora passionis Christi obseruata cognoscitur, sicut scriptum est in Euangelio Ioannis. Facta sunt Encęnia in Hierosolymis: & hyems erat, & reliqua: Nam cęterę duæ aliis anni temporibus factę, septimo uidelicet & primo mense narrantur. Inuenitur etiam Concilio Agathensi statutum, ut altare ungatur & benedicatur. Hæc quidem & alia exempla dedicandorum habemus templorum & altarium, non minus ad hanc obseruantiam probabili ratione perducti. Si n. Pagani templa & statuas, erroris sui testimonia, dæmonijs deceptoribus suis, per quædam execramenta, magis quàm Sacramenta, deuouere & dedicare noscuntur, ut & suam deuotionem diis, quibus placere desiderant, artius insinuent, & ad se inuisendos dęmonum gratiam hac familiaritate sibi concilient: sicut legitur Nabuchodonosor Rex Babylonis fecisse dedicationem statuæ, quam erexerat in campo Duran. Quare non potius nos, templa & altaria, nostrę religiositatis indicia, Deo saluatori nostro,

dedicādi Ecclesias.
Gene 28.
Exodi. 40.
3. Reg. 8.
Reiterata templi dedicatio.
Aggei. 2.
1. Machabeo. 4.
Ioan. 10.
De cons. distin. 1. c. Si motum.
Dedicationes a Paganis factæ.
Daniel. 3.
Ratio dedicandi tēpla.

Deute. 11. *Leuit.* 26. per illibata & uera Sacramenta dedicare curemus, ut & cum nostræ deuotionis officijs diuinę maiestati placeamus: & ipse nos semper inuisere, & mansionem sibi in nobis facere dignetur, qui per Prophetam dicit. Pauete ad sanctuarium meum: & reliqua.

Quid fieri debeat in locis Deo consecratis. *Caput X.*

QVid autem fieri debeat in locis Deo consecratis, dominus per Prophetam, & per seipsum manifestat dicens. Domus mea domus orationis uocabitur, cunctis gentibus. Et Psalmista. Introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum & multa his similia. Angelorum etiam præsentiam in locis talibus haberi, & Iacob agnouit, quando scala in Bethel erecta uidit Angelos ascendentes & descendentes. Et Dauid testatur dicens. In conspectu angelorum psallam tibi, & adorabo ad templum sanctum tuum.

Orare *Esaiæ.* 56. *Psal.* 5. *Gene.* 28 *Psal.* 137.

Vota etiam & sacrificia in his Deo offerri debere, & lex Moysi pleniter docet, & psalmista commemorat. Vota mea (inquiens) domino reddam in conspectu omnis populi eius, &c. Doctrinæ quoque uerbum populo in Ecclesia dispensari, & Moyses ostendit, cum ad ostium tabernaculi mandata domini populo exposuit: & ipse dominus in templo duodēnis inuentus est, in medio doctorum sedens: Et creberrimè in Euangelio reperitur, in templo sermonem fecisse, sicut & in passione sua fatetur, se palam in Synagogis docuisse & in templo, quo omnes Iudęi conueniunt. Sed & Petrus cum Ioanne in templo orauit, & Paulus uota persoluit, & omnes Apostoli docuerunt. Vnde cum eadem domus Dei Oratorium dicatur, potest & à deprecationibus in

Offerre. *Deute.* 12. *Psal.* 115. *Prædicare* *Deut.* 5. *Lucæ.* 2. *Ioan.* 18. *Act.* 3. *Domus orationis.*

ta faciendis,& à locutione doctrinæ ita dicta putari,quia oratio,id est,oris ratio,& non tantum humilis postulatio,uerum & rationabilis intelligitur hoc nomine locutio. Inde est quòd primi ordines in Ecclesia,utuntur orariis,quia ad ipsos pertinet docendi officium. Et publici declamatores, ac sapientes dictionum compositores,oratores uocantur. Baptismum quoque ibi conuenientissimè celebratur, qa ante tabernaculum * labrum,& ante templum mare ac decem luteres positos legimus: in quibus & oblaturi sacerdotes,& uictimarum carnes lauarentur.Et dignum profecto est,ut in Christi templo Christiani regenerentur. *Exodi. 30.* *3. Reg. 7.* **labium*

Quid item fieri non debeat. Cap. X I.

ALia uero negociorum carnalium,in Deo consecratis ędificiis opera, fieri non debere, ut non dicam,quæ nusquam licent: sed & quædam alia, quæ alibi interdum uenialiter exercentur, inde esse mouenda,Dominus ipse ostendit, cum zelo domus Dei ductus,uendentes es ementes eiecit de tẽplo.Et per prophetam quodam loco quæritur dicens.Dilectus meus,in domo mea fecit scelera multa. Apostolus quoque Corinthios in Ecclesia dissensiones habentes, itemq́ue conuiuantes increpat dicens. Primum quidem conuenientibus uobis audio scissuras esse,& reliqua,& in consequentibus. Conuenientibus uobis in unum, iam non est Dominicam cœnam manducare: Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit,alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis, ad manducandum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis,& confunditis eos,q non habent?Et post multa subiungit. Itaque fratres mei,cum conuenitis admanducandum,inuicem expectate. *Abusus in templis.* *Ioan. 2.* Hieri. 11. *Dissensiones & conuiuia.* 1. cor. 11.

pectate. Si quis esurit, domi manducet, ut non in iudicium conueniatis. Et superius, de inordinatis orantium gestibus præmittit. Hoc autem præcipio, non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Vnde Beatus pater Benedictus in regula Monachorum præcipit, ut Oratorium hoc sit quod dicitur, nec ibi quicquam aliud geratur aut condatur. Vbi ostenditur, eos culpabiles esse, qui nulla necessitate coacti, indigna ibi committunt, uel loca sancta in horrea & apothecas conuertunt: Cum in Canonibus quoque sæpius sit interdictum, ne in Ecclesijs conuiuia, uel prandia fiant, nisi quis itineris necessitate cogatur.

Regula S. Benedicti de Oratorio.

De Orandi modis ac distantia uocum. Cap. XII.

QValiter autem orandum sit, idem pater breuibus uerbis, & maxime istis concludit, dicens. Breuis & pura debet esse oratio, & non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum, nos exaudiri sciamus, & non in clamosa uoce, sed in lachrymis, & intentione cordis. Et item. Consyderemus, qualiter in conspectu diuinitatis & sanctorum Angelorum esse oporteat, & sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet uoci nostræ. Intelligamus ergo his exemplis, quid dominus in templis suis fieri uelit, uel quid prohibeat. Qui & filios Heli, propter scelera circa tabernaculum commissa, puniuit: & Annam matrem Beati Samuelis, in secreto cordis, motu tantum labiorum sine strepitu uocis orantem, in filii petitione exaudiuit, Ipsumq; Samuelem, quia fideliter in domo domini ministrauit, reprobato sene, in Prophetam, sacerdotem, & ducem elegit. De cuius matre modestissima, & in oratione discenda est instantia humilis, & post orationem perseuerantia salutaris. Legitur

Qualis debet esse oratio.

1. Reg. 1. & 2.

Qualis fuit oratio Annæ.

gitur siquidem de illa, quia uultus illius non sunt amplius in diuersa mutati. Qui enim aut in oratione aliud, quam debet petit, aut alio modo, quàm magister humilitatis insinuat, deprecatur, uel orare nescit, uel minus quàm potuit proficit. Qui uerò peracta oratione, uel ad malam consuetudinem, uel ad noua facinora, sine respectu mox prosiliit, fructũ orationis perdit. Nam quidam in oratione pectus pugnis pauimentant, caput contundunt, uoces muliebri gracilitate submittunt: & in proximo uel uerbis uel factis alios conturbare, & semetipsos non metuunt culpabiles exhibere. Hi nimirum contra iudicem, quem orando honorant, moribus pugnant. De uocum autem differentia dicendum, illam esse diuinis laudibus aptam, quæ qualitercunque sonuerit, ex bono thesauro cordis profecta, internæ intentioni concordat. Nam & in bono legitur uox alta, dum dicitur in dedicatione templi Salomonis, uox Sacerdotum & Leuitarum in tubis, & hymnis exclamantium, longius sonuisse, & sancti martyres sub ara Dei, uoce magna clamasse leguntur. Vbi quamuis intelligi possit, sicut & in alijs multis locis, illam esse magnam uocem, quæ quamuis sit sono humilis: ex bona deuotione procedit, sicut ad Moysen dicit Deus. Quid clamas ad me: Cum non legatur ibi aliquid clamasse, Tamen bonum est, & omni quieti præferendum, in laudem Dei decenter & simpliciter laborare. Cumque omne genus laudationis diuinæ, secundum rationem exhibitæ, sit laudandum: illud probabilius est dicendum, quod habuerit uanitatis & iactantiæ minimum. Lege libros confessionum sancti Augustini, & inuenies, quantum ille iudicauerit esse periculi in cantilenarum cum melodia dulcedine.

Vox apud Deum ualida.

3. Reg. 8. Apoca. 6.

Quomodo clamatur ad Deum. Exodi. 14.

Quibus prosit cultus diuinus, & quibus non.
Cap. XIII.

Quorũ cultus deo gratus est. SCiendum sanè, ita demum templorum & officiorum sacrorum Deo uniuersorum creatori, cultus esse acceptos, si hominum pectora, quorum ob causam, hæc sibi exhiberi permittit uel iubet: ipsius inhabitatione fuerint digna. In uanum enim ligna & lapides poliunt, qui mores non componunt. Frustra dona & pecunias comportant, qui interius diuinæ subtilitatis oculum non placant. Nam quia Iudæi dominum interius non audierunt, exteriora eorum contempsit & abiecit, per prophetam dicēs: *Hiere. 12.* Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam. *Matth. 23* Et per seipsum, Relinquetur uobis domus uestra deserta. Ergo propter peccata hominum, loca sacrata à Deo negligi, testis est arca ab Allophylis capta, *1. Reg. 4.* templum totiens euersum uel profanatum, & multæ Christianorum Ecclesiæ nunc a barbaris uastatæ uel subuersæ, nunc ignibus uel fulminibus desolatæ, nunc terræmotibus uel turbinibus dirutæ. *Loca sacra propter peccata deserũtur à Deo.* Vnde & Dominus per Hieremiam peccatori populo, confidentiam uel maximam aufert dicens. *Hiere. 7.* Nolite confidere in uerbis mendacij, dicentes: templum Domini, templum Domini, &c. Non solum autem Dei protectionem, sed etiam angelorum custodiam, & sanctorum curam à locis quondam sanctis discedere, cum prius habitatores, uel cultores locorum à Deo discesserint. Ex eo certum est, quod omnis militia sanctorum solio Dei assistit: & ubi Deus non fuerit, ibi esse non possunt. Secundum gratiæ ostensionem dico, non secundum diuinæ potentiæ immensitatem: quia neque infernalibus deest, qui cœlum implet ac terram. Scribit etiam Iosephus, imminente propter peccata, urbis *Iosephus de bello Iuda. lib. 7. cap. 17.*

bis excidio, auditam fuisse custodum inuisibilium uocem, de interioribus templi. Transeamus ex his sedibus. Neque uero sacra loca illis prosunt, qui sanctitatem proiiciunt; Sicut nec loca horrida obsunt his, qui Domini gratia proteguntur. Nam & in prædicta Hierusalem subuersione, omnibus malis attriti, suffusos lachrymis oculos, retorquentes ad templum liberari non meruerunt, sicut scriptum est. Clamauerũt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum: nec exaudiuit eos. Subiungitur enim in eodem Psalmo, quo merito. Filii alieni mentiti sunt mihi, & reliqua. Præsumptores enim & negligentes in locis sanctis mulctantur. ut Nadab & Abiud, offerentes ignem alienum. Item Core cum seditiosis, ante tabernaculum igne Dei deuoratur, Heli sacerdos in loco sancto, fractis ceruicibus expirauit, Bethsamitæ in conspectu Arcæ damnantur. Iuxta Arcam perimitur Ioab iuxta altare trucidatur. Ozias sacerdotium indigne usurpans, lepra perfunditur. E contra humiles & Deum timentes in locis infimis & exitialibus, iustitia tuente, saluantur, Ioseph in cisterna non perit, in carcere non dimittitur, Moyses in fluuio non necatur, Iob de sterquilinio erigitur, Hieremias de lacu cenoso sustollitur. Daniel inter leones, Tres pueri inter ignem illæsi seruantur, Petrus liberatur de carcere, Paulus euadit de mari. Et quid amplius dicam? In iquitas de cœlo Angelos deiecit, iustitia de inferno homines liberauit.

Psal. 17. Percussi in loco sancto Leuit. 10. Nume. 16. 1. Reg. 4. 1. Reg. 6. 3. Reg. 2. 2. Parali. 26. Gene. 37. & 41. Exodi. 2. Iob 42. Hiere. 38. Daniel. 6. Act. 12. Act. 27. Apo. 12.

Iustas oblationes & magis uirtutes quàm corporalia munera Deum desiderare. Cap. XIIII.

De iuste acquisitis offerendũ est Deo.

POstremò admonendi sacrorum structores ædiũ uel ornatores, ut suæ deuotionis affectum, rebus iustè acquisitis ostendant: Quia Dominus per Prophetam testatur, se odio habere rapinam in holocausto

Esaie. 61.

locausto. Et alibi scriptum est. Qui offert uictimam
Eccle.34. de rapina pauperis, quasi qui mactet filium ante pa-
trem. Et in prouerbiis, Hostiæ impiorum abomina-
Prouer.21 biles, quia offeruntur a scelere. Itemque, Honora
Prouer.3. Dominum de tuis iustis laboribus, & reliq. Memine
2.Reg.ult. rit etiam Dauid Regem noluisse accipere aream
Areuna Iebusæi, ad ædificandum altare Domino, ipso gratis dare uolente, nisi primum iusti precii re penderet quantitatem. Et reuera non est remedium peccati, si contempto salutis præcepto, ipsius signa contemptus obiicias preceptori. Deinde qui iustè quidem offert, sed maiora & utiliora legis mandata
Genes.4. postponit, audit cum Cain. Nonne si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti? quiesce. Qualibus
Matth.23 saluator dicit, Væ uobis qui decimatis mentam & rutam, & omne olus: & quæ grauiora sunt legis p̄teritis, misericordiam, iudicium, & ueritatem. Hæc autem dicimus, non quo ædificantium & ornantiū loca sancta, deuotionem culpemus, sed quo doceamus eleemosynam in pauperes non prætermittendam. Quia ut Beatus Hieronymus ait: superstitiosum est, parietes auro fulgere, Christumque ante ianuas fame & nuditate torqueri. Ipse enim ibi nos iu
Matth.6. bet thesaurizare, ubi neque erugo nec tinea demoli tur: ubi fures non effodiunt, nec furantur.

De oblationibus ueterum. Cap. XV.

HAec de sacrorum fabricis & usibus locorum, nos pro modulo tarditatis & ignauiæ nostræ commemorasse sufficiat. Nunc de sacrificiis & oblationibus, quæ in eis Deo exhibentur, quod ipse de-
Abel & Cain. derit, adiungamus. Abel & Cain, primi domino, munera obtulisse leguntur: Ille quidem de naturalibus
Gene.4. ouium, quas pascebat, fœtibus: de terrenis iste, quas arte & labore acquisiuit, frugibus. Sed dona amborū

non

non una dignatione suscepta, quia dispari fuerant ratione oblata, testis est diuini censura respectus, & inuidentis fraternæ fœlicitati Cain usque ad homicidij reatum prolapsa dementia. Noe quoque post diluuium, de mundis animantibus obtulit domino in odorem suauitatis. Abraham etiam & Iacob, & patientiæ Iob exemplar, sacrificia & holocausta domino immolasse leguntur. Iam uero in lege quam multiplicia sint oblationum præcepta, ex ipsis libris discendum est. Vbi quadrupedum & uolucrum carnes & sanguis, terræ fruges, & fructus arborum, diuersis modis offerri iubentur. Quæ omnia, cum legalium obseruationum umbris, licet Euangelii ueritatem suã præfigerauerint exhibitione: tamen infirmo, & quasi carnem & sanguinem sapienti populo, imposita sunt eatenus obseruanda: donec ueniret dominus legis & Prophetarum, & omnia quæ de se fuerant apertis uel mysticis dictis prænunciata, uel imaginariis uictimarum, sacrificiorum, & solennitatum ritibus præsignata, compleret: ita sane, ut illucescente Euangelii ueritate: nec credentes ex Iudæis ab illis obseruandis, quasi rebus sacrilegis & prophanis & prohiberentur: nec de gentibus ad fidem uenientes, ad ea suscipienda, quasi saluti Christianorum necessaria, cogerentur.

Noe Gene. 8.

Abraham Iacob Iob

Legalia ante aduentũ Christi figuræ fuerunt.

De sacrificiis Noui testamenti, & cur mutata sunt per Christum sacrificia. Cap. XVI.

ITaque Christus, qui credentibus finis est legis, carnis dispensationem subiens, legis statuta ut pote a Deo non respuit, quin potius in se ut terminaret expleuit. Noui uero testamenti, noua mysteria ad instruendum nouum hominem tradidit. Et morte sua uetera perficiens: resurrectione sua, noua firmauit. In cœna siquidem, quam ante traditio

Noui Test. sacrificium in cœna a Christo institutum.

nem suam ultimam cum discipulis habuit, post Paschæ ueteris solennia, corporis & sanguinis sui Sacramenta, in panis & uini substantia, eisdem discipulis tradidit, & ea in commemorationem sanctissimæ suæ passionis celebrare perducuit. Nihil ergo congruentius his speciebus, ad significandam capitis, atque membrorum unitatem, potuit inueniri. Quia uidelicet, sicut panis de multis granis aquæ coagulo, in unum corpus redigitur, & uinũ ex multis acinis exprimitur: sic & corpus Christi, ex multitudine sanctorum coadunata, completur. Vnde consultè à prioribus statutum est, ne uinum in sacrificio, sine aquæ admixtione offeratur, ut uidelicet per hoc indicetur, populos, qui secundum Ioannem aquæ sunt, à Christo, cuius sanguis in calice est, diuidi non debere. Ergo nec uinum sine aqua, nec aqua sine uino offertur: quia nec Christus aliter, quàm pro populo suo passus est, nec aliter populus, quam per passionem Christi potest saluari. Quia uero Christus sacerdos esse dicitur secundum ordinem Melchisedech, quod Apostolus Paulus copiosissime astruit, salua multiplicium ratione figurarum, quibus idem sacerdos Dei summi, Iesus Christus filius Dei, qui semetipsum patri pro nobis obtulit, pronunciasse cognoscitur: congruum genus sacrificii Dominus noster, sacerdos uerus, in corporis & sanguinis sui mysterium prouidere dignatus est, ut uidelicet sicut Melchisedech ante circumcisionem & legis cæremonias, uiuens ex fide, panem & uinum legitur obtulisse: ita ipse Dominus, Pontifex factus secundum ordinem, non Aaron, sed Melchisedech, iustus, & iustificans eum, qui ex fide est, post expletionem legis, easdem species sacrificii fidelibus suis tradidit. Nec dubitemus, nos sine operibus legis, iustificari per fidem: dum illos imitamur libertate fidei & deuotionis, quos sine seruitute legis coactiui,

Aquæ mixtio.

Apoca.17.

Secundum ordinẽ Melchisedech

Heb.7.

Deo cognoscimus placuisse per fidem. Ergo dum notus esset in Iudæa Deus, dumque in uno tabernaculi uel templi loco, sacrificia deberent offerri, præceptum est, uel potius permissum carnalibus, uarias & sumptuosas oblationes exhibere, ut seruilis religio grauibus desudaret obsequiis. At uero postquam super omnem terram laudabile nomen Domini illuxit, dumque in omnibus locis & gentibus, non speciale sed generale sacerdotium geritur, tota fidelium unitate, non in unum corporaliter locum, sed in unam spiritaliter fidem concurrente: statutum est fidelibus, oblationes simplices Domino consecrare: quæ & ueritatem mysterii continerent, & filios adoptionis, nulla sumptuum difficultate comprimerent.

Grauiora et sumptuosiora fuerunt legis sacrificia, quã nostra.

Non est autem discutiendum ratione mortalium, cur hæc, uel illa, isto, uel illo tempore, quasi diuersa & discrepantia, ille, qui semper idem est & mutari non potest, statuerit uel iusserit: cum ipsorum conditor & ordinator temporum, quicquid in tempore fit: non temporali sapientiæ suæ ratione, sed æterna, iustè, conuenienter, & utiliter, quàmuis sæpius occultè, disponat. Notandum tamen, quòd non de maioribus, fortioribus, sanctioribus, utilioribus, ad minora, infirmiora, uiliora, inutiliora, genus humanum uocauerit, sed sicut persona filii seruis præmissis, uel angelis uidelicet uel hominibus, naturæ suæ prçminet maiestate: Sic ipse in carne adueniens, illis maiora instituit, & à carnalibus ad spiritalia, à terrenis ad cœlestia, a temporalibus ad æterna, ab imperfectis ad perfecta, ab umbra ad corpus, ab imaginibus ad ueritatem docuit transeundum.

Non scrutandũ curiose de factis Dei *Psal. 101.*

Ad meliora uacati sumus sacrificia.

De uirtute sacramentorum, & cur ab eis criminosi suspendantur. Cap. XVII.

IGitur cum ipse filius Dei dicat. Caro mea uerè est cibus,& sanguis meus uerè est potus: ita intelligendum est,eadem redemptionis nostræ mysteria,& uerè esse corpus,& sanguinem domini, ut illius unitatis perfectæ,quam cum capite nostro, iam spe,postea re,tenebimus,pignora credere debemus. Inde & Sacramenta à sanctificatione uel secreta uirtute dicuntur. Vnde etiam criminum fœditate capitalium,à membris Christi deuiantes, ab ipsis sacramentis Ecclesiastico suspenduntur iudicio. Qui enim corpus & sanguinem Domini dignè manducat & bibit, designat se esse in Deo & Deum in eo: Qui uero medicinam,uel non habet,uel ea indignè utitur,longe se à medico esse, languendo testatur. Non enim mentitur qui dicit, Nisi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, & reliqua. Sciendum enim a sanctis patribus ob hoc uel maxime cōstitutum,ut mortaliter peccantes, à Sacramentis Dominicis arceantur, nè indignè ea percipientes, uel maiori reatu inuoluantur,ut Iudas, quem post panem temerè à Magistro susceptum, diabolus dicitur plenius inuasisse: ut crimen quod prius scelerata præmeditatione conceperat,iam sceleratissimo consummaret effectu. Vel ne (quod Apostolus de Corinthiis dicit) infirmitatem corporis & imbecillitatem, ipsamque mortem præsumptores incurrant. Et ut a communione suspensi, terrore eius exclusionis; & quodam condemnationis anathemate compellantur, studiosius pœnitentiæ medicamentum appetere,& auidius recuperandæ salutis desiderijs inhiare.

Ioan. 6.

Vnio nostra ad Christum per sacramentum

Criminosi non debent cōmunicare

Ne quis cōmunicet indigne.

Extcōmunicatio medicinalis.

Quid offerendum sit in altari.
Cap. XVIII.

Quan-

QVamuis autem eorundem Sacramentorũ uſus, ab ipſo Domino traditus, & ab Apoſtolis, Apoſtolicisque uiris in totam Eccleſiæ Catholicæ latitudinem ſit tranſmiſſus: tamen primis temporibus, quoſdam alia quædam genera oblationum offerre ſolitos, intelligimus ex Canonibus, & maxime Apoſtolorũ, in quorum tertio capitulo ita ſcribitur. Si quis Epiſcopus aut presbyter, præter ordinationem domini, alia quædam in ſacrificio offerat ſuper altare, id eſt, aut mel, aut lac, aut pro uino ſiceram, confectaque quædam, aut uolatilia, aut animalia aliqua, aut legumina, contra conſtitutionem domini faciens: congruo tempore deponatur. Et in quarto, Offerri non liceat aliquid ad altare, præter nouas ſpicas & uuas, & oleum ad luminaria, & Thymiama id eſt incenſum, tempore, quo ſancta celebratur oblatio. Dum ergo quædam prohibentur offerri oſtenditur ea, a quibuſdam (licet extra ordinariè) oblationibus adhibita. Vnde Euticianus 28. ſedis Romanæ præſul conſtituit, fruges ſuper altare tantum fabæ & uuæ benedici. Et hæc ic circo fortaſſe, quia uino, ſanguinis dominici myſterium celebratur: faba uero, abſtinentium cibus eſt: Alias autem diuerſarum ſpecies rerum ſtatutum eſt, ubilibet benedici à ſacerdotibus: uel ſi ad altare benedicenda quælibet deferantur, ſpeciali benedictione à conſecratione dominicorum Sacramentorum omnimodis diſcernenda. Vt ſicut pro innumeris legis mandatis, breuiatum Euangelii uerbum Dominus fecit ſuper terram: ita pro diuerſis ſacrificiorum ritibus, ſimplex oblatio panis & uini fidelibus ſufficiat, qui non in multitudine umbrarum apparituram quærunt ueritatem, ſed eam in manifeſtatione factorum tenent perſpicuam. Vnde quorundam ſimplicium error de Iudaicarum ſuperſtitionum ſeminario natus, & ad noſtra uſque tempora quædam uetu-

Canones Apoſtolorũ

Benedictiones rerum corporaliũ.

Eſaia. 10.

Error de agno paſchali ſuperſtitioſus.

ſtatis extendens ueſtigia, iam ex magna parte ſapientium ſtudio compreſſus eſt. Et ſicubi adhuc perniciouſum huius peſtis germen, reuireſcere fuerit comprobatum, mucrone ſpiritali radicitus eſt amputandum: Illum dico errorem, quo quidem agni carnes in Paſcha, iuxta uel ſub altari eas ponentes, benedictione propria conſecrabant, & in ipſa reſurrectionis die, ante cæteros corporales cibos de ipſis carnibus percipiebant. Cuius benedictionis ſeries: adhuc à multis habetur. Quod quàm ſit ſuperuacuum, & à Sacramentis Chriſtianæ perfectionis abhorrens, facile perſpicit, qui ueraciter intelligit, quod paſcha
1. Cor. 5. noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & uult epulari nõ in fermento ueteri, ſed in azymis ſynceritatis & ueritatis.

Non ab aliis, quàm a ieiunis communicandum. Cap. XIX.

Olim à nõ ieiunis communicatio celebrata fuit.

HOc quoque commemorandum uidetur, quod ipſa ſacramenta, quidam interdum ieiuni, interdum pranſi percepiſſe leguntur: ut legitur in Canonibus Concilij Affricani capitulo Octauo, his uerbis. Vt Sacramenta altaris, non niſi a ieiunis hominibus celebrẽtur, excepto uno die Anniuerſario, quo cœna Dñi celebrat̃, & reliqua. Iſti q̃dem eo die poſt prãdiũ cõicãdũ eſſe cenſebant, quia dominus poſt legalis paſchæ cœnam, noui teſtamenti Sacramenta legitur diſcipulis tradidiſſe. Alii uero, ſecta quadam ſingulari, non ſemel in anno ſicut ſuperiores, ſed crebrius ante Sacramentorum perceptionem cibis corporalibus refici debere iudicantes: poſt prandia & plenitudinem ſtomachi, quaſi confirmati, ſacris rebus neceſſitate corporea communicabant, ut teſtatur Socrates in hiſtoria ſua Eccleſiaſtica, ubi de diuerſis Eccleſiarum conſuetudinibus faciens mentionem,

Hiſto. Trip. lib. 6. cap. 38.

stionem, post multas ieiuniorum & solemnitatum uarietates hæc inter cætera ponit. Sed etiam circa celebritatem collectarum, quædam diuersitas inuenitur. Nam dum per ecclesias in uniuerso terrarum orbe constitutas, die sabbatorum per singulas hebdomadas, sacrificia celebrentur. Hoc in Alexandria & Roma quidem prisca traditione non faciunt. Aegiptij uerò Alexandriæ uicini, & Thebaidis habitatores, sabbato quidem collectas agunt, sed non sicut moris est Sacramenta percipiunt. Nam postquam fuerint epulati, & cibis omnibus adimpleti: circa uesperam oblatione facta communicant. Et paulo inferius. In Antiochia uero Syriæ, altare non ad orientem Ecclesiæ, sed magis ad occidentem habent. De qua re etiam nos quædam superius disseruimus. Et hi quidem, inquit, singulis sabbatis, isti post prandium uel cœnam communicabant: Qua auctoritate facere uoluerint, non adeo liquet. Illud uero, quod superiores in Anniuersario cœnæ dominicæ pransi, communicare permissi sunt, ex occasione supra exposita, emersisse uidetur. *Supra c.14*

Sed à sequentibus honesta & rationabili deliberatione statutū esse cognoscitur: ut omni tēpore à ieiunis, sacrosancta celebrentur mysteria. Non enim ideo prius prandere, & postea communicare debemus, quia Dominus completor legis, author gratiæ, prius legale pascha perfecit, deinde Sacramenta Euangelica instituit: Sicut nec prius corporaliter cogimur circumcidi, & postmodum baptizari, cum sciamus dominum nostrum factum ex muliere, factum sub lege, primò secundum legis statuta circumcisum, ac deinceps ad expletionem omnis iustitiæ, lauacri salutaris subisse: nobisque consecrasse primordia. *Non licet amplius celebrari mysteria a nō ieiunis.*

Ergo à ieiunis semper celebrari debere eadem Sacramenta: & generalis totius iam comprobat usus

Ecclesiæ, & dicta Synodi Bracarensis ostendunt. Vbi etiam supra memorata in die cœnæ dominicæ communicatio, post solutum ieiunium, Anathematis interpositione abscidit ur. Si itaque illo die, post prandium communicare non licet, cui & exemplum Domini, & quorundam assensus suffragari uidebatur: multò minus aliis temporibus licet, quibus horum neutrum cognoscitur attributum. Hoc autem ita fieri, non solum honestas sobrietatis, per quam receptacula pectorum, tantæ sanctitati percipiendæ præparari conuenit, ne si indignè sumatur, in iudicium transeat medicina: Sed etiam ratio necessitatis magna poscebat, quia uidelicet prandentes ante communicationem, proficiente (ut adsolet) in peius mala consuetudine, de paruis refectionibus, usque ad ebrietatis ingluuiem, interdum prolapsos credibile est. Et quid tam absurdum, quàm tunc spiritalem atque uitalem percipere uictum, cum ex nimietate ingestorum, nec corporalia alimenta potest crapulatus, honeste tractare? Apostolus autem præcipit dicens. Omnia uestra, honeste, & secundum ordinem fiant. Quæ moderationes, quamuis in singulis sanctorum operibus necessariæ sint, tamen etiam atque etiã in sanctissimi sanguinis & corporis domini uenera tione debent seruari, ut uidelicet honeste, hoc est, humiliter pacem & charitatem in corde tenentes, ieiuni & sobrii, cum mundicia corporis & cordis, quãtum fieri potest, ipsa sacramenta contingamus. Secundum ordinem autem, ut sanctificationem eorum à cibis cæteris, utpote animæ uitam significantium longe distare sciamus. Et primo horum consolatione refecti, deinde corporis sustentacula capiamus. Quod aũt neque ante, neque post communicationem in ecclesiis sit conuiuandum: & Canones discretè & manifestè loquuntur, & nos superius commemorauimus.

Rationabile Decretũ.

Omnia honeste & secundũ ordinem fiant in nobis. 1. Cor. 14.

Supra.c.11

Quod alij rarius, alij crebrius, alij quotidie communicandum dicant. Cap. XX.

QVia uero de ratione Sacramētorum pauca perstrinximus, uidetur subnectendum, qualiter ad quotidianam celebrationem eorundē ministeriorum usus peruenerit. Et quoniam multiplex est eius rei apud doctores relatio: colligimus summatim, quæ possumus, ita ut nomina singulorū authorum propter prolixitatē non ponamus. Nihil uero conemur altruere, quod non uel ita legimus, uel ex lectione coniectauimus, uel ueracium uerbis percepimus, uel usu insinuante cognouimus. Alij, ut ex patrum collationibus discimus, semel in anno communicandum censebant, ut uidelicet diuturna præparatione corpus & animam purificantes, tandem ad communionem mensæ cælestis digne pertingerent. Et quidem horū alij ipsam celebrationem annuam, in die cœnæ dominicæ faciebāt, ut ibi solum Sacramentorum gratia iteraretur illorū, ubi primitus est ostensa. Vnde & ipsa die soluebāt ieiunium, sicut in festis actitare solemus: & ante meridiem collectas explebant. Quod in Canonibus partim ostenditur, & penitus prohibetur. Sed alijs cautiorib. uisum est, istos eo indigniores ad annuā suæ obseruationis celebritatē peruenire: quo se putabant lōga dilatione defecatos, quandoque ad sacrorum perceptionem satis dignos accedere: meliusq; credebant, quamuis animis dignis, crebrius iterari quæ sancta sunt. Quia talis est illa spiritalis medicina, ut & sanos adiuuet ad perseuerantiam sanctitatis, & uulneratis subueniat ad redintegrationem uirtutis. Et ideo dignius percipitur, quo percipientes per humilitatis custodiam substrati: nunquam se ad eius perceptionem satis dignos arbitrantur. Qui autem tardiuis secundū iudicium spiritalium medicorum ipsi admittuntur mede

Communicarunt alij semel in anno ex humilitate.

Spiritualis medicina.

læ,ideo ad tempus abſtinere debent, ne præpropere, incongrua ſuis ualitudinibus ingerentes medicamina,grauius ægrotent: & quod alijs eſt reparatio, illis fiat damnatio. Alij omni Dominica uel omni ſabbato apud Orientem,& Hiſpanias Miſſas facientes, commemorationem paſſionis dominicæ omni ſeptimana ſi facerent,ſufficere credebant. Vnde etiam orationem dominicam, quæ ab illis (ut credimus) Apoſtolorum temporibus, ante communicationem & panis fractionem dicebatur: Quidam illo tantũ tempore recitandam crediderunt, quo ſacrificia celebrabant. Quia panẽ illum,qui in eadem oratione petitur,ſuper ſubſtantialem intelligi, non quotidianum uoluerunt.Et ſic fiebat,ut qui ſemel per hebdomadam communicabant,ſemel etiam orationem dominicam recenſerent.Cyprianus autem quotidie dicendam eſſe oſtendit,dicens. Itaq; in oratione domini nica panem noſtrum.i. Chriſtum dari nobis quotidie petimus:ut qui in Chriſto manemus & uiuimus a ſanctificatione & corpore eius non recedamus.Itẽ Hilarius.Et quia quotidiana oratio eſt,quotidie quoque panis uitæ ut detur oratur.S. Aug.dicit,De quotidianis paruiſq; peccatis,ſine quibus uita hæc non ducitur,quotidiana oratio fidelium , ſatisfacit errori.Superioribus quidem, ita ut prædictum eſt complacuit. Alijs uero non ſolum in dominicis & feſtis generalibus, ut ſunt Natiuitas, Epiphania, Paſcha, Aſcenſio domini,& Pentecoſtes:Verum etiam in natalicijs ſanctorum,diuinorum munerum celebranda eſſe myſteria.Legitur enim Felix 27.Papa conſtituiſſe,ut ſuper memorias martyrum Miſſæ celebrarentur.Sed B. Gregor. Papa in ordine 66. præcepit, ſuper corpus B. Petri Apoſtoli fieri Miſſas. His ita obſeruatis,cœperunt iuniores tempore*ſecuti,ferias ieiuniorum agere:ueraciter intelligentes, panem illum quotidianum,& quotidie petendum, & quotidie

Alij omni die domini ca communicarunt.

Panis noster quotidianus.

Quotidiana oratio.

Miſſæ in ſanctorum Natalitijs.

** Sequenti.*

die ab illis, quibus competit, offerendum & accipiendum. Quia uero Melciades 33. ordine. Romæ præsulatum agens, statuit ut nulla ratione dominico aut v. feria ieiunium quis fidelium ageret. Pagani enim, his diebus quasi ieiunia frequentabant. Ideo B. Gregor. supra dictus, in dispositione officiorum anni infra quadragesimam, v. feriam, uacantem dimisit: ut quia festiua erat ueluti dominica, etiam officio diei dominicæ celebris haberetur. Quæ v. feria, quoniam postmodum cœpit ut cæteræ ieiunijs applicari: Gregorius iunior statuit, eam Missis & orationibus esse solennem, & undecunq; colligens, eiusdem diei augmentauit officia. Cum ergo Hebręi carnales suas oblationes quotidie ex iussione domini celebrasse legantur, quare non Christiani hostias suas spiritales quotidie offerant, & in monumentum suæ salutis frequentent? Legimus etenim Beato Gregorio (cuius supra fecimus mentionem) testante, Casium Narniensem Episcopum, post ordinationem suam, omni die sacræ oblationis hostiam, domino immolasse, & diuina dignatione, ut solitis instaret operibus, cōmonitum, ac magna promissionis gratia, ad perseuerantiam confortatum. Gennadius autem Marsiliēsis presbyter, in dogmate Ecclesiastico, quasi inter ueteres & iuniores medius existēs, id est, cum adhuc alij dominicis tantum, Iam quoq; nonnulli quotidianis communicarent diebus: huiusmodi libramine sententiam suam temperat: ut quotidianam Eucharistię perceptionem, neclaudare, nec uituperare se dicat. Omni uero dominica cōicare, si capitalia peccata nō prohibeant, & mens in delectatione peccādi posita nō sit, hortatur. Apud græcos quoq;, illi qui duas dominicas uel tres sine communione transierint, excommunicari dicuntur. Quia uero uenerabilis Papa Syluester 34. a Beato Petro, ferias Clerum habere docuit, ut sicut apud Paganos feriæ tantum dies, ali-

Diuinorum officiorū dispositio a Greg. facta

Quotidie celebrare Missam.

Syluester ferias instituit.

quibus

quibus festis insigniti dicebãtur: sicut enim per Moysen dicitur. Hæ sunt feriæ domini, ita Christianis & maxime Clericis, omnes dies in ferias deputentur: uidetur ratione plenissimum, ut per singulos dies, sacris occupemur officijs. Et quantũ mentis uel corporis grauiores maculæ non obsistunt, panem & sanguinem dominicum, quibus sine uiuere non possumus, gnauiter ambiamus, & desiderio illius tuitionis potius, quam præsumptione nostræ puritatis, sumamus, imitantes primitiuæ Ecclesiæ studium salutare. De quo in actibus Apostolorũ ita scriptũ est. Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorũ, & cõmunicatiõe fractionis panis & orationibus. Et infra. Quotidie quoq; perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, sumebant cibum cũ exultatione, & simplicitate cordis, laudãtes Deũ. Et iterum, Omni autem die, in templo & circa domos non cessabant docentes & Euangelizantes Christum Iesum. Nota quod dicit, prius eos fregisse panẽ, ac deinde sumpsisse cibum.

Leuit. 23.

Communio quotidiana in primitiua Ecclesia

Vtrum semel uel sæpius in die offerre conueniat & communicare. Cap. XXI.

DIuersitas autem quædam inter sacerdotes oboriri solet, Quæ est talis: Qui semel tantum in die Missam celebrare uelit, nimirum credens, idem mysterium passionis Christi, cunctarum necessitatũ esse generale subsidium. Quia unus qui dominator & iudex est, uiuorum ac mortuorũ, semel pro peccatis nostris mortuus est, ad multorum exhauriẽda peccata. Alius uero bis, ter, uel quoties libet, eadem mysteria in die iterare congruum putat, credens, tanto, amplius Deum ad misericordiam flecti, quanto crebrius passio Christi commemoratur. Et fortasse consuetudinem suam inde confirmandam existimat,

Semel in die celebrare Missam.

stimat, Quia Romanorum usus habet, duas uel tres interdum unius solennitatis facere Missas: ut in Natiuitate Domini saluatoris, & aliquorum festis sanctorum. Siquidem Thelesphorus nonus in ordine, Romanæ sedis Episcopus, in Natale domini noctu tres Missas celebrari constituit. Et reuera non esse absurdum crediderim, si dum plures in una die faciendæ sunt Missæ, unus sacerdos duas uel tres necessitate, uel uoluntate persuadēte, celebret potius, quā quasdam dimittat. Ad hoc accedit quod totius usus Ecclesiæ, habet sæpius Missas agere pro uiuis, pro defunctis, ꝑ eleemosynis, & alijs diuersis causis, quod etiam officia his attributa testantur. In diebus itaq; publica celebritate conspicuis, aut illæ diuersarum rerum necessitates sunt intermittendæ, aut concurrentibus sibimet, publica obseruatione & priuata necessitate, utriusq; expletio suis est discernenda officijs, uel, quod superius commemorauimus, una oblatione diuersæ causæ sunt explendæ. Fidelium relatione uirorum in nostram usq; peruenit notitiā, Leonem Papam (sicut ipse fatebatur) vij. uel viiii. Missarum solennia sæpius celebrasse. Bonifaciū uero Archiepiscopum & Martyrem, semel tantum per diem Missas fecisse. Qui & non longe ante nostra fuerunt tempora, & ambo tam scientia quam gradu præcipui. Itaq; unusquisq; in suo sensu abundet, dū fides concordet, ut nec sæpius offerentes, æstiment Deum aliter petitiones non posse discernere: nec semel hostias per diem immolantes, putent suæ fidei subtilitatem potius, quam superiorum deuotionem diuinis acceptam conspectibus.

Plures uno die celebrare Missas.

Leo Papa sæpius, Bonifacius martyr semel in die celebrauit.

Rom. 14.

De ordine Missæ & offerendi ratione. Ca. XXII.

QVoniam igitur, qualiter ad celebrationem quotidianam Missarum solennia peruenerit, qua-

literćunq; mõſtrauimus. Hinc de officio Miſſæ, quid quando, & à quibus ſtatutum ſit, quantum inuenire potuimus, exponamus. Quod nunc agimus multiplici orationum, lectionum, cantilenarum & conſecrationum officio, totum hoc Apoſtoli, & poſt ipſos proximi (ut creditur orationibus & commemoratione paſſionis dominicæ, ſicut ipſe præcepit: agebãt ſimpliciter. Vnde circa domos, ſecundũ ſuperius cõmemorata teſtimonia, frangebãt panem. Quod etiã alia ſententia Lucas declarat, dicens. Vna autem ſabbati, cum conueniſſemus ad frangendũ panem, & reliqua. Et relatio maiorum eſt, ita primis tẽporibus Miſſas fieri ſolitas, ſicut mõ in paraſceue paſchæ (in quo die apud Romanos Miſſæ non aguntur) communicationem facere ſolemus, id eſt, præmiſſa oratione dominica, & ſicut ipſe Dominus noſter præcepit: commemoratione paſſionis eius ad habita: eos corpori Dominico communicaſſe & ſanguini, quos ratio permittebat. Proficiente dehinc religione, amplius aucta ſunt à Chriſti cultoribus officia Miſſarũ, quo uel pax præſtita, latius terminos propagauit Eccleſiæ, uel ſanctorum copia, uſu facta eſt conualeſcẽte frequentior. Quod in ſacrarum ædium conſtructione uel ornatibus ita proueniſſe iam diximus: Nõ quòd aliqui ſequentium, Apoſtolis fuerint ſcientia uel religioſitate maiores: ſed quia illi maxime curabant, ab infidelitate ad fidem, à tenebris homines ad lucem uocare, & in ueritate ſtabiles reddere, ipſa facilitate religionis, melius quod uolebãt rudibus perſuadere potuerunt. Vnde etiam (ſicut legitur) credẽtes, primi de gentibus legalium pondere mandatorũ deprimi noluerunt. Multi itaq; apud Græcos & Latinos Miſſæ ordinem, ut ſibi uiſum eſt, ſtatuerunt. Et Romani quidem uſum obſeruationum à Beato Petro Principe Apoſtolorũ accipientes, ſuis quoq; tẽporibus,

Quid fuit Miſſa tempore Apoſtolorum.

Act. 20.

Aucta cũ tempore Miſſarum officia.

Act. 15.

Romani a Petro receperunt or-

poribus,quæ congrua iudicata sunt,addiderũt. Quorum morem ideo in sacris rebus tam multæ gentes imitantur,quia & tanti magisterij ex apice Apostolico primordijs clarent,& nulla per orbem Ecclesia, æque ut Romana,ab omni fere hereseon cunctis retro temporibus pura permansit. Ambrosius quoq; Mediolanensis Episcopus,tàm Missæ quàm cæterorum dispositionem officiorum, suæ Ecclesiæ & alijs Liguribus ordinauit. Quæ & usq; hodie in Mediolanensi tenetur Ecclesia. Igitur ordinem Missæ Romanæ ut possumus exequamur.Antiphonas ad Introitum dicere, Celestinus Papa 45. instituit, sicut legitur in gestis Pontificum Romanorum: cum ad eius usq; tempora, ante sacrificium lectiò una Apostoli tantum & Euangelium legeretur. Letaniæ aũt quę sequuntur,id est,Kyrieleyson & Christeleyson, a Græcorum usu sumptæ creduntur: quia & Græca sunt uerba, & ea ipsi Græci sæpius in suis iterant Missis. Hymnum autem angelicum, in quo paucis uerbis,quædam ab Angelis circa Natiuitatem Dominicam,in laudem Dei sunt prolata,sequentes sancti patres ad communem sanctæ & indiuiduæ trinitatis laudationem, dulcissimas & congruentissimas dictiones addiderunt:ut sicut eius principium a cælestibus est ordinatum ministris, ita etiã tota eius series, diuinis esset plena mysterijs Illum,inquàm, hymnũ ante sacrificium dici Thelesphorus 9. Romanorum præsul constituit,ut ad tantæ sanctitatis celebrationem, congregatorum animi, angelicæ modulationis dulcedine mulcerentur. Sed in hoc loco quęri potest, Si idem hymnus huius Papæ temporibus ante sacrificium cœpit dici: Cur longo tempore post sub Celestino, legatur tantum ante sacrificium lectionẽ Apostoli & Euangelium præcessisse, ut ille necessario de Psalmis Dauid antiphonas,quæ ante ipsas lectiones cantarentur,præposuisse uideatur? Vbi re-

dinem Missæ.

Introitus Missæ à Celestino.

Hymnus Angelicus à Thelesphoro.

ſpondendum eſt, uel conſtitutum quidem fuiſſe à Theleſphoro, ut idem hymnus in capite Miſſæ diceretur, ſed apud poſteros ipſam eius conſtitutionem intermiſſam, donec à ſequentibus plenius totus ordo Miſſæ componeretur: uel ita ſtatutum ab eo, ut ipſe hymnus in ſummis feſtiuitatibus, & à ſolis Epiſcopis uſurparetur, quod etiam in capite libri Sacramentorum deſignatum uidetur, & ideo ſcriptũ eſſe, uſque ad tempora Celeſtini ante ſacrificium lectiones tantum habitas: ut ſubintelligatur, quamuis ille hymnus interdum ante Miſſas diceretur, ut prædiximus: non fuiſſe tamen, quod iugiter in omnibus Miſſis ab omnibus ſacerdotibus, ante lectiones poneretur, antequam idem Celeſtinus antiphonas ad Introitum dicendas inſtituit. Vel ita potuit euenire, ut idẽ Celeſtinus: Sanctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus, & reliqua, ante ſacrificium docuerit dicere, quod nihilominus hymnus angelicus dici poteſt, quia principium eius Iſaias Propheta Seraphim pronunciaſſe commemorat: Sed ab imperitis quibuslibet in eodẽ loco, ubi Theleſphorus dicitur, hymnum angelicum ante ſacrificium poſuiſſe, additum ſit Gloria in excelſis Deo, putantibus nullum alium intelligi hymnũ angelicum, niſi quem angeli nato Domino cecinerunt. Quæ uerba, id eſt, Gloria in excelſis Deo, ſi nõ eſſent poſita in capitulo Theleſphori, non naſceretur quæſtio ſupraſcripta: & intelligeretur hymnus angelicus, ille qui ante actionem cantatur. Huic aſſertioni uidetur illud ſuffragari, quod legitur Symmachũ. 53. Romanorum præſulem conſtituiſſe, ut omni dominica, uel Natalicijs ſanctorum, Gloria in Excelſis Deo, diceretur. Aut enim (ſicut prædiximus) illum Hymnum Theleſphorus non appoſuit, aut ſi fecit, ſtatutum illius longo tempore imperfectum remanſit. Orationes quas collectas dicimus, quia neceſſarias earum petitiones compendioſa breuitate colligimus

Alius hymnus angelicus. Eſaiæ. 6.

Gloria in excelſis à Symmacho

Collectæ a diuerſis.

gimus.i.concludimus:diuersi authores,utcunq; uidebatur congruum,confecerunt.Solebant enim non solum inter officia Missę, uerùm etiam in alijs orationibus conuenientibus & collocutionibus, quo cęteris aderant eminentiores, breui oratione opus cōcludere. Quod & in sanctorum patrum exemplis agnoscimus,dum alij alios honorificentiæ causa, oratione colligere postulabant. Et uenerabilis Doctor Augustinus,in quibusdam sermonibus suis ad populum,ita terminauit locutionem,ut diceret extremo, Conuersi ad Dominum.Vbi intelligitur oratione subiuncta,communem petitionem ad Dominum direxisse:Sicut etiam nunc solent sacerdotes in conclusionibus nocturnæ uel diurnæ synaxeos, orationes breues,id est,Collectas subiungere.Sunt enim tales, ut non alibi,quàm circa sacrificij celebrationē, sint dicendæ.Sunt uero alię, quibus & in officio Missæ, & non minus in alijs locis possumus uti. Crescente autem (sicut prædiximus) religionis cultu diuinę, crescebat etiam paulatim orationum & officiorum Ecclesiæ compositio,multis & ex summa scientia,& ex mediocri,& ex minima addentibus,quæ congrua rebus explicandis uideantur. Ideoque credimus Cōcilijs,Carthaginensi & Mileuitano statutum,ut preces & orationes à quibuslibet compositæ, nisi probatę fuissent in Concilio,non dicerentur.Nam & Gelasius Papa in ordine 51. ita tam à se, quàm ab alijs compositas preces, dicitur ordinasse. Et Galliarum Ecclesię suis orationibus utebantur,quæ & adhuc à multis habentur. Et quia tam incertis authoribus multa uidebantur incerta,& sensus integritatem nō habentia,curauit Beatus Gregorius rationabilia quæque coadunare,& seclusis his, quæ uel nimia uel inconcinna uidebantur,composuit librum, qui dicitur Sacramentorum,sicut ex titulo eius manifestissime declaratur:In quo si aliqua inueniuntur adhunc

Diuersitas Collectarũ.

Liber Sacramentorũ à Greg.

ſenſum claudicantia, non ab illo inſerta, ſed ab aliis minus diligentibus poſtea credenda ſunt ſuperaddita. Lectiones Apoſtolicas uel Euangelicas, quis ante celebrationem ſacrificij primum ſtatuerit, nõ adeo certum eſt. Creditur tamen à primis ſucceſſoribus Apoſtolorum eandem diſpenſationem factã: ea præcipue cauſa, quia in Euangelijs eadem ſacrificia celebrare iubentur: & in Apoſtolo, qualiter celebrari debeant, docetur: Et ut ante ſanctiſſimæ actionis myſterium, ex Euangelio ſalutis & fidei ſuę recognoſcerẽt fundamentum: & ex Apoſtolo eiuſdem fidei, & morum Deo placentium, caperent inſtrumentum. Anteponitur autem in ordine quod inferius eſt dignitate, ut ex minoribus animus audientium ad maiora ſentienda proficiat, & gradatim ab imis ad ſumma conſcendat. Statuit autem Anaſtaſius 41. Papa, ut quotieſcunque ſanctum Euangelium recitaretur, ſacerdotes non recti, ſed curui ſtarent, ut uidelicet humilitatem, quę à Domino docetur, etiam corpore demonſtrarent. Videtur autem, non aliàs lectiones ante Euangelium fuiſſe tunc poſitas, niſi tantũ Apoſtoli Pauli, quas ſolum nominauit, qui geſta Pontificum ſcripſit, cum de Antiphonarum mentione ſubiunxit. Quod ante non fiebat, niſi tantum Epiſtola Beati Pauli Apoſtoli legebatur, & ſanctum Euangelium. Quod etiam ſanctus Damaſus Papa ad Hieronymum ſcribens, penè eiſdem uerbis oſtendit. Et fortaſſe in primis ſolius Pauli lectiones, eo loco legebantur. Poſtea autem omnibus latius augmentatis, aliæ lectiones, non tantum de nouo, uerum etiam de ueteri (prout feſtorum ratio poſcebat) intermixtæ ſunt Teſtamento. Nec mirum uideri debet, quod paulatim aucta narrantur officia, dum adhuc multa in rebus neceſſarijs defuiſſent: Cum uideamus uſq; hodie, & collectiones & collectas, & diuerſas laudũ ſpecies, iam penè abundantibus omnibus ſuperaddi,

Epiſtola & Euangelium cur leguntur.

id eſt, Canonis.

Paulatim aucta officia.

Dan. 12.

ut

ut & in hoc illud Propheticũ uideatur impleri: pertransibunt plurimi, & multiplex erit scientia. Sed uidendum est (sicut Beatus Augustinus ait) ut cantentur, quæ ita scripta sunt: quæ autem ita non scripta sunt, non cantentur. Responsoria & Alleluia, quæ ante Euangelium cantantur, deinde adiuncta uidentur, postquã antiphonæ ad ingressũ dici expirarunt, quæ & uidentur prohibita Canonibus Hispanorum, qui longo post tempore sunt constituti. In illis enim iubetur, ne aliquis hymnus, inter lectionem Apostolicam & Euangelium, in ordine Missæ ponatur. Ex quo intelligitur, id aliquos temptasse tunc temporis, sed pp nouitatẽ rei, studiũ eorũ nõdũ fuisse à quibusdã receptũ. Quod tñ, pôstea usu Romano cõmendatũ, ad oẽs Latinorum peruenit Ecclesias. Symbolũ quoq; fidei Catholicæ, recte in Missarũ solẽnijs post Euãgeliũ recensetur, ut per sanctũ Euangeliũ, corde credatur ad iustitiam: Per symbolum autem, ore confessio fiat ad salutem. Et notandum, Græcos illud symbolum, quod nos ad imitationem eorum intra Missas adsumimus, potius quam alia, in cantilenæ dulcedinem ideo transtulisse. Quia Constantinopolitani Concilij proprium est, & fortasse aptius uidebatur modulis sonorũ, quàm Nicænũ, quod tempore prius est. Et ut contra hæreticorum uenena, in ipsis etiam Sacramentorum celebrationibus, medicamenta apud regiæ suæ urbis sedem confecta, fideliũ deuotio replicaret. Ab ipsis ergo ad Romanos ille usus creditur peruenisse, Sed apud Gallos & Germanos, post deiectionẽ Fœlicis hæretici sub gloriosissimo Carolo Francorũ Rectore damnati: Idem symbolum latius & crebrius in Missarũ cœpit officijs iterari. Concilio quoq; Toletano statutum est, omni dominica idem symbolum, secundum morem Orientalium Ecclesiarũ recitari: ut priusquam Dominica dicatur oratio, fides uera manifestius testimonium habeat, & ad cor

Graduale & Alleluia.

Symbolum

Fœlix Episcopus sub Carolo Magno de hæresi damnatus Francofordiæ.

Hymnus trium puerorum. pus Christi ac sanguinem prælibandum, pectora populorum purificata accedant. In eiusdem loci Concilio statutũ est, ut etiam hymnus Trium puerorum, ad Missam omni dominica ĩ pulpito cãtaretur. Quod Romani, propter multiplicitatem officiorum, non faciunt, nisi quatuor per annum diebus, quibus lectionum XII. numerus adimpletur. *Offertoriũ & Antiphona.* Offertorium, quod inter offerendum cantãtur, quamuis à prioris populi cõsuetudine in usum Christianorũ uenisse dicatur: *Communionis.* tamen quis specialiter addiderit officijs nostris, aperte non legimus, sicut & de Antiphona, quæ ad communionẽ dicitur, possumus fateri: cũ uerè credamus, priscis tẽporibus patres sanctos silentio obtulisse uel communicasse, quod etiam hactenus in sabbato sanctæ paschæ obseruamus. Sed sicut supradictum est, diuersis modis & partibus per tẽpora decus processit Ecclesiæ, & usq; in finem augeri non desinet. *Cãtus Gregorianus.* Traditur deniq; BeatũGregorium, sicut ordinationẽ Missarum & Consecrationum; ita etiam cantilenæ disciplinam, maxima ex parte in eam, quæ hactenus, quasi decentissima obseruatur, dispositionem perduxisse, sicut & in capite Antiphonarij commemoratur. *Offerentes non debent abire ante Missæ actionem.* Sciendum autem, quosdam inordinatè offerre, qui attendentes numerum oblationum potius, quàm uirtutem Sacramentorum: sæpe in illis transeunter offerunt Missis, ad quas persistere nolunt. Rationabilius siquidem est ibi offerre, ubi uelis persistere, ut qui munus Domino obtulisti, offeras pariter pro eodem munere, suscipiendo postulationem deuotam. Non enim frustra in actione dicitur, qui tibi offerunt: non dicit, qui obtulerunt, ut intelligamus eos, persistere debere in offerendo, donec oblata adhoc perueniant, *Una oblatio Missæ pro multis fieri potest.* ad quod oblata sunt. Sed & in hoc, error non modicus uidetur, quod quidam se non posse aliter plenam commemorationem eorum facere, pro quibus offerunt: nisi singulas oblationes, pro singulis offerant,

uel

uel pro uiuis & defunctis non simul æstimant immolandum: cum uerè sciamus, unum pro omnibus mortuum, & unum panem esse, & sanguinem, quem uniuersalis Ecclesia offert. Quod si cui placet, pro singulis singulatim offerre: pro solius deuotionis amplitudine, & orationum augendarum delectatione id faciat, non autem pro stulta opinione: qua putet unum Dei Sacramentum, non esse generale medicamentum. Quodammodo enim in fide imperfectus est, qui putat Dominum non discernere, quãdo una petitione pro multis rogatur, quid cui sit necesse: uel fastidiosum æstimat, cum eadem oblatio nunc pro uno, nunc pro alio exhibetur. Præfationem actionis, qua populi affectus ad gratiarum actiones incitatur, ac deinde humanæ deuotionis supplicatio, cœlestiũ uirtutũ laudibus admitti deposcitur, uel ipsam actionem, qua conficitur sacrosanctũ corporis & sanguinis dominici mysterium (quam quoque Romani Canonem, ut in Pontificalibus sæpius inuenitur, appellant) quis primus ordinauerit nobis ignotum est: Auctam tamen fuisse, non semel sed sæpius, ex partibus additis intelligimus: quia & præfatio in quibusdam festis aliter, quàm diebus quotidianis dicitur. Et interdum non ipsa mutatur, sed inseruntur in medio speciales quarundam rerum cõmemorationes. Actio uero siue Canon ex eo cognoscitur maxime, per partes compositus, quod nomina sanctorum, quorum ibi communio & societas flagitatur, duobus in locis posita reperiuntur. Non enim uerum est, quod quidam dicunt. Ideo duos ordines nominum ibi factos, quia posterius positi nõdum coronati fuissent, cum priores in illo Canone ponerentur, cum sciamus Ioannem Baptistam, ipsis Apostolis non tantum parem tempore, uerum & priorem: Stephanum uero parẽ, & utrumq; ante Apostolos coronatum. Cęteros quoque, qui in sequenti ordine numerantur, eisdẽ fuisse tempori-

Offerre singulatim pro singulis quomodo licet.

Actio seu Canõ Missæ.

Duo ordines sanctorum nominum in Canone.

temporibus, quibus fuere, qui prius sunt positi. Vnde constat sequentes Ecclesię Doctores, antiquis Patrum statutis, quæ congrua uisa sunt addidisse: ut sicut religiosorum aucta est multitudo, ita & religionis crescerent instituta. Primā uero partem Canonis prędicti, ex eo uel maxime antiquam esse cognoscimus, Quia in eo ordo Apostolorum non ita est positus, sicut in emendatioribus Euangeliis inuenitur. Quod ideo fortasse euenit, Quia pars illa prius composita est, quàm Euangelia, ad eam uirtutē, quæ nunc habetur apud Latinos, corrigerentur. In prioribus enim æditionibus (ut Hieronymus testis est) nō solum Euangelistarum mutatus ordo, sed etiam uerborum & sententiarum erat confusa commixtio.

Antiquitas sacri Canonis.

Alexander, septimus Papa in numero, miscuit passionem Domini in precatione sacerdotum, quando Missę celebrantur. Quod cum ita de eo in Pontificalibus scriptum sit, dubium uidetur, utrum ille eām tātum partem actionis, qua passio Domini commemoratur, ordinauerit, uel totam à capite usque ad ipsum locum. Sed huic secundæ æstimationi uidetur cōtrarium, quod in ea parte sancti nominantur, qui & ante illum, & qui post illius tempora longe fuerunt: nisi dicamus, ab illo eos tantum, qui ante illum fuerunt, commemoratos: Cæterorum uero nomina, suis quęque tēporibus ab alijs superimmissa. Vnde & ipsius nomen Alexandri, in sequenti ordine reperitur:

Additio Alexandri Papæ I.

Gregorius uero (de quo superius sæpius fecimus mentionem) augmentauit in precatione Canonis, Diesque nostros in tua pace disponas: Vbi quidam uolunt intelligi, eam ab eo loco Canonis consequentiam, usque in finem per illum fuisse compositam. Cui sensui repugnare uidetur, quod passio Domini, quam Alexander eidem precationi inseruit, post hos uersus habetur. Vnde nonnulli credunt, nō amplius Gregorium, quam illas tres petitiones, id est, pro pace tem-

Additio Gregorij I.

ce tem-

ce temporum,& ereptione ab æternis supplicijs, & consortio sanctorum obtinendo,prioribus superaddidisse statutis. Leo quoque 47.loco, apud Romanos Pontificatum agens, constituit, ut intra actionē sacrificij diceretur,sanctum sacrificium,& reliqua. De hoc etiam quęri potest,utrum ab eo loco,quæ sequuntur addiderit,uel ipsa tantum uerba,id est,sanctum sacrificium,immaculatam hostiam,eo loco intermiscuerit. Quod quia manifestè non legimus, nolumus diffinire. Ex hoc tamen apparet, Gregorium, qui longè post Leonem fuit, non totum Canonem, ab eo loco quo sua inseruit, usque in finem composuisse. Gregorius deinde III. eiusdem nominis Papa faciens Oratorium in Basilica Beati Petri, in honorem omnium sanctorum:& quotidiana ibidē officia,ac in Missas eorum uenerationem constituens celebrari,pariter instituit in Canone,a sacerdote dicendum: Quorum solennitas, hodie in conspectu tuæ maiestatis celebratur. Domine Deus noster toto in orbe terrarum,quod quia specialiter ad illam pertinet celebritatem,non est Canoni,qui generaliter dicitur,adnotatum. Actio dicitur ipse Canon,quia in eo Sacramenta conficiuntur Dominica. Canon uero eadem actio nominatur,quia in ea est legitima & regularis Sacramentorum confectio. Sequitur oratio Dominica,cum appositionibus congruis. Vna enim præcedens, eam fiduciam prædicat, qua dominum creatorem patrem dicere pręsumamus: Altera subsequens explicat,quo modo,& à quibus malis,per Dominum nos liberari petamus. Quæ oratio Dominica,quia prius quàm cætera,in consecratione sacrificiorum assumpta est,in expletione eiusdem sacratissimæ actionis digne ponitur: ut per hanc purificati qui communicaturi sunt,quæ sancte confecta sunt, digne ad salutem ueram percipiant. Pacem ante cōmunionem dari,Innocentius Papa,decretis suis instituit:

Additio Leonis I.

Additio Greg. III.

Oratio Dominica in Canone.

Osculū Pacis.

Innocentius I.

ſtituit.ſ.ut quod in oratione ſancta ſub ſponſione re miſſionis præmittimus, pacatos nos ipſo opere demonſtremus. Agnus Dei in confractione corporis Domini, à Clero & populo decantari Sergius. LXXXVI. Romanorum Antiſtes conſtituit: ut dum præparatur ad diſpenſandum corpus Dominicũ, rogent accepturi, Quatenus ille, qui pro eis oblatus eſt innocens, faciat eos ſalubriter pignora ſalutis æternæ percipere. Porrò quod Canones præcipiunt, eum ad pacem non accedere, qui non communicat, quidam ſic intelligunt: Quod non debeat pacem accipere quis in alijs Miſſis, niſi in quibus communicat. Alij uero uolunt, illum tantum a pace prohiberi, qui iudicio ſacerdotali a communione ſuſpenſus eſt. Illum autem, qui quadam ratione illo tempore differt communicationem, cum tamen non ſit extra communionem: non debere a pacis gratia ſeparari, ne humilitas eius, grauiorum criminum ſuſpicione notetur. Et quia de communicandi uarietate quædam premiſimus, hoc addendum uidetur. Eſſe quoſdam, qui ſemel in die communicare, etiam ſi pluribus interfuerint Miſſis, pro dignitate Sacramentorũ ſufficere credant. Eſſe uero alios, qui ſicut in una, ſic in omnibus quibus affuerint Miſſis, in die communicare uelint. Quorum neutros culpandos exiſtimo, Quia ſicut Auguſt. ait de his, qui quotidie communicant, & illis qui rarius, Illos reuerentiam ſanctarũ retrahit rerum: illos uero, amor ſalubrium inuitat Sacramentorũ. Nam & ipſe ſacerdos, quoties in die Miſſas facit, communicare non ommittit. Quod ſi nõ faciat, Canonico eſt feriendus iudicio. Et hoc nõ eſt mirum, ita de ſacerdote intelligi, cum Concilijs, Cæſarauguſtano & Toletano, communiter ſit ſtatutum de omnibus, ut qui acceperit Euchariſtiam & non ſumpſerit, quaſi ſacrilegus repellatur. Eſt autẽ legitimum tempus communicandi, ante ultimã orationem,

Agnus Dei

Pacem accipere poſſunt etiã ij, qui non cõmunicant, niſi fuerint Excõicati.

An uno die ſæpius communicare liceat.

Supra c.19

De conſ.d. 2. c. Relatum.

Quando in Miſſa communicari ſolet.

tionem, quę dicitur ad complendum. Quia eius peritio maxime pro eis est, qui communicant. Vnde ēt eorum, qui per singulas Missas cōmunicare uolunt, accedendi uidetur uoluntas. Quia per totam Missam pro eis quam maxime, & quasi nominatim oratur, qui ibi offerunt atq; communicant. Possumus autē & debemus, ut earum sancta Missarum celebratio, non paucis sed multis prodesse credatur dicere: cæteros & in fide & in deuotione offerentium & communicantium persistentes, eiusdem oblationis & cōmunionis dici & esse participes. Quamuis autem, cum soli sacerdotes Missas celebrant, intelligi possit, illos eiusdem actionis esse cooperatores, pro quibus tunc ipsa celebrātur officia, & quorum personam in quibusdam Responsionibus sacerdos exequitur: Tamen fatendum est, illam esse legitimam Missam, cui intersunt sacerdos, respondens, offerens atque communicans: sicut ipsa compositio precum euidenti ratione demonstrat. Statutum est autem Aurelianensi Concilio, ut populus ante benedictionem sacerdotis non egrediatur de Missa. Quæ benedictio intelligitur illa ultima sacerdotis oratio.

Si non omnes cōicāt.

Si solus sacerdos communicat.

De tempore Missæ. *Cap.* XXIII.

TEmpus autem Missæ faciendæ, secundum rationem solemnitatum, diuersum est. Interdū enim ante meridiem, interdum circa nonam: aliquando ad uesperam, interdum noctu celebratur. Nam Thelesphorus Papa constituit, ut nullo tempore ante horæ tertiæ cursum, ullus præsumeret Missam celebrare: qua hora Dominus noster, secundum Marci Euāgelium, crucifixus asseritur. Inter hæc notandum, neque ieiunandum in Dominicis & festis maioribus, ubi non cogit necessitas, sicut & Canones ostēdunt: nec in diebus ieiuniorum, uel unquam post meridiē, hymnum

Quo tempore celebranda ē Missa.

Marc. 15.

Alia est obseruatio in diebus festis, quam est in diebus ieiuniī.

hymnum Angelicum, id est, Gloria in excelsis Deo uel Alleluia dicendum, nisi in duobus sabbatis Paschæ & Pentecostes, quæ specialibus mysterijs adornantur.

De uasis & uestibus sacris Cap. XXIIII.

Calix & Patena.

VAsa quoq; quibus præcipue nostra Sacramenta imponuntur & consecrantur: Calices sunt & Patenæ. Calix dicitur, à Greco nomine κύλιξ Patena à patendo, quòd patula sit. Ampulla quasi parum ampla. Zepherinus Ro. Pontifex 16. patenis uitreis Missas celebrare constituit. Tum deinde Vrbanus 18. Papa, oīa ministeria sacrata, fecit argentea, & patenas *25. In hoc sicut & in reliquis cultibus, magis & magis per incrementa temporum decus succreuit Ecclesiæ. Bonifacius martyr & Episcopus interrogatus, Si liceret in uasis ligneis Sacramenta conficere, respondit. Quondam sacerdotes aurei, ligneis calicibus utebantur: Nunc e contra, lignei sacerdotes, aureis utuntur calicibus. Syluester Papa constituit, Sacrificium altaris non in serico, non in panno tincto celebrari, nisi tantum lineo è terra procreato: sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in Syndone munda sepultum est. Vestes etiam sacerdotales per incremēta ad eum, qui nunc habetur, auctæ sunt ornatum. Nam primis temporibus communi indumento uestiti. Missas agebant, sicut et hactenus quidam orientalium facere perhibentur. *Stephanus autem 24. constituit, sacerdotes & Leuitas uestibus sacratis in usu quotidiano non uti, nisi in Ecclesia tantum. Et Syluester ordinauit, ut Diaconi dalmaticis in Ecclesia uterentur, & pallio linostimo eorum leua tegeretur. Et primo quidem sacerdotes Dalmaticis ante Casularum usum induebantur: postea uero cum Casulis uti cœpissent, dalmaticas Diaconibus concesserunt. Ipsos tamen Pontifices

** forte etc.*

Dictum celebre Bonifacij Martyris.

Sacrarum uestiū usus.

Dalmaticæ.

**Idē Conc. Bracarense.can.2.*

tifices eis uti debere, ex eo clarum est, quod Gregorius uel alij Romanorum præsules, alijs Episcopis earum usum permiserunt, alijs interdixerunt. Vbi intelligitur non omnibus tunc fuisse cōcessum, quod nunc pene omnes Episcopi, & nonnulli presbyterorum sibi licere existimant, id est, ut sub Casula, dalmatica uestiantur. Statutum est autem Concilio* Bracarensi, Ne sacerdos sine orario celebret Missam. Addiderunt in uestibus sacris alij alia: uel ad imitationem eorum, quibus ueteres utebantur sacerdotes: uel ad mysticæ significationis expressionem. Quid enim singula designent, quibus utimur nunc: a prioribus nostris satis expositum est. Numero autem suo antiquis respondent. Quia sicut ibi tunica, superhumeralis linea, superhumerale, rationale, baltheus, fœminalia, tyara & lamina, sic hic dalmatica, alba, mappula, orarium, cingulum, sandalia, casula & pallium. Vnde sicut illorum extremo soli Pontifices, sic illorum ultimo, summi tantum pastores utuntur.

Additio in uestibus sacris.

*tertio, ca. 3.

Numerus uestiū uet. & noui Test.

De horis Canonicis et genuum flexione. De Hymnis item & Cantilenis, & incrementis eorum.
Caput XXV.

PRæmissis his, quæ de ordine Missæ uidebātur dicenda: de Canonicarum statutis horarū, quæ Dominus dederit, adiungamus. Sciendum, est multa post reuelationem Euāgelij, tempora transisse, antequam ita ordinarentur, quarundam per diem & noctem horarum solennia, sicuti nunc habētur. In ueteri autem Testamento legimus, quasdam certas orationis horas, ut tempus matutini & uespertini sacrificij. Et quòd Daniel legitur, ter in die genu in oratione flexisse, nō absq; ratione fecisse credendum est. In nouo quoq;, non tantum orandi, sed etiā genua flectendi, copiosa reperiuntur exēpla. Nā Dominus Iesus Christus

Institutio horarum Canonicarum.

Exod. 29.

Dan. 6.

ftus ante paffionem fuam, procidens in faciem fuam adorauit patrem. Et Stephanus pofitis genibus, pro lapidantibus exorauit. De Bartholomæo etiam legitur Apoftolo, quod centies in die, centies in nocte, flexerit genua. Quamuis autem geniculationis morem, tota feruet Ecclefia, tamen præcipue huic operi Scotorum infiftit Natio: quorum multi pluribus, multi paucioribus, fed tamen certis uicibus & dinumeratis, per diem uel noctem genu flectentes, non folum pro peccatis deplorandis, fed etiam pro quotidianæ deuotionis expletione, ftudium iftud frequentare uidentur. Quibus autem horis uel temporibus, inter publica officia fine genuum flexione orandum fit, Canones loquuntur, id eft, in Dominicis, & feftis maioribus, & Quinquagefima, iuxta quos Canones, publice pœnitentes, femper genua flectere debent. Horæ igitur Canonicæ, quamuis omnes rationali autoritate celebrentur, & nihil in eis obferuetur, quod non exempla, uel dicta fanctorum patrum confirment, tamẽ quædam manifeftioribus funt dedicatæ documentis, ut ipfum Dominum noftrum, in oratione legimus pernoctaffe: Paulum quoque & Sylam noctis medio oraffe in carcere, terræmotus oftendit. Circa tertiã in Apoftolos orantes, Spiritus Sanctus defcendit. Hora fexta Petrus afcendit in cœnaculum, ut oraret, Itemq; cum Ioanne in templum ad horam orationis nonam, in qua etiam oranti Cornelio Angelus apparuit. Teftis eft etiam Philo, Primitiuam apud Alexandrinos Ecclefiam inter alia bona, hymnos ante Gallicantus Lucanos celebraffe. Ex his itaque & fimilibus intelligimus, apud multos, horas, quæ & nunc celeberrimæ funt, obferuatas, fed non ea diftributione Pfalmorum uel orationum, qua nunc utimur. Quam & circa tempora Theodofij fenioris inchoatam, ac deinceps expletam multis animaduertimus

Luc 22. *Act. 7.*

Natio Scotorũ in geniculationibus præcellit.

Quibus diebus geniculari non licet.

Exempla Christi & sanctorum.

Lucæ. 6. *Act. 16.* *Act. 2. 10. & 3.*

Vide Eufe. li. 2. c. 17. in hift. Ecclefi.

uertimus causis. Ambrosius enim Mediolanensis (ut in libris confessionum suarum, Beatus August. testatur) hymnos diuinæ laudationis populo componens, persecutionem Iustinæ Augustæ, rerum nouitate leniuit. Quo in tempore (sicut etiam in uita ipsius Ambrosij scribitur) Antiphonæ, Hymni, & Vigiliæ, in Ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. Hilarius quoque Pictauiensis, hymnos composuit: Et de Gelasio Papa scribitur, quod tractatus & hymnos, in morem Beati Ambrosij composuerit. Damasus uero constituit, ut Psalmi die noctuq; canerentur, per omnes Ecclesias uel Monasteria: & præcepit hoc Episcopis & presbyteris. Deinde Ioannes Constantinopolitanus, primus auxit in nocturnis hymnis orationes, ob hanc uel maximè causam. Arriani extra ciuitatem collectas agebant. Sabbato autem atque Dominica intra portas & porticus congregati, hymnos & antiphonas ex Arriano dogmate compositas, decantabant: Et hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cum ipsis antiphonis, per mediam ciuitatem egressi portam, ad suam Ecclesiam concurrebant. Cumq; hoc crebrò, quasi ad uituperationem Orthodoxorum, facere non cessarent. Frequenter enim etiam hoc cãtabant: Vbi sunt qui dicunt tria uirtute unum. Tunc Ioannes, ne simplices huiusmodi cantibus traherentur, instituit suũ populum, ut & ipsi nocturnis occuparentur hymnis: Quatenus & illorum obscuraretur opus, & fidelium professio firmaretur. Studium ergo Ioannis nimis utile, cum turba periculisq; finitum est. Hæc in decimo libro hystoriæ Ecclesiasticæ, quæ tripartita dicitur, ita inseruntur: in quibus & hoc subnectitur paulo inferius. Dicendum tamen est, unde sumpsit initium, ut in Ecclesia Antiphonæ dicantentur. Ignatius Antiochiæ Syriæ, Tertius post Apostolum Petrum Episcopus, qui etiam cum ipsis degebat A-

Hymni S Ambrosij.

Hilarij

Gelasij

Damasi

Io. Chrysos.

Hymni Arrianorum.

Antiphonæ ab Ignatio institutæ.

postolis, uidit angelorum uisionem, quomodo Antiphonas sanctæ trinitati dicebãt & hymnos: Isq; modum uisionis Antiochenæ tradidisse probatur Ecclesiæ, & ex hoc ad cunctas transiuit Ecclesias.

Compositores hymnorum Metricorum.

Notandum autem, Hymnos dici non tantum, qui metris uel rithmis decurrunt, quales composuerunt Ambrosius, Hilarius & Beda Anglorum pater, & Prudentius Hispaniarum Scholasticus, & alij multi: uerumetiam cæteras laudationes, quæ uerbis conuenientibus, & sonis dulcibus, proferuntur. Vnde & liber Psalmorum, apud Hebræos liber hymnorũ uocatur. Et quamuis in quibusdã Ecclesiis, hymni metrici non cantentur, tamen in omnibus, generales hymni, id est, laudes dicuntur. Cantandos etiam illos, qui legitimè componuntur, Toletani auctoritas Concilij ostendit, inter alia sic dicens. Et quia à nonnullis magno studio, in laudem Dei atque Apostolorum, & martyrum triumphos, compositi esse noscuntur, sicut sunt hi, quos beatissimi doctores, Hilarius atque Ambrosius ædiderunt: Quos tamen quidam specialiter reprobant, eò quod de scripturis sanctorũ Canonum, uel Apostolica traditione non existunt. Respuant ergo & illum hymnum ab omnibus* compositum, quem quotidie publico priuatoque officio, in fine omnium Psalmorum dicimus: Gloria & honor patri & filio & Spiritui Sancto, in sæcula sæculorum Amen. Sed & ille hymnus, quem nato in carne Christo, angeli cecinerunt. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, reliqua quæ ibi sequuntur, Ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in Ecclesijs canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum libris non inueniuntur. Componuntur Missæ siue preces uel orationes, siue commendationes, seu manus impositiones, ex quibus, si nulla decantantur in Ecclesia, uacant omnia officia Ecclesiastica. His uerbis ostenditur, mul-

Concil. Toletan. 4. c. 12.

Multa in Ecclesiis cãtantur, quæ non sunt ex sacra scriptura.

**comprobatum.*

ta in Ecclesia nouiter componi quæ non sint, si a fide ueritatis non abhorreant) abijcienda. Porrò hymni metrici ac rithmici, in Ambrosianis officijs dicuntur, quos etiam aliqui in Missarum solénijs, propter compunctionis gratiam, quæ ex dulcedine concinna augetur, interdum assumere consueuerunt. Traditur siquidem Paulinum Foroiuliensem Patriarcham, sæpius & maxime in priuatis Missis, circa immolationem Sacramentorum: hymnos, uel ab alijs, uel à se compositos, celebrasse. Ego uero crediderim tantum tantæque scientiæ uirum, hoc nec sine auctoritate, nec sine rationis ponderatione fecisse. In officiis quoque, quæ Beatus Benedictus Abbas, omni sanctitate præcipuus, ordinauit: hymni dicuntur per horas Canonicas, quos Ambrosia nos ipse nominans. uel illos uult intelligi, quos confecit Ambrosius, uel alios ad imitationem Ambrosianorum compositos. Sciendũ tamen multos putari ab Ambrosio factos, qui nequaquam ab illo sunt æditi. Incredibile enim uidetur, illum tales aliquos fecisse, quales multi inueniuntur, id est, qui nullam sensus consequentiam habentes, insolitam Ambrosio in ipsis dictionibus rusticitatẽ demonstrant. Dicendum uero de hymno, qui ob honorem sanctæ & unicæ trinitatis officijs omnibus interseritur, eum à sanctis patribus aliter atque aliter ordinatum. Nam Hispani (sicut superius commemorauimus) ita eum dici omnimodis uoluerunt. Græci autem, Gloria patri & filio & spiritui sancto, & nunc & semper & in sæcula sæculorum. Amen. Latini uero, eodem ordine & eisdem uerbis hunc hymnum decantant: addentes tantum in medio, Sicut erat in principio. Pro quibus etiam particulis, quidam Græci minus sapientes, Latinos, proximis ante nos tẽporibus, calumnijs impetere conati sunt. Intelligimus tamen nos in hoc non errare, credita consempiternitate glorię patris & filij & spiritus sancti:

Hymni à S. Benedicto instituti in regula.

Hymnus Gloria patri, &c.

Calumnia Græcorum, de Sicut erat.

cti: pariterque scientes, quòd Romani firmissimi fidei seruatores, remotis cęteris cõpositionibus: hunc huius hymni tenorem non aliter suscepissent, nisi eũ purum ab omni errore cognouerint: Affirmant siquidem multi hymnum istum Nicæni Concilij sacratissima sanctione prolatum, ut omnibus officijs & orationibus intermixtus, & fidem coæternæ trinitatis inculcet: & in singulis petitionibus ipsa confessio melius fauorem diuinæ exauditionis obtineat.

Vsus huius hymni in Psalmis, & Responsoriis.

Hunc itaque hymnum, nonnulli omnibus penè Psalmis, & interdum incisionibus Psalmorum coaptant: Responsorijs uero paucioribus, ut illi qui statuta patris Benedicti in horis sequuntur Canonicis. Romani eum in Psalmis rarius, in Responsorijs crebrius iterant.

Deus in adiutoriũ meum &c. Vide Ioan. Cassia. col. lat. x. ca. x.

Sane uersum, qui in capite omnium (præter Missas) officiorum, quæ horis Canonicis exhibentur, dici solet, id est, Deus in adiutorium meum intẽde, & reliqua. Patres antiqui suis collationibus inueniuntur statuisse omnibus, nõ tantum officijs, sed etiam operibus præmittendum, ut inuocatio diuinę opitulationis, initio cuiuslibet actionis assumpta, faciliorem faciat, & postulandi constantiam, & obtinẽdi uirtutem. In agendis autem mortuorum, & circa passionis Dominicæ solennitatem, inchoationes & expletiones officiorum, non ut in cęteris fiunt tristitiæ uidelicet significandę causa, nisi aliquo grauiori decreto.

Magna in diuinis officiis diuersitas.

Quia uero tanta est in ipsis diuersitas officiis, non solum pro uarietate gentium ac linguarũ, uerum etiam in una gente uel lingua, pro temporũ mutatione, uel magistrorum studiosa institutione: ut si uelim cuncta replicare, quę de hac multiplicitate iam legimus, magis onerosus q̃ ꝑ fructuosus uidear auditoris.

Ordo officiorum Ro. Ecclesiæ cæteris præferendus.

Omittam igitur, quę infinita sunt, hoc tantum affirmans, quòd plenarius officiorũ ordo, qui nunc per Romanũ orbem seruatur, post antiquitatem multis temporibus euolutam, institutus, et

ad

ad omnem eminentiam sanctæ religionis est dilatatus. Crescente enim fidelium numero, & hæresum pestilentia multiplicius pacem maculante Catholicam, necesse erat augeri cultum ueræ obseruationis: ut & clarior religio accedentium ad fidem animos inuitaret, & auctior cultus ueritatis constantiam Catholicorum aduersus inimicos ostenderet. In tantum denique, uel cantilenæ, uel Psalmodiæ, memoriter exercendæ usus erat rarus apud priores, ut de nouissimis pene Romanorum Præsulibus, & qui nec ducentis annis nostra tempora præcesserunt, quasi memorabile quiddam & singulare scribatur, si qui eorum in rebus prædictis eminentiores cæteris uiderentur. Hormisda enim in ordine L I I I I. Clerum composuit & Psalmis erudiuit. Leo LXXXII. & Benedictus post eum proximus, itemque Sergius L X X X V I. Psalmodiã, & cantilenæ scientia floruisse dicuntur. De Gregorio autem I I I. uelut inauditum quiddam, & nouũ refertur, quòd omnes Psalmos memoriter tenuerit. Vbi intelligi datur, paucos priorum ita Psalterium didicisse. Solebant enim Psalmos, æquæ ut cæteras scripturas, partim etiam lectitando, suis officijs inserere. Quod si diligenter aduertas, multis scripturarum documentis apparet. Ordinem autem cantilenæ, diurnis, seu nocturnis horis dicendæ, Beatus Gregorius plenaria creditur ordinatione distribuisse, sicut & supra de Sacramentorum diximus libro: cum multi ante, siue post eum orationes, Antiphonas, uel Responsoria composuerint. Nã & de Antiphonarum inchoatione superius diximus: & Responsória ab Italis primùm inuenta traduntur uel Ambrosio, uidelicet, uel alij noua diuinarũ laudum augmentatione gaudenti. Et quia Gallicana Ecclesia, uiris non minus peritissimis instructa, sacrorũ officiorum instrumenta habebat non minima: ex eis aliqua Romanorum officijs immixta dicuntur, quæ

Cultus Dei in Psalmis & alijs Cãticis auctus

Hic est Leo II.

Greg. III.

Ordo Cantãdi a Grego. I.

Supra c. 21

Ritus Ecclesiæ Gallicanæ.

pleriq; & uerbis,& ſono,ſe à cęteris cantibus diſcer nere poſſe fateantur. Sed priuilegio Romanæ ſedis obſeruato,& congruentia rationabili diſpoſitionum apud eam factarum perſuadente,factũ eſt,ut in omni bus pene Latinorum Eccleſijs, conſuetudo & magiſterium eiuſdem Sedis præualeret: Quia non eſt alia traditio æque ſequenda, uel in fidei regula, uel in obſeruationum doctrina. Eſt etiam ille ordo officiorum laudabilis, quem Beatus Pater Benedictus Monachis conſtituit obſeruandum, ſcilicet, ut qui propoſito à cæteris diſcernuntur,etiam cõtinuæ ſer uitutis penſo,aliquid amplius cæteris perſoluere ſtu deant.Quam diſpoſitionem ideo à paſtoribus Eccle ſiarũ non interdici putamus,quia & uicina eſt autori tati Romanæ: Et quia Beatus Gregorius uitam egregiè patris Benedicti deſcribens, regulam ab eo conſcriptam,in qua idem officiorum ordo habetur, collaudans:ſua autoritate ſtatutis eius fauere uidetur.

Ordo officiorum diuini cultus a S. Benedicto datus.

Sunt tamen,qui neſcio qua præſumptione, non ea uelint conſtitutione uti,uolentes pigritiam uel proteruitatem ſuam illo excuſare permiſſu:quo ſanctiſſimus uir per humilitatis ſuæ magnitudinem uidetur concedere:ut ſi cui diſplicuerit diſtributio eius, quam fecit Pſalmorum,ordinet ſi aliter melius iudi cauerit,quaſi quidam melius poſſint ſuo ordini con gruentius inuenire, quam ille qui ſpiritu omnium ſanctorum dicitur plenus fuiſſe. Pſalmos autẽ cũ ſecundum L X X interpretes Romani adhuc habeant,Galli & Germanorum aliqui, ſecundum emendationem,quam Hieronymus pater de L X X æditione compoſuit,Pſalterium cantant. Quam Gregorius Turonenſis Epiſcopus à partibus Romanis mu tuatam,in Galliarum dicitur Eccleſias tranſtuliſſe.

Præſumptio contra S. Benedictum.

Pſalteriũ Gallicanũ.

Cantilenæ uero perfectiorem ſcientiam,quàm pene iam tota Francia diligit. Stephanus Papa cum ad Pipinum,patrem Caroli magni(in primis in Franciã)

pra

pro iustitia sancti Petri, à Longobardis expetenda ueniffet, per suos Clericos, petente eodem Pipino inuexit, indeq; usus eius longè, lateq; conualuit.

De baptismi incremento & mersione & causis baptizandorum. *Cap. XXVI.*

DE Baptismo etiam dicenda sunt aliqua, quod præfiguratū in trāsitu maris rubri uel Iordanis manifestè, secretius autem alijs multis figuris præfiguratum cognoscitur. Hoc Ioannes primus initiò nouæ gratiæ ad fidem Christi conuersis ostendit: non sua adinuētione, sed diuina constitutione prouisum: sicut ipse testatur dicens. Qui misit me baptizare in aqua, & reliqua. Baptizauit autem non in remissionem peccatorum, quod Christi Baptismo agi consueuit: sed in pœnitentiam, dicens in eum, qui uenturus erat, ut crederent, hoc est, in Iesum. De quo etiam testimonium perhibuit, dicens. Ego quidem uos baptizo in aqua in pœnitentiam. Qui autem post me uenturus est, fortior me est: cuius non sum dignus, calciamenta portare, ipse uos baptizabit in Spiritu Sancto & igne. Et plane dignum erat, ut in noua generis humani, per aduentum filij Dei, in carne saluatione, nouum panderetur purificationis mysterium: quatenus sicut sacerdotes Leuitici generis, lauari consueuerant ante oblationem carnalium hostiarum: ita omnes Christiani nominis hæredes, (qui dicuntur regale sacerdotium) lauacro spiritali, à peccatorum labe mundati: offerant Deo hostias spiritales, in odorem suauitatis. Sciendum autem primo, simpliciter in fluuijs uel fontibus baptizatos credentes. Ipse enim Dominus noster Iesus Christus, ut in nobis idem consecraret lauacrum, in Iordane baptizatus est à Ioanne, et sicut alibi legitur: Erat Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant ibi. Et

Exod. 14. Iosue. 4. *Baptismus Ioannis.* *Ioan. 1.* *Matth. 3.* *Lauacrū regenerationis.* *Simplex olim Baptismus.* Ioan. 3. Act. 8.

Philippus Euāgelista eunuchum baptizauit in fonte, quem repperit in uia. Sicut autem supra ostendimus, crescent processu temporum religionis honore, institutionum Ecclesiasticarum usq; ad plenitudinem decus creuisse: ita & huius mystici lauacri, gradatim per temporum augmenta, in maius celebratio creuit. *Chrismatis unctio.* Addiderunt alij Chrismatis unctionem, quam ex ueteri sumptam consuetudine, nemo est qui dubitet: cum primis temporibus impositione manuum, baptismum confirmari soleret, quod in Samaria fecisse Pe- *Act. 8.* trum legitur & Ioannem. Quæ confirmatio, & tunc ad primos Ecclesię pastores pertinuit, & nunc pertinere non dubitatur. Vnde in Canonibus sępe interdicitur presbyteris, ne Chrisma conficiant, neq; baptizatos in fronte consignent: quod solis debetur Episcopis. Testantur hoc decreta Innocentij Papæ, & statuta Syluestri, quia & ipse instituit, ut presbyter baptizatum Chrismate liniat, propter occasionem transitus mortis. Quod si à Diacono, uel quolibet alio homine baptizatus, casu ante confirmationem transierit, credendum non est perire propter hoc, quia sub fide qua credidit, poterit esse saluus, si eum *Multa ad Baptismi solennitatem addita.* post commissa peccata non perimant. Lege Concilij Elibertini decreta. Alia addiderunt in Baptismatis Sacramento Exorcismos, alij consecrationem fontis, alij salis, uel saliuæ infusionem, alij Catechumenorū ordinabilem instructionem, Alij scrutinia diligentissimè ad tantum mysterium præparationis statuerunt. Sed & multa alia, quæ & exemplis diuinorū actuum, uel dictorum inuenta sunt, & congruentissimis spiritalium profectuum significationibus plena noscuntur: sicut copiosa priorum de eisdem rebus documenta demonstrant. Celebratur autem ipsum Baptisma *Matth. 28.* uerum, non nisi in nomine summæ Trinitatis, quod & Dominus ipse ostendit, & Canones Apostolorum docent. Vnde quicunq; uel ab *hæreticis in Trinitate*

baptizantibus, uel ab alio quolibet homine, sub appellatione legitima eiusdem sanctæ Trinitatis fuerit baptizatus: rebaptizari nõ debet, ne inuocatio summæ diuinitatis adnullarit uideatur; sed Chrismate & manus impositione, quod imperfectum erat, perfici debet. Hoc in Canonibus & decretis patrum frequens habetur. Legitur quoque in ultimo Ecclesiasticæ historiæ libro, quod Athanasius adhuc puer inter coæuos, Baptismatis similitudinem per ludum exercuerit. Alexandrum etiam Alexandriæ præsulem cognita interrogatione baptistæ & responsione baptizatorum, & cæteris: quæ quamuis per ludum, tamen iuxta nostram religionem gesta sunt, non rebaptizandos iudicasse: sed usitatis Ecclesiæ confirmandos mysterijs. Concilio quoque Eliberitano, fidelibus plenum baptisma habẽtibus, in necessitate baptizare permittitur. Victor etiã XV. Romanorum Pontifex constituit, ut necessitate faciente, liceat ubi inuentum fuisset, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus, Christianæ credulitatis confessione clarificata, quicunque ex gentilitate ueniens, baptizaretur. In hoc tamen & similibus, non tribuitur quibuscunque baptizãdi indiscreta licentia: cum in Concilio Carthaginensi mulieres prohibeantur baptizare: sed demonstratur per hæc ubi ineuitabilis necessitas poscit: melius baptizari ubicunque & à quocunque in nomine Trinitatis: quàm periclitantem, sine remedio deperire. Vnde etiam tempora baptizandi legitima in talibus necessitatibus obseruanda nõ sunt: sed iuxta decreta Leonis, ægritudine, persecutione, obsidione, & naufragio periclitantibus, semper est succurrendum: Et Concilio * Gerundensi, unius diei infans, si in discrimine sit, baptizari iubetur. Eos autem, de quibus incertum est, id est, qui nullo testimonio probare possunt, se esse baptizatos, ex Concilio Carthaginẽsi, &

Baptizati in nomine Trinitatis, non rebaptizantur.

Athanasij baptismus per lusum puerorum.

Concil. Eliber. Can. 38.

Licẽtia baptizandi in necessitate.

** Concilio Carthag. 4. Can. 100.*

** Vt Concilium Florẽtinũ statuit.*

** cap. 4.*

si, & decretis Leonis discimus baptizari debere: Illos uero, qui baptizatos se quidem nouerunt, sed in qua professione ignorant: eiusdem Leonis Papæ decreta, sub manus impositione suscipiendos constituunt. Tempora autem baptizãdi legitima, Pascha & Penthecostes præfiguntur, secundum decreta Syricij, Leonis uel Gelasij Episcoporum: Quamuis Concilio * Gerundensi Natalis Domini & Pascha ponantur. Alij quoque in Epiphania Domini baptizare uóluerunt, quia eo tempore Dominum nostrũ traditur baptizatum, quod & ipsum ab alijs prohibetur. Quia vero secundum Apostolum in morte saluatoris baptizamur, & ipse Dominus intraturos regnum cœlorum, ex aqua & spiritu renasci debere præmonstrat, congrue a præsulibus Romanorum hæc duo tẽpora sola, ad celebrationem præfixa sunt baptizatis, id est, Pascha & Penthecostes: quorum uno, Passio Domini & resurrectio: altero, aduentus celebratur Spiritus sancti. Alij trinam immersionem uolunt, in similitudinem triduanæ sepulturæ, ut in * Canonibus Apostolorum statutum habetur, & Romanorum consuetudo obseruat. Alij unam, propter diuinitatis unitatem contendunt, ut in * Concilio Toletano plenissime habetur: ubi etiam commemoratur, quod * B. Gregorius interrogãti super hoc Leandro, inter cætera ita responderit: quia in una fide, nihil officit Ecclesiæ consuetudo diuersa. Nos autem quod tertiò mergimus, triduanæ sepulturæ Sacramenta signamus, ut dum tertio ab aquis infans educitur, resurrectio triduani temporis exprimatur. Quòd si quis forte etiam pro summæ Trinitatis ueneratione existimet fieri, neque ob hoc aliquid obsistit, baptizandum semel in aquis mergere: quia dum in tribus subsistentijs una substantia est: reprehensibile esse nullatenus poterit, infantem baptisma te ter, uel semel mergere, quando & in tribus mersionibus

Legitima tempora baptizãdi Pascha & Pẽtecoste.

* *cap. 3.*

Roma. 6.

Ioan. 3.

Trina immersio.

Cano. 49.

Conci. Tol. 4. Can. 5.

* *lib. 7. Regist. ep. 41.*

nibus

nibus personarum trinitas: & in una potest diuinitatis singularitas designari. Quæ singularis mersio quamuis tunc ita Hispanis complacuit, dicentibus, Trinam mersionem ideo uitandam, quia hæretici quidam dissimiles in Trinitate substantias dogmatizare ausi sint, ad consubstantialitatem sanctæ Trinitatis negandam: tamen antiquior usus præualuit, & ratio supradicta. Si enim omnia deseruimus, quæ hæretici in suam peruersitatem traxerunt, nihil nobis restabit: cum illi in ipso Deo errantes, omnia quæ ad eius cultum pertinere uisa sunt, suis erroribus quasi propria applicarint. Notandum autem, nō solum mergendo, uerum etiam desuper fundendo, multos baptizatos fuisse, & adhuc posse ita baptizari, si necessitas sit. Sicut in passione B. Laurentij quendam vrceo allato, legimus baptizatum. Hoc etiam solet euenire, cum prouectiorum granditas corporum, in minoribus vasis hominem tingi non patitur. Notandum deinde, primis temporibus, illis solummodo baptismi gratiam dari solitam, qui & corporis & mentis integritate, iam ad hoc peruenerant, ut scire & intelligere possent, quid emolumenti in Baptismo consequendum, quid confitendum, atque credendum: quid postremò renatis in Christo esset seruandum. Refert siquidem Venerabilis pater Augustinus de seipso, in libris confessionum suarum, quod penè usque ad XXX. annorum ætatem catechuminus perdurarit: Et ea uidelicet intentione, ut per hāc temporis moram, de singulis edoctus, ad eligendū quod libet libero duceretur arbitrio: & deferuescentibus lubricæ ætatis incendijs, melius quod sequendum erat, seruare potuisset. Sed augescente diuinæ religionis diligentia, intelligentes Christiani dogmatis amatores, peccatum Adæ originale, non solos eos tenere obnoxios, qui suis operibus præuaricationem auxerunt, sed etiam eos, qui sine suis commissis: qa

Mergere, aut super fundere.

Catechumenorum olim instructio.

Augu. To. 1.

Baptismus paruulorū.

secundum

Psalm. 50. ſecundum Pſalmiſtam in iniquitatibus concepti, & nati ſunt, immunes à peccato eſſe non poſſunt, dum de polluta radice procedunt: ut merito de omnibus dicatur per Apoſtolũ, Omnes peccauerunt: & egẽt

Roma. 3. gloria Dei. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius. Et in Adam in quo omnes peccauerunt: Hoc ergo ſentiẽtes, ſanæ fidei ſectatores, ne perirent paruuli, ſi ſine remedio regenerationis gratiæ defungerentur, ſtatuerunt eos baptizari, in remiſſionem peccatorum.

Error Pelagianorum. Non ſicut hæretici quidam gratiæ Dei repugnantes, contendebant, nulla neceſsitate paruulos baptizari, quia nondum peccaſſent. Quod ſi uerum eſſet, uel non baptizandi erant, uel ſi extra neceſsitatem baptizarentur, imperfectum & non uerum in eis erat baptiſmi ſacramentum: quod in ſymbolo confitemur, dari in remisſionem peccatorum. Ergo quia omnes, quos gratia Dei non liberat, pereunt in originali delicto, etiam qui ſui ſceleris non adiecerunt augmẽta, neceſſario paruuli baptizantur. Quod & S. Augu-

Auguſtinus To. 7. ſtinus, in libro de Baptiſmo paruulorum oſtendit, &

Patrini et Matrinæ. Affricana teſtantur Concilia, & aliorum patrum documenta quàm plurima. Ex hac igitur occaſione inuentum eſt, ut Patrini, uel Matrinæ adhibeantur, ſuſcepturi paruulos de lauacro: & pro eis reſpõdeãt omnia quæ ipſi per ætatis infirmitatem confiteri nõ poſſunt: Pariterq; debet ſpiritalis pater uel mater ei, quem de fonte regenerationis ſuſcepit, cum ad intelligibilem peruenerit ætatem, inſinuare confesſionẽ, quam pro eo fecit, ut qui aliena confesſione, ſicut pa

Luca 5. raliticus fide portantium, meruit à peccatorum ſolui languore, ſtudeat ſaluti præſtitæ uiuere non indignè, & ſua impleat executione, quod illorum confeſſus eſt ore, ſi non uult ſaluatione carere, quam il-

Ne pater, aut mater ſuum baptizet filium. lorum meruit fide. Nõ autem Pater debet vel Mater de fonte, ſuam ſuſcipere ſobolem: ut ſit diſcretio inter ſpiritalem generationem atque carnalem.

Quod

Quod si casu euenerit, non habebunt carnalis copulæ deinceps adinuicem consortium, qui in communi filio, compaternitatis spiritale uinculum susceperũt. Baptizandi sunt itaque, non solum per ætatem loquẽtes, & intelligentes, quæ aguntur, sed etiam nondum per se, uel pro se loquentes. Sicut etiam Synodus Carthaginensis baptizandos statuit ægrotos, qui iam loqui non possunt, cum uoluntatis eorum testimoniũ, sui dixerint, aut ipsi aliquibus signis comprobare potuerint. Mortuis uero, Baptisma uel Eucharistiam dari, supradicti loci prohibetur * Concilio: quamuis primis Prædicationis Euangelicæ temporibus, tanti feruoris quidam, in diuina credulitate referuntur fuisse, ut pro quibusdam charissimis, ante annunciationem ueritatis, uel baptismi perceptionem, defunctos baptizari studerent. Qđ Apost. Paulus ad astruendam resurrectionis fidem commemorat: Quia nisi crederentur resurrecturi, stultum erat pro eis, qui iam non existerent, laborare.

Conci. Carthag. 3. Ca. 34.

Ne quis pro mortuis baptizetur.

** cap. 6.*

1. Cor. 15.

De decimis dandis. Cap. XXVII.

Decimas Deo & sacerdotibus Dei dandas, Abraham factis, Iacob promissis insinuat. Deinde lex statuit, Et omnes doctores sancti commemorãt. Et profecto dignum erat, ut israelitæ, decimas pecorum & frugum, & omnium pecuniarum Domino darent: qui ut eos liberaret, decem plagis percussit Aegyptios, & in nouissima plaga primogenita cunctorum disperdidit, gratiamq́; suis præstitit, ut impetratis pecunijs, spoliarent Aegyptum. De quibus decimis Augustinus Doctor mirabilis dicit. Decimæ ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus, nempe meus es o homo, mea est terra, quam colis, mea sunt semina quę spargis, mea animalia quæ fatigas, meus est calor Solis, & cum omnia mea sint, tu

Genes. 14. & 28.

Leuit. 27.

Num. 18.

Rationes cur dandæ sint Decimæ.

Exo. 12.

Verba Augu. in Ho. 48. To. 10.

qui minus accommodas, solam decimam merebaris: Sed reseruo tibi nouem, da mihi decimam. Si non dederis decimam mihi, auferam nouem. Si dederis mihi decimam, multiplicabo nouem. Cum itaque Iudaicus populus, præceptum decimarum tanta diligentia obseruaret, ut de minimis quibusq; hosculis, ruta, uidelicet menta, & cimino (ut ipse Dominus testatur) decimas daret: cur non maiori studio plebs Euangelica eandem impleat iussionem, cui & maior est numerus sacerdotum, & syncerior cultus Sacramentorum? Ideo ergo dandæ sunt decimæ, ut hac deuotione Deus placatus, largius præstet quæ necessaria sunt, sicut superius ostendimus. Ac ut sacerdotes & ministri Ecclesiæ cura & solicitudine necessitatum corporalium, quibus sine hæc uita transigi non potest, releuati, liberiores fiant ad meditationem diuinæ legis, & doctrinæ administrationē: atque spiritalis seruitij uoluntariam expletionem: & ut munus populi, in quotidiana oblatione Domino immoletur, Necnon secundum statuta Canonica, in sustentationem pauperum, & restaurationem Ecclesiarum proficiat. Quatuor enim partes iuxta Canones fieri, de fidelium oblationibus debent: ut una sit Episcopi, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta restaurationi Ecclesiarum seruetur.

Matth. 23.

Cur sacerdotibus debentur decimæ.

Quatuor partes ex oblationib. Conc. Roma. Can. 3. *& habetur* Can. 14. q. 1. c. *Eps.*

De Letanijs agendis. Cap. XXVIII.

Letanias, id est, Rogationes publicas (quas maiores uocamus) Romani una die denominata, id est, VII. Calendas Maij annuatim facere solent: Quas Gregorius Papa initio ordinationis suæ instituit, dum post aquarum inundationem, insolita inguinaria lues, primo Pelagio Papa extincto, populū uastaret Romanum. Quia tunc eo modo, septenā ordinauit Letaniam, sicut Paulus in gestis Longobardo-

Letania maior.

Septena processio.

Paul' Dia

bardorum commemorat, ut precaturos Dominum, in septem turmas distribueret: quo pietatem domini multiplicius implorarent. In primo choro fuit Clerus, in secundo Abbates omnes cum Monachis suis: in tertio omnes Abbatissæ cum congregationibus suis. In quarto omnes pueri: In quinto omnes Laici: In sexto omnes Viduæ: In septimo omnes mulieres coniugatæ. Triduanæ autem Letaniæ, quæ proximis diebus ante Ascensionem Domini, annuè per omnes Galliarum, uel Germaniæ Ecclesias celebrantur, in Galliis sunt constitutæ. Temporibus siquidem Clodouei Regis Francorum, qui cũ gente sua, primus Christianus effectus est: dum ciuitas Vienensium crebrò terræmotu subrueretur, & bestiarum desolaretur incursu. Sanctus Mamertus, eiusdem ciuitatis Episcopus, eas legitur proxima lis, quæ præmisimus, ordinasse. Quas * Aurelianensis Synodus, & eo tempore iubet fieri, & ab opere seruili, ut plenius celebrentur, omnes uacare.

conus in Mauritio Imper.

Letania minor 3. dieb⁹ Rogationũ

Mamertus Eps Vienẽsis in Gallia.

Hispani autem, propter hoc quod scriptum est, non possunt filij sponsi lugere, quam diu cum illis est sponsus: Infra Quinquagesimam Paschæ recusantes ieiunare. Letanias suas post Penthecosten posuerunt, V. VI. & VII. ferijs eiusdem hebdomadis, eas facientes. Alij eorum Idibus Decembribus triduanum statuerunt ieiunium. Alij Calendis Decembribus. Notandum autem, Letanias non tantum dici illam recitationem nominum, qua sancti, in adiutorium uocantur infirmitatis humanæ: sed etiam cuncta quæ supplicationibus fiunt, orationes appellari. Letania autem Sanctorum nominum, postea creditur in usum assumpta, quam Hieronymus Martyrologium, secutus Eusebium Cæsariensem, per anni circulum conscripsit. Ea occasione ab Episcopis, Chromatio & Eliodoro, illud opus rogatus componere, Quia Theodosius religiosus Imperator,

Hispani.

Matth. 9.

** Conci. Aurelianense. can. 12. & habet. de cõsec. di. 3. c. Rogationes.*

Inuocatio sanctorum in Letanijs

ſtor, in Concilio Epiſcoporum laudauit Gregoriũ, Cordubenſem Epiſcopum, quod omni die Miſſas explicans, eorum martyrum, quorum natalitia eſſent, nomina plurima commemoraret.

De Aquaſparſionis. *Cap.* XXIX.

AQuam ſparſionis cum ſale benedici, & in habitaculis fidelium ſpargi, Alexander Papa conſtituit. Sicut enim populus prior legalibus inſtitutis deſeruiens, ſanguine luſtrabatur. Ita nouus Chriſtianorum populus, Baptiſmo Sacramento renatus, dignè aqua benedicta aſpergitur: ut ſicut ſanguis agni in poſtibus ad repellendum percuſſorem ponebatur, ita myſterium aquæ, corpora, & loca muniat renatorum.

Exodi. 12. *&* 24.

De Benedictione Cerei. *Cap.* XXX.

CEreum autem benedici, non ſolum in principalibus Eccleſijs, ſed etiam in Parochijs Zoſimus Papa conſtituit. Quod ipſum Concilio Toletano oſtenditur, quoſdam Hiſpanorum obſeruaſſe, quoſdam neglexiſſe.

De Comparatione Eccleſiaſticorum ordinum & ſecularium. Caput XXXI.

Magna ſæcularium poteſtatum diuerſitas.

CIrca harum calcem, rerum placet inſerere quandam ſæcularium atq; Eccleſiaſticarum comparationem dignitatum: quamuis non neſciam, ordinationes poteſtatum & officiorum, tanta diuerſitate pro uarietate gentium, locorum, & temporum perplexas, ut de eis uix aliquid certi poſsit exponi. Quotus enim quiſq; eſt, qui ſe ſcire fateatur, quibus (non dico Aſſyriorum, Medorum & Macedonum, ſed uel

Romanorum

Romanorum, quod notius & proximius nobis est,) Imperium distributum fuerit, & ordinatum administrationibus & officijs: cum per longitudinem temporum, aliæ potestates alijs mutatæ sint, aliæ subditæ, aliæ additæ, ut ipsa instabilitate rerum, humanum esse, & temporarium comprobetur, quod quadam inconstantia, & in maius extenditur, & in minus contrahitur. Omissis ergo incertis, quæ notiora sunt, inuicem comparemus: ut ostendamus ordinationes mundanæ sapientiæ, in spiritalem Ecclesiæ uniuersalis rēpublicā sacris distinctionibus cōmutatas, in similitudinē antiquę historiæ, qua uel pecuniæ Aegyptiorū, in usum tabernaculi, uel Cedri de Libano cæsi: in tēpli ædificationē profecisse. Raab quoq; & Ruth & Achior, innumerū populi Dei translati narrantur. Sicut aūt gens Romanorū, totius orbis monarchiā tenuisse fertur: Ita summus Pontifex in sede Romana, uicem Beati Petri gerens, totius Ecclesiæ apice sublimatur. De quo Sardicensi Concilio statuta ad eum referri debere, idq; obseruandū, quod ipse statuerit. Sicut uero summus sæculi principatus, non tantum apud Romanos, uerumetiam apud aliarum partium gentes interdum fuit: Ita & aliæ Ecclesiæ, dignitati sedis Romanæ consociantur, id est, Antiochensis in Asia, Alexandrina in Affrica. In Concilio enim Nicæno, harum Trium priuilegium Ecclesiarum, cæteris omnibus anteferendum ostenditur, sed potest trium locorū eminentia, ad unam dignitatem referri. Quia in duobus horum ipse Petrus sedit, Tertium nihilo minus, id est, Alexandriam, per Marcum filium suum & Euangelium, quod ex ore eius ipse Marcus descripserat, suam effecerat sedem Similiter intelligendum de Principatibus sæculi, quod quamuis in diuersis orbis partibus, per tempora sua fulserint, tamen ad ius Romanum, quasi unum apicem postremo omnes pene relati sunt: Comparetur ergo Papa Romanus,

Exodi. 11. 3. *Reg.* 5. *Iosue.* 2. *Ruth.* 4. *Iudith.* 6.

Romanus Pōt. est caput uniuersæ ecclesiæ.

Comparatio inter sæculares & Ecclesiasticas potestates.

Augustis et Cæsaribus. Patriarchæ uero Patricijs, qui primi post Cæsares, in Imperijs fuisse uidentur: Ita & isti, qui satis pauci sunt, primi post trium sedium præsules habentur. Deinde Archiepiscopos, qui ipsis Metropolitanis præminent, Regibus conferamus. Metropolitanos autem ducibus comparemus, Quia sicut duces singularum sunt prouinciarum: Ita & illi, in singulis prouincijs singuli ponũtur. Vnde in Chalcedonensi Concilio iubetur, Ne una prouincia, in duos Metropolitanos diuidatur. Quod Comites uel præfecti in sæculo, hoc Episcopi cæteri, in Ecclesia explent. Fertur enim in Orientis partibus, per singulas urbes, & præfecturas, singulas esse Episcoporũ gubernationes. Sicut Tribuni militibus præerant: ita Abbates Monachis, Athletis spiritalib[9] præesse noscuntur. Quemadmodũ sunt in palatijs præceptores uel comites palatij, qui sæcularium causas uentilant: ita sunt & illi, quos summos Cappellanos Franci appellant, Clericorum causis prelati. Cappellani minores ita sunt, sicut hi, quos Vassos dominicos Gallica consuetudine nominamus. Dicti sunt autem primitus Cappellani, à cappa Beati Martini, quam Reges Francorum, ob adiutorium uictoriæ, in prælijs solebant secum habere: quam ferentes & custodientes, cum cæteris sanctorum reliquijs Clerici, Cappellani cęperunt uocari. Porro sicut Comites quidam, missos suos, præponunt popularibus, qui minores causas determinãt, ipsis maiora referuent: Ita quidã Episcopi coepiscopos habent, qui in rebus sibi congruẽtibus, quæ iniunguntur efficiunt. Centenarij, qui & *cẽtenariones, uel uicarij, qui per pagos statuti sunt: Præsbyteris plebium qui Baptismales Ecclesias tenent, & minoribus presbyteris præsunt, cõferri queunt. Decuriones uel Decani, qui sub ipsis uicarijs quædam minora exercent, minoribus presbyteris titulorum possunt comparari. Sub ipsis ministris centenaio-

Conci. Calcedonens. cap. 2.

Capellani unde dicti.

**Centuriones.*

tenariorũ,sunt adhuc minores,qui Collectarij quaterniones,uel duumuiri possunt appellari. Quia colligunt populum, & ipso numero ostendunt se Decanis esse minores. Sunt autem ipsa uocabula, ab antiqua consuetudine mutuata,in qua officia prælatorum, dicebantur ex numero subiectorum. Vt sunt Chiliarchi Græce,Latinè millenarij, centenarij uel centuriones.Pentacontarchi,uel quinquagenarij Decani,uel decuriones, Quaterniones duumuiri. Ad horum similitudinem sunt Diaconi & Subdiaconi, presbyterorũ adiutores in uerbo, Baptismo & quotidiano officio.Sunt etiam archipresbyteri,in Episcopijs Canonicorum curam gerentes. Habent & potestates sæculi,consiliarios in domesticis, & liberorum Pædagogos suorum,habent ipsi procuratores rei familiaris:Similiter in quibusdam Ecclesiis Archidiaconos,quos familię respicit gubernatio. Sunt in secularibus quęstionarij,id est, qui reos examinant: Sunt in Ecclesia Exorcistæ, dæmonum exclusores. Habent aulę potentium ianitores, habet & Domus Dei ostiarios:Habet Mundus uiridarios,commentarienses,ludorum exhibitores,carminum pompaticos relatores:habet Ecclesia acolytos,lectores,cantores, atque Psalmistas. Cæterum ex utriusque ordinis coniunctione & dilectione,una domus Dei construitur,unum corpus Christi efficitur, cunctis membris officiorum suorum fructus mutuæ utilitati conferentibus:dum oculus est in sapientibus,qui ueram lucem & percipiunt & insinuant:os in doctoribus:auris in beneuolis auditoribus: nasus in discretionis amatoribus: manus in operatoribus: pedes in proficientibus, uenter incompatientibus,humeri in laborum toleratoribus, & cuncta in cæteris: ut non sit schisma in corpore,sed si gloriatur unum membrũ, congaudeant omnia membra: si contristatur unum, cuncta condoleant. Ista conuenientia eousque tenen

Græcarum potestatum nomina.

Vtriusque potestatis membra in unum Ecclesiæ corpus coniuncta.

1. Cor. 12

dæ est, donec occurramus omnes in uirum perfectum, ut sit Deus omnia in omnibus.

Conclusio Libelli.

GRaui pondere tandem solutus, & utinam tam profectuoso quàm magno, in fine conclusionis lecturos obtestor, ne quod obedientiæ subij, isti tribuant temerariæ præsumptioni. Fateor enim, me nec repperisse cuncta, quæ dilucidare cupiui, nec cuncta posuisse, quę repperi: cum & rerum magnitudo sciendi cupiditatem succenderet, & diuersitatũ confusio fastidij nimietatem præberet. Habebit tamen in his lectoris mei curiosa uestigatio, & si non copiam facietatis qua delectetur: qualemcunque tamen causam inquisitionis, qua melius exerceatur.

Modestia Authoris.

EXPLICIT VVALAFRIDI STRAbonis Liber, de Ecclesiasticarum rerum exordijs & Incrementis.

EXPOSITIO MISSAE TRANSCRIPTA EX DVObus Venerandæ vetuſtatis codicibus, Miſnenſi & Eyſtatenſi, qui per omnia concordant.

In quodam codice ut refert Melchior Hittorp. hic erat titulus Ordo Miſſæ à S. Petro inſtitutus cū ſua Expoſitione.



Issa pro multis cauſis celebratur. Prima, ut ſæpe rogemus Deum. Secunda, ut ſuſcipiat Deus preces & oblationes. Tertia, pro offerentibus & defunctis. Quarta, pro oſculo pacis. Quinta, ut ſanctificata ſit oblatio. Sexta, ut confirmetur per ſpiritum ſanctum oblatio corporis & ſanguinis Chriſti. Septima, ut cantetur Pater noſter: In qua oratione continentur Septem petitiones, id eſt, Tres ſpirituales, & Quatuor temporales. Hanc orationem primitus docuit Dominus diſcipulos & Apoſtolos ſuos. De qua dicit Propheta. Quicunque inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Septem ſunt igitur numero petitiones, pro ſeptem donis ſpiritus ſancti, uel pro ſeptem gradibus Eccleſiæ.

Cauſæ celebrādi Miſſas.

Matth. 6. Iohel. 2.

Cur quotidie iteratur iſta oratio uel oblatio, Cum Chriſtus ſaluarit mundum per unam paſſionem ſuam & mors illi ultra non dominetur? Reſponſio. Pro multis cauſis Prima, quia peccamus quotidie. Secunda, eo quod corpus Chriſti pœnitentibus poſt peccata offerri iubeatur, ut ſalutem per corpus Chriſti inueniant, atque exeant poſt pœnitētiam. Tertia, ut magnum beneficium paſſionis Domini obliuioni nō tradatur. Quarta, ut * ſimulet in Eccleſia diem iudicij, in quo iuſti ab iniuſtis ſeparabuntur.

Cur ſæpius celebratur Miſſa.

** Repreſentet.*

Introitus Miſſæ reſpicit prophetias de Chriſto.

Introitus Miſſæ cui conuenit? R. Patriarcharum Prophetarumque præconijs. Vnde exortus eſt? R. A choro Prophetarum, qui orantes annunciauerunt Chriſtum uenturum in mundum, & per quorũ orationes prophetiasque intrauit in eum. Exiens enim de ſecreto cœli, uelut Epiſcopus, aut Presbyter de Secretario templi, uenit ad altare: orante & prophetante interim Choro Clericorum. Verſus, qui cantatur ad recipiendum Introitum, priorem Chriſti aduentũ ſignificat prophetatum. Poſtquam enim Epiſcopus cum ſuis Diaconis ſeu presbyteris de ſecretario ueniens, ingreditur ad altare, poſt oſculum ſibi inuicẽ datum: Innuente Epiſcopo ſiue * Diacono, Gloria, à cuncto Clero decantatur, patri & filio & ſpiritui ſancto. Quia pax à Chriſto in cęlo & in terra iam facta eſt, quam Chorus prophetarum, id eſt, Clericorum, ante prophetabant. Quòd autem dicente Clero, Sicut erat in principio & nunc & ſemper: Diaconi procedunt ad altare, & illud oſculantur ante Epiſcopũ: ſignificat ſanctos, ante aduentum Chriſti, pro eius amore multas tribulationes perpeſſos. Quia corpus Chriſti unum eſt, à ſanctis uiris connexum, qui ante fuerunt in ueteri Teſtamento, & qui nunc ſunt in nouo Teſtamento.

**Presbitero.*

Diaconi Septem procedunt: Propter * eos, qui ante Natiuitatem Chriſti mortificationem in corpore ſuo portauerunt. Quinque procedunt, ſi Septẽ non habentur, propter Quinque libros Moyſi. Si Quinque non aſſunt, Tres procedunt, propter fidem, ſpẽ, & charitatem. Vnus procedit, propter unitatem Eccleſiæ. Poſtea, oſculato altari, reuertuntur ad Epiſcopum, ſtantes erecti: Propter quod dicitur in Euãgelio. Scio unde ueni, & quò uado. Diaconi retrò ſtant, Quia Choro Martyrũ aptantur. Ipſi enim Diaconi ad altare præceſſerunt, Quia in ueteri Teſtamẽto Martyres, ante Chriſti aduentum extiterunt: Et modo

** Eos ſeptẽ Rõ & myſterium in numero Diaconorũ idem infra 7 lib. gẽma animæ c. 2. Io. 10. 8.*

modo retro stant, Quia post Domini natiuitaté, multò plures martyrio coronantur. Ex ipsis autem Diaconis, stant quidam ad dexteram, sed plures: alij quidam ad sinistram, ueruntamen pauciores. Quia per contemplatiuam uitam, quæ in dextera intelligitur, plures in æterno coronantur regno, quàm per actiuam, quæ accipitur in sinistra. Et contemplatiuam uitam ducentes, maiore uirtute uigent, quam in actiua adhuc uita manentes. Sufficit enim tibi exemplum duarum sororum, Marthæ scilicet & Mariæ: Quarũ una, circa plurima ministrans, turbata agnoscitur: Et altera, uerbis Domini solummodo intendens, & in spe cœlesti legitur requiescens. Tunc ergo Kyrieeleyson celebratur, & de Acolytorum manibus candelæ dimittuntur, Quia Christus Episcopus, super omnem fulgens lucem, & illuminans aduenit. Quod ad eos Prophetas respicit, qui circa Domini aduentum fuerunt. Ex quibus est Zacharias, eiusq; filius Ioannes. Pertinet autem Kyrieeleyson ad diuinam patris excellentiam: Ad humanitatis uero formam Iesu Christi pertinet Christeeleyson. Et est sensus kyrieeleyson, Commoda mihi Pater misericordissimam aurem tuam, & miserere mei: Interpretatur enim, Domine miserere. Est autem intellectus Christeeleyson: Christe ne permittas humanum genus terrena desiderare, sed ad cœlestia anhelare. Vel pertinet ad eos Kyrieeleyson, qui ante natiuitatem fuerunt Christi: Christeeleyson uero ad eos, qui post passionem Domini successerunt.

Mysteriũ instatione Diaconorũ circa altare Canti.2.

Luce.10.

Kyrieeleyson Christe eleison.

Luce.1.

Postea Episcopus solus, Gloria in excelsis inchoat: Quia solus Angelus pastoribus annunciauit Domini natiuitatem, per quam gloria Domini declarata est. Deinde uero totus Chorus respondet; Quomodo cum Angelo incipiente facta est subito cœlestis multitudo militiæ angelorum, laudantium Deũ & dicentium: Gloria in excelsis Deo: & in terra pax

Gloria in excelsis. Luce.2.

hominibus bonæ uoluntatis. Prima Collecta respicit ad hoc, quod Dominus circa Duodecimum humanitatis suæ annum, quando ascendit Hierosolymam, sedit in medio doctorum, audiens & interrogans illos. Hæc eadem, nunc oratio, nunc Collecta dicitur. Oratio autem ideo dicitur, quia bona orantur cœlestia uenire populo. Collecta uero idcirco nuncupatur, quia incipit se populus in unum colligere.

Luc.2.

Quatuor partes Missæ.

Missæ autem officium totum in Quatuor diuiditur species, id est, in Precationes, Orationes, Postulationes, & Gratiarum actiones. Quicquid enim agitur in officio Missæ, antequam oblatæ ponantur super altare, Precationes nominantur. Quia precantur bona populo. Et quicquid ab hora fit, qua * Sanctus canitur, usq; ad Agnus Dei, Oratio uocatur. Quæ post Agnus dicitur, Postulatio appellatur. Quòd autem in fine Missę à populo respondetur, Deo gratias, gratiarum actio nuncupatur. Inter deprecationem autem & precationē hoc interest: quod precatio fit, quando optantur cęlestia animarum præmia populo: Deprecatio autem est, quando Pontifex orat, ut declinet in hac uita populus à malo, & faciat bonū.

*Secreta.

1. Petri.3.

Epistola ad prædicationem Ioannis baptistæ pertinet. Quia sicut Ioannes fuit præcursor Christi: Ita nunc Epistola præconatur Euangeliū, quod est Christus. Epistola quippe Latinè super Missa dicitur, eo ꝙ sit missa ab Apostolis super legem Moysi, Psalmos, & Prophetas. Significat autem Ioannis prophetiā, qui Christum prope nunciabat adesse. Post primam autem datam orationem, Pontifex sedet Tribus horis, uersus ad populum: Et præsbyteri cum eo, ad nutum eius: Et Diaconi stant ante Pontificem: Subdiaconi autem ascendunt ad altare, statuentes se ad dexteram siue sinistram. Sedet autem Tribus horis, quia Christus, cum esset annorum xij. sedit in templo in medio Doctorum tribus diebus. Sedens autem uertit

Sedere tribus horis ad altare.

tit faciem ad populum, Vt ostendatur potestas ei data a Deo: ut possit super intendere & super speculari, quis humiliter, quisve superbè stet in Ecclesia, quia Episcopo commissæ sunt animæ, pro quibus rationē Deo redditurus est. Subdiaconus uero, qui lecturus est, mox ut uiderit post Pontificem presbyteros residentes, ascendit in ambonem ut legat. Non tamen in superiorem gradū, quem solus solet ascendere qui Euāgelium lecturus est. Postquam legerit, Cantor in Cantorio sine aliqua necessitate ascēdit, non superius, sed stat in eodem loco ubi & lector, & solus inchoat Responsorium, Et cuncti in Choro respondent. Et idem solus uersum Responsorii cantat. Si fuerit tempus, ut dicatur Alleluia, bene: Sin autē, Tractus: Sin minus, tantummodo Responsoriū. Cantor uero, qui inchoat Alleluia, ipse solus cantat uersum de Alleluia. Ipse iterum Alleluia dicit, stans in eodem gradu, idest, inferiore. Sequitur Iubilatio, quā Sequentiam uocant. Responsorium igitur ad Christi uocationem, qua Apostolos uocauit, pertinet. Et ideo solus in pulpito incipit Cātor, quia solus Christus Apostolos uocauit. Et cuncti in Choro respondent, quia respōderunt Apostoli, & obedierunt Christo clamanti. Et ipse solus post inchoationem Respōsorij uersum decantat: quia solus Christus pernoctans, postquam uocauit discipulos, orabat. Alleluia quidem (quod est laus Dei) cantamus, ut Christum imitemur: qui lxxij. discipulis per ciuitates missis, ad quas uēturus erat, ut laudem Christi annunciarent: Et ipsis reuersis, Alleluia, id est, laudem, Deo patri decantauit, dicens. Confiteor tibi pater cœli & terrę,* qui abscondisti hæc mysteria, ab his qui sapientes sunt & prudentes in terrenis actibus, & desiderijs carnalibus, & reuelasti ea paruulis. Confiteor enim nihil aliud est in hoc loco, Nisi gratias & laudes ago tibi pater. Eius autem uersum cantamus, ipsum

Heb. 13.

Heb. 13.
Luca. 6.

Luca. 9. & 10.

Matth. 11.

*Quia.

Ibidem.

ſum æmulantes, qui ſolus dicebat. Nemo ſcit qui ſit filius, niſi pater, & qui pater, niſi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Alleluia poſt uerſum iterum canimus, ipſum ſequentes: qui rurſus Alleluia dicit, dum ait. Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam uos. Et paulo poſt. Et inuenietis requiem animabus ueſtris. Vbi autem Euangelium legitur, ibi Epiſtola legi non debet, ſed in ſubteriori gradu: Quia Ioannis prædicatio, ad Euangelij Chriſti altitudinem aſcendere non potuit: Qui autem Epiſtolam legere uult, ubi pronunciatur Euangelium, Ioannis prædicationem coæquare temptat Euangelio Chriſti. Nec in eodem gradu Reſponſorium uel Alleluia cantari debet, quo recitatur Euangelium Chriſti: ne aſſimilari Apoſtolorum * uocatio uel lxxij.* miſſio * aut latio uideatur Euangelio Chriſti.

Ibidem.

* *vocationi*
* *Miſsori*
forte antelata, uel latior.

Matth.5.

Euangelium autem legitur, in quo Chriſtus ore ſuo loquitur populo, ut Matthæus ait, Et aperiens os ſuum, docebat eos dicens. Beati pauperes ſpiritu, & reliqua. Vt ſicut Chriſtus poſt legem pſalmos & prophetas, os ſuum aperiens locutus eſt populo: Ita poſt Epiſtolam Reſponſorium & Alleluia, quæ nunc celebrantur in Miſſa, pro his tribus Euāgelium in Eccleſia legatur, ac ſi populo Chriſtus ipſe loquatur. Hoc autem Diaconus lecturus, ab Epiſcopo, aut presbytero benedictionem petit. At ille, inquiens, ait Diacono, Dominus ſit in corde tuo & in labijs tuis. Euangelium nanq; bonum nuncium dicitur, quod annunciat nobis in futuro uitam poſt mortem, requiē poſt laborem, regnū poſt ſeruitiū. Tunc demū pergēs Diaconus ad altare, accipit Euāgeliū. Et nō indifferenter, ſed eius partem ponens in dextero humero, uadit ad ambonē, Et duo Acolyti eum præcedentes, portant duo Coreoſtata, id eſt, duas candelas accenſas, qui uenientes ante ambonem, diuiduntur à ſe, & trā-

ſeunt

ſeunt Subdiaconus & Diaconus cum̃ Euangelio per medium eorum Præcedunt autem Euangelium duæ candelæ, propter geminã dilectionem, Dei uidelicet & proximi: ſiue propter Duo Teſtamenta, quibus illuminatur genus humanũ: Seu propter duos reſurrectionis teſtes. Moyſen uidelicet & Heliam, populũ illuminantes. Candelæ autem, Diacono Euangelium prædicãte, ideo in pauimẽto, de manibus Acolytorũ iuxta ambonem deponuntur, Ne quis conetur prædicare ſuper id, quod in Propheticis, Euãgelicis & Apoſtolicis repperit doctrinis. Præterea Thuribulum ſeu Thymiamaterium aſcendendo & deſcendendo ſemper præcedit Euangelium per medium pulpitum, nõ tamen permanẽs diu in ambone, Quia paſsio Chriſti per Thuribulum ſignata eſt, quod ſignificat corpus Chriſti paſſum. Fumus incenſi orationes ſanctorum. Carbones autem eius, ſancti ſpiritus illuminationem deſignant, ſiue feruorem charitatis. Dum autem legitur Euangelium, baculi deponuntur de manibus, ut à Iudæis diſſentiamus, qui caput Chriſti arundine percutiebant. Non enim eſt baculus neceſſarius, id eſt, humanũ auxilium, dum ipſum Chriſtum præſto habentes, eius uocem audimus: Cum aũt humano utimur auxilio, ante, uel poſt Euangelium baculos in manibus tenemus. Accedente igitur ipſo Chriſto, id eſt, Euangelio, baculos dimittimus, quia humano auxilio non egemus. Capita inſuper noſtra, dum Euangelium audimus, ab omni uelamine detegimus: à Iudæis diſſentiẽtes. Quia Chriſtus proprium caput ſuum pro nobis ſpinea corona uelatum habuit. Diaconus autem Euangelium legens, ad Meridiem uerſus, ſignificat Eccleſiam feruentem animo in amore dei, eleuatam eſſe in magno culmine uirtutum. Vnde dicitur in Cãtico canticorũ. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie. Poſtea uero deſcendẽte Diacono de ambone, affertur Euange-

Matth. 1

Myſteri[...] Thuribu[...]

Quid ba[...] li in man[...] bus.

Audire Euan. de[...] cto capite At alia nunc rat[...] ne legitur ad Aquil[...] nem, ne [...] eo pand[...] tur omne malum. Hier. 1.

Cant. 1.

Euangelium primum Episcopo, aut presbytero, ad osculandum. Deinde uniuerso Choro, necnon & populo. Deinde conditur in loco suo. Post lectum uero Euangelium, candelæ in loco suo extinguũtur, & ab Episcopo, Credo in unum Deum, cantatur. Thuribula per altaria portantur, & postea ad nares hominum feruntur, & per manum fumus ad os trahitur. Cantatur autem Symbolũ, ut quia populus audiuit Christum in Analogia prædicantem, ostendat, qua credulitate eius susceperit doctrinam. Quod autem Offertorij celebratur officium, nulli aptius conuenit quam his, qui obuiam Christo Hierosolymã properanti, sternentes uestimenta sua in uia, ramosque de arboribus frangentes exierunt. Turbæ autem quæ præcedebant, & quæ sequebãtur clamabant Osanna filio Dauid &c. Illi enim uestimenta ramosque offerebant: nos uero panem & uinum, Tunc, nuncque cantu celebrato. Ideoq; illi hoc agebant tunc, nosq; modo: Vt ostẽdamus ita nos, paratos esse pro fratibus morti succũbere, sicut Christus passus est pro nobis. Quod primum quidem masculi offerunt, significat, Primitiuam Ecclesiam sub Imperatoribus nondum Christianis multas iniurias passam. Ex hinc uero offerunt Mulieres. Ecclesiam designantes nunc tranquilliorem uitam ducentem. Nouissime uero sacerdotes & Diaconi offerunt, sed solum panem: significantes, nouissime plurima Ecclesiam passuram sub Antichristo tormenta. Ad ultimum uero Archidiaconus, aut quicũq; uicis suæ ordine legerit Euangeliũ, complens orationem cunctorũ, infundensq; aquam in calicem ex Amula Pontificis offert: Quod ad * robustionem in Sacerdote, & Leuitas pertinet. Quia quo magis hic patimur, eo amplius in futuro coronabimur. Tunc demum his ita gestis, ac rite ordinatis, Diaconi retro post Episcopum stant: Et Subdiaconi, ante Episcopum, sed post altare: Vt significent idem

Cor. 2.

Matth. 21

* *Robora-tionem.*

Statio Diaconorum et Subdiaconorum.

Diaconi

Diaconi quod Apoſtoli, tempore paſsionis, fugientes ad horam, retro ſteterunt: Poſtmodum ſecuturi Dominum poſt paſsionem. Subdiaconi autem ante Epiſcopũ ſtantes, deſignant eos, qui licet clam, diſcipuli tamen cum Chriſto perſtiterunt in paſsione. Ex quibus erant Ioſeph ab Arimathia, & Nicodemus, Necnon & Centurio confitens, & omnis turba eorũ, qui percutientes pectora ſua, Chriſtum plangendo reuertebantur. Altare nanq; crux Chriſti accipitur.

Matth. 2

Quæritur quoq;, Cur Euangelio lecto ueniens Subdiaconus, ferat in brachio ſiniſtro, & non in dextro, calicem & deſuper corporale? Quod facile patet, ſi Chriſti myſterium animaduertimus. Ipſe nanque Subdiaconus in ſiniſtro brachio calicem fert, ſignificans præſens breueq; tempus eſſe Trium ſpacio dierum, quo tulit calicem Chriſtus in paſsione. Quia in ſiniſtra præſens intelligitur uita. Linum autem per multas exercitationes ad ſuum peruenit candorem. Sic nanque Chriſtus ipſe Subdiaconus factus portat Corporale ſuper ſuum calicem, Quia ſuorum paſſionem ſanctorum lineas habuerint mentes, id eſt, per multos labores candidas ſuper propriam geſtat paſsionem.

Quid corporale ſignificat.

Patena nanque crux, ſiue ſepulchrum accipitur. In dextera enim æterna intelligitur vita. Patena ergo geritur in dextera, quia per crucem, eam ſignificantem, Chriſtus ad æternam rediјt uitam. Amulæ autem, cum quibus offerimus noſtram deuotionẽ ſignificantes puram, in calice ſuſcipiuntur à Diacono: Quia idem Chriſtus, factus Diaconus ait: Non ueni miniſtrari à quoquã, ſed miniſtrare. Cum quis in ſuo calice, hoc eſt, paſsione, eandem deuotionis noſtræ ſuſcipit puritatem. Oblata denique corpus Chriſti deſignans, non nudis manibus, ſed fanonibus, multo labore ſtudiorum candidis offertur: Quia Chriſtus non niſi à mente carnem cum uitijs

Quid Patena.

Amula g… nus uaſcu… ad aquã … ſtandam quod reli… gionis … expiando… malorũ g… tia geſtat…

Matth. 2…

Pſal. 3…

& con-

& concupiſcentijs crucifixam habente,ſuſcipitur. Offerentibus autem hominibus Cantus celebratur, ut oſtēdatur,Debere homines gratias & laudes Deo referre, dum manibus cæteriſq; membris agere ſatagunt opera,quibus ei placere ualeant. Prima autem oratio ſuper corpus Chriſti futurum, Secreta dicitur, & ſecrete cantatur: Quia de Gentilibus, qui erant uenturi in corpus Chriſti,antequam idem cōſecraretur in cruce, ſecretò & myſtice prophetabatur. Si ergo Chriſtus ſolitudinem quæſiuit in oratione,quanto magis nos oportet quærere & tacite orare,qui undique circundamur tumultibus uitiorū & immanſuetudine ſæculi? Vtile eſt enim omnem orationem ſpecialem ſacerdotum ſecretam eſſe, ut non cogitent,quomodo placeat compoſitio oris populo,ſed ſolummodo penſent,qualiter mens poſſit placere ſoli Deo,quem orant. Præfatio autem prælocutio dicitur. Hæc nanque oratio, prælocutio eſt totius ſecuturæ orationis, quæ fit ſuper corpus conſecratum: à Te igitur,uſque ad Agnus Dei. In hac enim præloquitur ſacerdos grates, laudeſq; Deo, ut melius ad conſecrandum corpus Chriſti Ieſu poſſit peruenire,finita autem laude ſacerdotis, totus ſimul canit Chorus, Angelicum hymnum, Sanctus Sanctus Sanctus: ut una æqualiſq; gloria laus & honor decantetur patri & filio & ſpiritui ſancto. Cur Te igitur ſecreto canitur? Vt Chriſto obediatur, dicenti. Tu autem cum oraueris,intra in cubiculum tuum,& clauſo oſtio ora patrem tuum. Moris nāq; fuit ſanctorum patrum, ut cum uellent ſpecialiter orare, primùm Deo laudem agerent,& poſtmodum orationem ſecretam perficerent. Ipſe enim Chriſtus uenturus ad conſecrationem corporis ſui,ſolus ſecretò orabat. Et ob id nos quoque in conſecratione corporis eius,ſecretam facimus orationem. Quod autē Diaconus,calicem cum ſacerdote eleuans, partem

Cantus offertorij. *Secreta oratio.* *legitur.* *quiete.* *Vtilitas ſecretæ orationis.* *Matth. 6.*

eius fanone tangit, partemq; detectam relinquit: significat sudarium, quod erat super Iesum, non totum corpus eius tegens.

Sex autem sunt ordines Crucum in Te igitur: Quorum primus est, ubi dicitur. Et benedicas hæc dona &c. Propter legem uidelicet Naturalem, id est, Quod tibi non uis, alij ne facias. Quæ fuit ab Adam usque ad Moysen. Quia etsi illius temporis sancti patres non uiderunt crucem Christi, cruciatũ tamen carnis pro eius amore tulerunt. Secundus ordo crucum est, ubi dicitur. Quam oblationem tu Deus &c. Ob legẽ per Moysen datam. Sub ipsa enim sancti patres ob Christi desiderium, eius cruciatum tolerauerunt. Tertius ordo est, ubi narratur. Et accipiens panẽ in sanctas, & uenerabiles manus suas &c. Propter Prophetarum præconia. Qui fuerunt à Samuele Propheta usque ad Zachariam, eiusq; filium Ioannem Baptistam, qui etiam uiuis manibus eum accipiebat. Deinceps uero sequitur. Quartus ordo ubi sub infertur. Hostiam puram &c. propter Euangelium, quod Christus tempore suo uitam Euangelizauit: Quia ipsis diebus cruciatum Christi ferentes sancti, eius corpus adunauerunt. Quintus post sequitur ordo, ubi dicitur: Per quem hæc Domine omnia semper bona creas. Gentilium Ecclesiam tangens, quia Christi corpus æmulantes, eius cruciatũ perpessi sunt. Sextus denique ordo sequitur, quando profertur: Per ipsum & cum ipso & in ipso: Propter plenitudinem in sæculi fine gentium, & omnis Israel salutem: Qui complentes simul Christi corpus, maxime Christi crucem, hoc est, cruciatum, patiuntur. Senarius enim numerus, partibus suis computatus, primus perfectus est sine altero. Quinque igitur ordines crucum, qui fiunt ante sextum, quando cum oblata calix tangitur. Quinque sunt sæculi ætates, usque ad Christi aduentum. Sextus uero ordo, sexta

Sex ordines crucum in Missa.
Tobiæ 4.
Matth. 1.
Roma. 11.

do, ſexta eſt ætas, à Chriſti aduentu uſque in ſęculi finem. Quod autē Diaconus calicem tenens exaltatum, coram Pontifice ponit in altare, ſignificat Ioſeph, Chriſti corpus de cruce deponentem, & in monumento ſuo recondentem. Cæterum, quod corpus Chriſti in altari permanet, donec Tres compleantur orationes, id eſt, Præceptis ſalutaribus moniti, & ipſa oratio Dominica, Pater noſter, & Libera nos quæſumus Domine: ſignificat corpus tribus diebus in ſepulchro quieuiſſe. Poſt tres autem orationes, corpus Chriſti aufertur de altari, quod pro ſepulchro in hac ſignificatione accipitur, Quia poſt tres dies corpus Chriſti de ſepulchro ſurrexit.

Ioan. 19.

Quod autem Acolythus tenet patenam in ſyndone paratam, Nicodemo conuenit, qui ferens mixturam Myrrhæ & Aloes, quaſi libras centum, accepit cum Ioſeph corpus Chriſti, & unxit illud. Ideo autem paratam tenet Acolytus patenam, ut quacunq; hora, iuxta ordinem uoluerit Diaconus de altari domini corpus offerre, parata habeat uaſa. Quid eſt autem, quod Subdiaconus corpus ſuſcipiens Chriſti à Diacono, & ab Angelo qui uerba Chriſti annunciat: diſcipulis primum, id eſt, presbyteris, defert ad frangendum, poſtea uero populo ad communicandum: Niſi quod mulieres, in Subdiacono ſignificatæ ab angelis ſuſcipientes reſurrectionem Chriſti, diſcipulis detulerunt? Quod autem Subdiaconus quieſcit, dum oratio dominica canitur, ſignificat mulieres, quæ ſabbato ſiluerunt. Sabbatum autem ſeptima dies eſt, & ſeptem petitiones in oratione Dominica complentur. Quarum prima eſt, Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomen tuum: In qua petimus ſapientiam cœleſtem. Secunda eſt, Adueniat regnum tuum: Vbi petimus intellectum credulitatis. Quia per credulitatem uenimus ad intellectum qui in regno plenius dabitur futuro, quando non iā

Ibidem.

Septem petitiones in oratione dominica ſecundum ſeptem dona ſpiritusſancti.

Eſaiæ 7.

1.Cor.13.

per

per speculum in ænigmate, sed facie ad faciem uidebimus & intelligemus. Tertia petitio est. Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra: Tertium quippe donum petimus, id est, consilium: ut uelut Dei prouidentia in cœlestibus omnia per consilium reguntur, ita & nostræ mentes ab eius consilio in terra corporis degentes, mereantur dirigi. Quarta petitio est, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. In hac uero fortitudinem petimus, cui panis conuenit. Vnde canitur, Panis uiuus qui de cœlo descendit, cor hominis confirmat. Quinta est. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitorib' nostris. In hac petimus scientiam: Quia quisquis scientia perfruitur, scit, quod iustitia puniat, & misericordia dimittat. Sexta est. Et ne nos inducas in tentationem: Sextum nanque petimus donum, id est, Pietatem: ut quando trahimur à nostra fragilitate usque ad immundam cogitationem, ne nos dimittat diuina pietas induci usque ad peiorem uoluntatem & pessimam operationem: siue à suggestione usque ad delectationem & consensum. Septima demum petitio est: Sed libera nos à malo: Quæ uero Dei timori congruit. Timeamus ergo fratres dilectissimi dominum uelut serui, & diligamus ceu filij patrem: non præsumentes eius uoluntatem præterire. Et ipse liberabit nos à timore nocturno & ab omni malo, scilicet carnis delicto, uel diabolico incursu, seu ab homine prauo. Panis autem cum cruce in uinum mittitur, dicente sacerdote. Pax Domini sit uobiscũ: Vt ostendatur, Christi animam ad eius corpus redeuntem, Et pacificata esse non solum quæ in cœlo sunt sed etiam quæ in terra. Quare homines sibi inuicem osculum dant, quod est pacis signũ, ut ostendant, se coniunctos in corpore Christi, per quẽ pax facta est in cœlo & in terra. Quare autem panis frangitur in patena? ut rememoretur panis uiuus esse fra

Ioan.5.
Psal.103.
Osculum pacis.
Ephe.2.

ctus nobis,qui de cœlo deſcendit per unitatem perſonæ. Agnus Dei quare cantatur? Vt oremus Chriſtum nunquam deſiſtere miſereri noſtri, qui nos miſeratus eſt in paſſione. Denique orantes poſt Communionem Cantores,ut oſtendant, Chriſtum in populo eius corpore & ſanguine corroborato,manere. Ex hinc à ſacerdote poſtulatur populo æterna bene-

Lucæ 24. dictio, Quia Chriſtus coram diſcipulis manducãs & bibens, cũ reſurrexiſſet à mortuis, Reliquias eis dedit,eleuatisq; manibus ipſis benedixit. His enim diſcipulis data benedictio intelligitur perennis. Epiſcopus autem his ita geſtis, ad propria redit: Quia Chriſtus omnibus ex ordine cõpletis,ad cœlos aſcen-

Ite Miſſa eſt. dit. Tunc demum a Diacono dicitur. Ite Miſſa eſt, id eſt, Ite cum pace in domos ueſtras, quia tranſmiſſa eſt pro uobis oratio ad Dominum, Et per Angelos, qui nuncij dicuntur: allata eſt in diuinæ conſpectum maieſtatis. Reſpondens autem populus, Deo gratias dicit: Quia Apoſtoli poſt aſcenſionem adoran-

Lucæ ulti. tes Ieſum, regreſſi ſunt in Hieruſalem, cum magno gaudio, & erant ſemper in templo, laudantes Deũ, & benedicentes Dominum.

FINIS.

LIBER

LIBER PET. DAMIANI EPISCOPI QVONDAM OSTIENSIS,

Et S.R.Ecclesiæ Cardinalis

QVI APPELLATVR Dominus vobiſcum.

Vixit Author Libri. Anno Domini. M. L.

PETRI DAMIANI VITA

Ex Tritemio.



ETRVS Damiani, ex Monacho diui Patris Benedicti, Epiſcopus Oſtiēſis, & ſacroſanctæ Rom. Eccleſiæ Cardinalis, vir in diuinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & ſæcularium literarum non ignarus, ingenio mitis & acutus, eloquio placidus & compoſitus, & ad perſuadendum ſatis idoneus, non minus ſanctitate quam eruditione clarus &

 inſignis

inſignis effulſit. Qui exemplo magni Gregorij antiſtitis, amore ſolitudinis & quietis, Epiſcopatum ſuum deſerens, poſtea quàm illum annis aliquot ſtrenuè gubernauerat, ad cœnobium ſuum reuerſus eſt, & vitam deinceps cum fratribus in tranquillitate animi exegit. Cum autem à Summo Pontifice charitatiua increpatione argueretur, cur Epiſcopatũ, utpote vir vtilis & idoneus, dimiſiſſet amore ſalutis priuatæ, ad tres ſibi inuicem ſuccedentes, Nicolaum ſecundum, Alexandrum ſecundum, & Gregorium ſeptimum, Rom. Pontifices, apologeticos ædidit, in quibus authoritate, ratione, & exemplo, factum ſuum humiliter excuſans, animos eorum placauit. De cuius opuſculis ſubiecta feruntur: Ad Leonem Eremitam, Vtrum ſolitarius orans horas Canonicas, debeat etiam dicere, Dominus vobiſcum, quando nemo ſit qui reſpondeat: Opuſculum inſtructum, quod prænotatur, Dominus uobiſcum. &c.

ELENCHVS

CAPITVLORVM

Petri Damiani.

Prologus ipsius Authoris.



OMINO Leoni, amore supernæ libertatis incluso. Petrus peccator Monachus, quicquid sit seruus & filius. Non ignorat sanctitatis vestræ prudentia, dilectissime pater, quia te non qualemcunque complicem uel amicum, sed te patrem, te doctorem, te magistrum, & dominum electum mihi præ cunctis mortalibus habeo: meq; tuæ orationis instantia, apud diuinas aures misericordiæ locum inuenire confido. Et quid amplius dicam? Quandoquidem & meum te angelum esse cõstitui, ut dubijs rebus quodcunque hæsitanti, aut sciscitanti mihi consilium ex tuo ore procederet: ita protinus indubitanter acciperem, ac si vox cœlestis mihi oraculi angelitus intonaret: atque ideo si quando scrupulosè cuiuslibet rei mihi subrepit articulus, antequam te consulturus accedam, hoc apud me diuinam imploro clementiam, ut te, quasi suæ uoluntatis organum faciens, tuo mihi ore præcipiat, quid me facere in obiecta ambiguitate decernat.

Leo, solitarius et sponte inclusus.

Quam & nunc quoque consuetudinem tenens, hoc à te docendus inquiro, quod à multis sæpe quasi responsurus inquirentibus exigor. Nonnulli autem fratres hæremiticę vitæ sectatores, frequenter interrogant, cum singulares in cellula commorantur, vtrum illis liceat dicere, Dominus vobiscum, Iube domine benedicere, atque ipsi, ut sunt soli, iuxta morem Ecclesiasticum sibimet debeant respondere. Quidam autem inter se ratiocinantes dicunt. Nunquid nam lapidibus aut tabulis cellæ petēda benedictio est? aut illis dicendum est, ut dominus sit cum eis? Quidam autem, si quo modo Ecclesiasticæ traditionis ordinem deserant, peccare se, tanquam qui pensum diuini seruitij minuant, pertimescunt. Vnde nobis, dum solutio quæritur, ad percunctationem potius mē sæq; nescia prouocatur. His itaque quæstionum uallatus angustijs, ad angelum meum iuxta consuetudinem redeo: ad fontem non Tullianæ eloquentiæ, sed diuinæ potius sapientiæ trito calle recurro.

Quæstio solitariorū in precibus horarum canonicarū.

LIBER

LIBER PETRI DAMIANI

Quod sancta simplicitas, mundi Philosophis iure præfertur. Caput I.

PLatonem igitur latentis naturæ secreta rimantem respuo, planetarum circulis metas, astrorumq; meatibus calculos affigentem: cuncta etiam Sperici orbis Climata radio distinguentem Pythagoram paruipendo: Nicomachum quoq; tritum Ephemeridibus digito abdico: Euclidē perplexis Geometricalium figurarū studijs in curuum equæq; declino. Cunctos sane Rhetores cum suis coloribus, & enthymematibus indiscretè prætereo. Omnes Dialecticos cum suis syllogismis, & sophisticis cauillationib. indignos hac qōne decerno. Tremant Gymnici, suā iugiter amare sapientiæ nuditatem. Quærant Peripatetici latentem in profundo putei ueritatem. Ego à te summam quæro ueritatem, illam uidelicet, quæ de terra orta est, non iam in puteo ignobiliter latitantem, sed omni manifestatam mundo, perpetua in cœlis maiestate regnantem. Quid enim mihi insanientium Poetarū fabulosa commenta? Quid mihi tumentium Tragicorum cothurnata discrimina? Desinat iam Comicorū turba, uenena libidinum crepantibus buccis effluere. Cesset Satyricorum uulgus, suos claros carptoriæ detractionis amaris dapibus onerare. Non mihi Tulliani oratores, accurata lepidæ urbanitatis trutinent uerba. Nō Demosthenici Rhetores captiosæ suadelæ argumenta uersuta componant. Cedant in suas tenebras omnes terrenæ sapientiæ fecibus delibuti. Nihil mihi conferunt uel sulphurco caliginosæ doctrinæ splendore cæcati. Christi me simplicitas doceat, uera sapientium rusticitas, ambiguitatis meæ uinculum

Contempt^9 mundanæ sapientiæ.

Veritas de terra orta Christus ē.

1.Cor.1. 2.Cor.3. Rom.8. uinculum soluat. Quia enim iuxta Pauli uocem, non cognouit mundus per sapientiam Deũ, placuit Deo per studium prædicationis saluos facere credentes. Litera igitur quæ occidit, abscedat, spiritus uiuifica-tor assistat. Prudentia enim carnis (ut idẽ Apostolus dicit) mors est: prudentia autem spiritus, uita & pax: quoniam prudentia carnis inimica est Deo, legi autem Dei non subijcitur: nec enim potest. Si ergo prudentia carnis nequit legi Dei colla submittere: quo pacto suffusa oculos fumo superbiæ, legem Dei præualet penetrare? Age igitur pater, nodum mihi propositæ quæstionis ocyus solue. Nec patiaris humilitatis discipulum grandiloqua tumentium philosophorũ gymnasia circuire. Dicat mihi angelus meus, quod Imperitum Dialecticorum uulgus ignorat. Dicat sapiens imperitia, quod stulta sapientia non appræhendit. Hæc ergo quæ proposita sunt, pater Charissime, prudenter edissere, ut postquam ad diuinam peruentum est sapientiam, nulli ulterius in his quæstionem expediat uentilare.

Prudentia carnis superbiam sapit.

Discipulus humilitatis

Quare dicatur Iube domine benedicere. *Cap.* *II.*

Modus docẽdi in scolis.

SEd huius quæstionis nodum, qualitercunq; à me prius solui fortasse præcipies, & sic postmodum proprij intellectus sententiam promes: Scholasticorũ more semel doctorum, qui sciscitantur à pueris ex quacunq; propositi thematis difficultate, quid sentiant, indocilitatis indolem ex eorum prius prolatione depræhendant. Ego itaq;, te iubente, non moror exprimere, super hac dubietate, quod sentio, salua scilicet fide: ut uel inepte prolata corrigere: uel gnauiter absoluta, tua debes authoritate probare. Sed nõ ab re uidetur, si, quo studio hæc Ecclesijs in consuetudinem uenerint, primo nitamur ostẽdere. Deinde, quid nobis super his quæ proposita sunt uideatur,

prout

prout ſupernæ gratiæ facultas tulerit expedire. Lecturus nanq; magnæ humilitatis gratia, nõ à ſacerdote, ſed ab eo, cui ſacerdos iuſſerit, ſe poſtulat benedici, dicens. Iube domine benedicere. Sacerdos autẽ, ut tantæ humilitati uicem reddat, non ſubiecto cuiquam benedicendi delegat officium, non per ſemet ipſum, benedictionem dare præſumit: ſed potius, ut à Deo, qui eſt ſuper omnia benedictus, prærogetur, expoſcit. *Iube domine benedicere.*

Vnde ortum ſit, Dominus uobiſcum. *Cap.* III.

ID autem quod dicitur, Dominus uobiſcum, ſacerdotis ad populum eſt ſalutatio: Orat enim, ut dominus ſit cum eis, ſicut dignatur dicere per Prophetam Inhabitabo in illis: Et ſaluator diſcipulis ſuis, cunctiſq; fidelibus. Ecce, inquit, ego uobiſcum ſum. *Leuit. 26.* Qui nimirum ſalutationis ſermo, non moderno humanæ adinuentionis arbitrio conſtitutus: ſed ex antiqua ſacri eloquij autoritate probatur aſſumptus. Vbi ſi diligenter inquiritur, ſæpius ſingulariter, & pluraliter appoſitus inuenitur. Singulariter, ſicut ad Beatam Dei genitricem angelus dicit. Aue gratia plena, dominus tecum. Ad Gedeonem quoq; ait ſalutando. Dominus tecũ uirorum fortiſsime. Pluraliter autem, ut in libro Ruth, Booz ſalutando meſſoribus ſuis ait. Dominus uobiſcum, Et ſicut in Paralipomenon, Propheta à Deo miſſus inuenitur, ſalutaſſe Aſa Regem Iuda, cum exercitu ſuo uictorem de prelio reuerentem, dixit. Dominus uobiſcum, quia fuiſtis cum eo. Eccleſia ergo ſalubri ſalutatione accepta ſacerdotis, & ipſa reſalutãdo orat, & orãdo reſalutat: poſtulans, ut ſicut ille dominũ eſſe cũ ipſis optauit, ita & cum eo eſſe dignetur, dicẽs, Et cum ſpiritu tuo, id eſt, cum anima tua ſit, ut eum dignè pro noſtra ſalute poſsis orare. Et notandum, quòd non dicit *Matth. ult.* *Salutatio fit et ſingulariter & pluraliter.* *Lucæ. 1.* *Iudith. 6.* *Ruth. 2.* *2. Paraly. 15.*

tecum, ſed cum ſpiritu tuo, ut totum, quod in Eccle-ſiaſticis officijs geritur, ſpiritualiter fieri perpẽdatur. Et bene cũ ſpiritu hominis optat Deus, qa in mẽte & ſpiritu ad imaginẽ & ſimilitudinẽ Dei, hõ rõnalis eſt conditus, atq; ibi diuinæ gratię & illuminationis eſt capax. Sed illa ſalutatio Epiſcopalis ad populũ, qua dicitur, Pax uobiſcum, ſiue pax uobis, non ex humani ſenſus ſtudio prodijt, ſed de ſacræ ſcripturæ ſimiliter authoritate profluxit. Nam in ueteri Teſtamẽto dixiſſe Danieli Angelus inuenitur: Noli timere uir deſideriorũ: Pax tibi, & eſto robuſtus. Et in nouo, pene ſemper ita dominus ſalutaſſe diſcipulos inueni tur. Pax uobis. Quibus nimirum diſcipulis eandẽ ſalutationis formam commẽdauit, dicens. In quancunq; domum, aut ciuitatem intraueritis, ſalutate eam dicentes, Pax huic domui. Meritò ergo Apoſtolorum ſucceſſores, id eſt, Eccleſiarum præſules, huius forma ſalutationis utuntur: Domum ſcilicet Dei ſalutantes, ubi omnes oportet eſſe filios pacis, ut ſalutatio pacis ſuper eos requieſcens, & ſalutantibus, & ſalutatis poſſit eſſe fructuoſa.

Salutatio Epiſcopalis pax vobis. *Dan.* 10. *Luc.* 24. *Ioan.* 20. *Matt.* 10.

Quod ſicut alia ſcriptura non ſubiacet mutabilitati, ita & Dominus uobiſcum. Cap. IIII.

IAm ergo ex hijs, q̃ pręmiſſa ſunt, patet, Quia ſicut ſcriptura Prophetarum, Pſalmorumq; modulatio, uel etiam Euangelica gratia, diuinitus ad notitiam noſtram prodijt: Sic etiam id quod dicitur, Dominus uobiſcum, non ex humani ſenſus arbitrio, ſed à ueteris, nouiq; Teſtamenti authoritate deſcendit. Sicut ergo diuinarum ſcripturarũ authoritati nil ꝓ rerũ uarietate ſubtrahitur, nil augetur, ſed prorſus in his Eccleſiaſtica conſuetudo ſeruatur. Ita nimirũ & hæc ſalutatio ſacerdotalis, nequaq̃ rerum caſibꝰ eſt obnoxia, ut modo proferri, modo debeat ſilentio præteriri,

Reſponſio ad quæſtionem.

præteriri, Sed etiam ſi plures deſint, illicitum eſt, ut Eccleſiaſtica traditio permutetur.

Quod ſancta Eccleſia, & una in multis, et tota uideatur in ſingulis. Cap V.

Ecleſia ſiquidem Chriſti tanta charitatis inuicem inter ſe cõpage connectitur, ut in pluribus una, & in ſingulis ſit per myſteriũ tota, adeo ut & omnis uniuerſalis Eccleſia non immeritò perhibeatur una Chriſti ſingulariter ſponſa, & unaquæq; electa anima, per Sacramenti myſterium plena eſſe credatur Eccleſia. Nam & propheticis Iſaac naribus tota præſens reddlebat Eccleſia, cum ſuper unius filij ſui perſonam dicebat. Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni. Et debitrix illa mulier, quæ ex præcepto Heliſei parum olei, quaſi ſemen ſparſit, & uberes mox fruges eodẽ per uaſcula redũdante permeſſuit: Eccleſiam utiq; figurauit ſacræ ſcripturæ. Quòd ſi per campos diligenter inquiritur, iam unius uiri, uel mulieris perſona, deſignari Eccleſia crebrius inuenitur. Licet enim multiplex uideatur Eccleſia, propter numeroſitatem gentium: Vna tamen & ſimplex eſt, unius fidei, & diuinæ regenerationis confœderata myſterio. Et quanquam ſeptem mulieres acceperint uirum unum, uirgo tamen & una, cœleſti illi uiro dicitur deſponſata. De qua nimirum Apoſtolus, Deſpondi, inquit, uos uni uiro uirginem caſtam exhibere Chriſto. Ex his ergo manifeſtè colligitur, ſicut ſuperius dictum eſt, quia cum una hominis perſona, tota deſignetur Eccleſia, & ipſa conſequenter Eccleſia una dicatur uirgo, ſancta Eccleſia & in omnibus ſit una, & in ſingulis tota, nimirum in pluribus per fidei unitatem ſimplex, & in ſingulis per charitatis glutinũ, diuerſaq; dona chariſmatũ multiplex. Quia enim ex uno omnes, & ex omnibus unus.

Gene. 27. 4. Reg. 4

Multiplex Eccleſia & una.

Eſaiæ 4.

2. *Cor.* 11.

Eccleſia in omnib. una et in ſingulis tota.

De unitate uniuersalis Ecclesiæ. Cap. VI.

SAncta Ecclesia nanq; , licet personarũ sit multiplicitate diuersa: in unum tamẽ est, sancti spiritus igne conflata. Atque ideo si per corporalẽ situm partibus uideatur diuidi, unitatis tamen intimę Sacramẽtum nullatenus à sua ualet integritate corrũpi. Charitas enim Dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Itaque iste spiritus, qui est ꝓculdubio & unus & multiplex. Vnus in maiestatis essentia: Multiplex per diuersa charismatum dona: dat Ecclesiæ sanctæ quam replet, ut & in uniuersitate sit una, & in suis partibus sit tota.

Rom. 5.

Spiritussanctus et unus & multiplex est.

Quod nimirum indiuiduæ diuinitatis archanum ueritas commendabat, cum patri de suis discipulis diceret. Non, inquit, pro his rogo tantũ, sed & pro eis, qui credituri sunt per uerbũ illorum in me, ut mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quã dedisti mihi, dedi, eis, ut sint unum, sicut & nos unũ sumus. Si ergo credentes in Christo unum sunt, ubicunque uideatur esse per corporalem speciem membrorum: ibi etiam per Sacramenti mysterium totum est corpus. Et quicquid est, quod competit toti, quodammodo congruere uidetur etiam parti: Quatenus & quod conuentus Ecclesiæ communiter sonat, sit non absurdum, si unus homo singulariter dicat: Et quod ab uno recte depromitur, à pluribus etiam irrepræhensibiliter proferatur. Hinc est enim, quod in conuentu positi, rectè omnes dicimus: Inclina domine aurem tuam ad me, & exaudi me: quoniã egenus & pauper ego sum: Custodi animam meã quoniam sanctus sum. Et singulariter constituti, non incongruè decantamus. Exultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob. Nec ab re est, quod multi simul dicimus. Benedicam dominum in omni tẽpore, semper

Quomodo cuncti fideles unum sunt.

Ioan. 17.

Vnitas per sacramenti mysterium.

Vnus pro multis, & multis pro uno.

Psalm. 85.
Psalm. 80.
Psalm. 33.

per laus eius in ore meo. Et soli sæpe plurali uoce proferimus: Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in inuicem. Et multa id genus similia. Quia nimirum neque hic pluralibus uerbis, unius personæ solitudo præiudicat: neque illic multitudo fidelium à singularitate discordat: quia per uirtutem sancti spiritus, qui & singulis inest, & omnes replet, & hic solitudo pluralis, & illic multitudo intelligitur singularis. *Solitudo pluralis, et multitudo singularis p spiritum sanctum.*

Quod si dominus uobiscum pro singularitate non dicitur, multa alia necesse est dimittantur.

Cap. VII.

IAm uero illi qui dicunt, nunquid lapidibus aut tabulis cellæ petenda est benedictio? aut illi dicendum est, ut dominus sit cum illis? Respondeant mihi & dicant, Cur singulares in eisdem cellulis positi dicunt: Venite exultemus domino? Dicite mihi fratres dicite quæso, pace uestra loquar, Cum soli estis, quos exhortamini? Quos ad diuinæ laudis excubias inuitatis cum dicitis. Venite exultemus domino: uel illud, Regem magnum dominum uenite adoremus? Inuitatorium nanq; hoc dicitur, & ob id procul dubio, quod per hoc ad Dei laudes fidelium populus inuitatur. Si autem uos à nullo tunc prorsus audimini, quos ad exultandũ domino exhortatorijs uocibus excitatis? Agite, inquam, fratres, dicite adhuc mihi, si non ad Sacramentum respicitis Ecclesiasticæ unitatis, sed ad numerum potius pręsentiæ corporalis: quibus dicitis, Nocte surgentes? uel quibus illud, Surgamus omnes ocyus? Cur certe non omnes hymnos, omnes denique orationes, quoniam nimirum à doctoribus plurali sunt stilo cõpositæ uel silentio prætereuntes, omittitis, uel ad singularem numerum uiolenter reuocatis? Iam uero cum ad lectio-

Solutio obiectio.

Solitarij possunt loqui & orare pluraliter.

In hymnis.

In lectionibus.

lectiones uenitis, qui nephas ducitis nullis adstantibus benedictionem petere uel dare, Cur patrum homelias, & concionatorum sermones, legitis, quibus nimirum cogente lectionis modo populum alloquimini, & uelut ad surdam personam, scilicet auditorum, uerba uestra dirigitis? Atque ut ipsarum homeliarum uerba ponamus: quibus, quæso, dicitis. Audite fratres charissimi, & cætera quæ sequuntur: cum ibi fratres nulli sint? Quæ uidelicet si uultis ad uestram singularitatem, stilo reclamante, uiolenter inflectere, quia id prorsus impossibile est: his omissis, necesse iam uobis erit, noua dictare. Cur etiam cum ad orationes peruentum fuerit, dicitis, oremus: cum nemo illic sit, qui uobiscum orare debeat? Quem ad communionem orationis inuitatis, qui nullum adesse conspicitis? Cur etiam in expleti officij clausula, ex more subiungitis, Benedicamus domino, cum præsto nullus sit, uel adsistat, qui uobiscum dominũ benedicat? Hæc igitur & alia multa, quæ longum est enumerare, perpendite, & Ecclesiasticæ traditionis regulam, siue soli, siue cũ pluribus, uniformiter obseruate. Si enim Doctores Ecclesiæ id expedire decernerent, in Ecclesiasticis officijs alium multis ordinem tradidissent. Sed unum contenti remota diuersitate composuere, unum nos docuere ordinem, inuiolabili semper obseruatione tenere. Prouiderunt enim, quia quicquid in diuinis obsequijs à quolibet Ecclesiæ membro reuerenter offertur, id etiam fide & deuotione cunctorum uniuersaliter exhibetur. Vnus enim Ecclesiæ spiritus quo uiuificatur unum corpus, quod à Christo, uidelicet suo capite, præsidetur. Tota igitur Ecclesia diuersorum quidem constat compage membrorum, sed unum est proculdubio corpus, unius fidei soliditate fundatum, una uiuificantis spiritus uirtute perfusum. Vnde & Apostolus ait, Vnum corpus, unus

In homelijs

In orationibus collectarum.

Conclusio, ut preces uniformiter dicantur, siue à multis, siue à solitarijs peragãtur.

Vnum corpus Ecclesiæ & un⁹ spiritus.

Ephes. 4.

unus ſpiritus,ſicut uocati eſtis in una ſpe uocationis ueſtræ. Dignum ergo eſt, ut quicquid in ſacris officijs à quibuſcunque fidelibus particulariter agitur,hoc ipſa Eccleſia, per unitatem fidei & charitatis amorem,unanimiter agere uideatur.

Quòd ſacrificium altaribus ſuperpoſitum, à uiris ſimul & mulieribus offeratur. Cap. VIII.

HInc eſt * enim, quod in ipſa celebratione Miſſarum,cum dicitur.Memento domine famulorum,famularumque tuarum, paulò poſt ſubditur: Pro quibus tibi offerimus,uel qui tibi offerunt hoc ſacrificium laudis.In quibus uerbis patenter oſtenditur,quòd à cunctis fidelibus, non ſolum uiris,ſed & mulieribus,ſacrificium illud laudis offertur, licet ab uno ſpecialiter offerri ſacerdote uideatur. Quia quæ ille Deo offerendo manibus tractat, hæc multitudo fidelium intenta mentium deuotione commendat.Quod illic quoque declaratur ubi dicitur.Hanc igitur oblationem ſeruitutis noſtræ, ſed & cunctæ familiæ tuæ,ut placatus accipias.Quibus uerbis luce clarius conſtat,quia ſacrificium,quod à ſacerdote,ſacris altaribus ſuperponitur,à cuncta Dei familia generaliter offeratur. Hanc autem Eccleſiæ unitatem Apoſtolus manifeſtè declarat, cum dicit. Vnũ corpus,unus panis,multi ſumus.

** Etiam*

Sacrificiũ altaris à multis offertur.

1 Cor. 10.

Tãta enim eſt Eccleſiæ unitas in Chriſto,ut unus ubique in toto orbe terrarũ ſit panis corporis Chriſti,& calix ſanguinis eius. Quoniam diuinitas uerbi Dei una eſt,quæ totum implet mundum: ita licet multis locis,multiſque diebus illud corpus conſecretur:non ſunt tamen multa corpora,ſed unũ corpus Chriſti. Et ſicut ille panis & ſanguis in corpus Chriſti ueraciter tranſierunt: ita omnes qui illud in Eccleſia digne percipiunt,unum abſque dubio Chri

Eccleſiæ unitas per Chriſtũ in Euchariſtia.

sti corpus fiunt, ipso testante cum ait, Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Si ergo omnes unum Christi corpus sumus, & licet per corporalem speciem uideamur abiungi, spiritu tamen ab inuicem separari nõ possumus, qui in eo manemus: Quid noceat ego non uideo, si communem Ecclesiæ consuetudinem & singuli teneamus, qui per unitatis indiuiduæ Sacramentum ab ea nunquam recessimus. Cum enim communia Ecclesiæ uerba solus profero, unum cũ ea me esse, ac per præsentiam spiritus in ea me ueraciter manere demonstro: Et si eius ueraciter sum membrum, non inconuenienter adimpleo meæ uniuersitatis officium.

Ioan. 6.

Vnum corpus Christi sumus spiritu, non carne.

Quòd officium membri cuiuslibet speciale, toti corpori sit commune. Cap. IX.

POrro in humano corpore, aliud oculi, aliud lingua, aliud pes, aliud manus habent naturaliter officium proprium. Sed neque manus solæ sibimet tãgunt, nec sibi pedes incedunt, aut lingua loquitur, uel sibimet oculi contemplantur: sed quicquid potest unaquæq; pars corporis specialiter agere: hoc probatur omnibus in commune conferre. Et quod unicuique membro, singulari iure conceditur, hoc ob ipso corpore (quod est totum eius) fieri iudicatur, ut non incongrue & pars totius, & totum suæ partis exhibere dicatur officium. Hinc est enim, ut lingua Pauli ueraciter dicat, Laboro in Euangelio Christi usque ad uincula, cum lingua eius non sit alligata. Nam ut illic sequitur, Verbum Dei, non est alligatum. Et Petrus ad sepulchrum Christi cum Ioãne cucurrit, cum soli pedes currendi subeant ministerium. Et Stephanus uidit cœlos apertos, cum uidere proprium sit oculorum. Et Isaac filium suum palpan-

Partes seruiũt toti.

Opera partium attribuuntur toti.

2. Timo. 2.

Ioan. 20.

Act. 7.

Gene. 27.

palpando tetigerit, cum tangendi uel palpandi facultas ſit ſpecialiter attributa. Quod ergo membrum quodlibet agere cernitur, hoc ab ipſo corpore fieri irrepræhenſibiliter perhibetur. Et ediuerſo, quod corpus facit, multitudo partiũ cooperando conſentit.

Quòd ſacerdos pars Eccleſiaſtici corporis, totius Eccleſiæ conuenienter utitur uerbis. Cap. X.

QVid ergo mirum, ſi ſacerdos quilibet (qui ſine dubio pars Eccleſiaſtici eſt corporis) uicem ſalutantis, ac reſalutantis Eccleſiæ ſolus expleat dicens. Dominus uobiſcum, Subindeq; reſpondens, Et cum ſpiritu tuo. Rurſumque benedictionẽ ſolus petat, & reddat, cum per unitatis intimæ Sacramentum, tota ſpiritaliter ſit Eccleſia, ubi eiuſdẽ fidei, ac fraternæ deuotionis fuerit una perſona? Vbi nimirum unitas fidei, nec in uno ſolitudinem recipit, nec in pluribus ſciſſuram diuerſitatis admittit. Enimuero quid præiudicat, ſi ex uno ore uocum diuerſitas prodeat, quas & ſi per plures linguas, una tamen fides alternat? Tota nanque Eccleſia (ſicut iam dictum eſt) unum proculdubio corpus eſt. Nã teſte Apoſtolo, Sicut autem corpus unum, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum ſint multa, unum corpus ſant:ita & Chriſtus. Etenim in uno ſpiritu omnes nos * unum corpus baptizati ſumus. Et alibi, Cum corpore, inquit, ſuo, quod eſt Eccleſia. Si ergo tota Eccleſia unum corpus Chriſti eſt, & nos Eccleſiæ ſumus membra, quid obeſt ſi corporis noſtri.i. Eccleſiæ, ſinguli quiq; uerbis utamur, q cum ea unũ ueraciter ſumus? Nempe ſi multi unũ ſumus in Chriſto, totum noſtrum ſinguli poſſidemus in ipſo. Atque ideo, licet remoti procul ab Eccleſia uideamur per ſolitudinem corporum, in ea

Per unitatem fidei ſacerdos tota Eccleſia eſt & eius uicem agit.

Tota Eccleſia unũ corpus eſt. 1. Cor. 12.

* *in unum*

Coloſ. 1.

Verbis Eccleſiæ unuſquiſque uti poteſt.

Quod est omnium, et singulorum est. tamen præsentissimi semper assistimus, per vnitatis inuiolabiliter Sacramentum. Sicq; fit, ut quod est omnium sit etiam singulorum. Et quod quibusdã singulariter speciale, omnibus quoque sit in fidei & charitatis integritate commune: Vt & populus recte clamet, Miserere mei Deus. Et Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina. Atque unus homo iure pronunciet, Deus misereatur nostri, & benedicat nos. Quia uidelicet, fideliũ Christi necessitudinem, & communionem, sancti patres nostri tantæ certitudinis esse debere decreuere, ut hanc Symbolo Catholicæ professionis apponerent, & frequentandam nobis inter ipsa Christianæ fidei rudimenta mandarent. Nam mox ut dicimus. Credo in spiritum sanctum, sanctam Ecclesiam Catholicam, protinus addimus: Sanctorum communionem, ut ubi Deo fidei nostræ testimonium reddimus: ibi etiam communionem Ecclesiæ, quæ cũ eo unum est, consequenter adstruamus. Sanctorũ siquidem hæc est fidei in unitate communio, ut in unũ Deum credentes, uno Baptismate sint renati, uno spiritu sancto confirmati; ad uitam æternam sint per gratiam adoptionis asciti. Sicut autem homo Græco eloquio dicitur Microcosmus, hoc est, minor mũdus quoniam per materialem essentiam eisdẽ quatuor elementis homo constat, quibus & uniuersalis hic mundus; Ita etiam unusquisque fidelium, quasi quædam minor esse uideatur Ecclesia, dũ saluo unitatis mysterio, etiam cuncta redemptionis humanæ, unus homo suscipit Sacramenta, quæ ipsi uniuersali Ecclesiæ sunt diuinitus attributa. Si ergo unus homo non ambigitur communia totius Ecclesiæ sacramenta suscipere: cur prohibeatur communia Ecclesiæ verba solus proferre: cum uidelicet multò maioris momenti sint Sacramenta, quàm uerba?

Psal. 50.
Psal. 69.
Psal. 66.
Credo sanctorum cõmunionem.
Homo Microcosmus, & quasi minor quædã Ecclesia.

Quòd populus Iſrael, ad oſtendendam ſocietatem, altare conſtruxit. Cap. XI.

QVòd ſi quis adhuc his etiam noſtris diſputationibus calumniator extiterit, dicens. Vtiq; non debere à ſingulis uſurpari. quæ communi fidelium ſunt inſtituta conuentui: Vt non tàm uerbis quam rationibus adquieſcat. Exemplum damus, quod ex ſacri eloquij autoritate didicimus. Notum nanq; eſt, ſicut Ioſue libro teſtante narratur, ꝙ filij Rüben, & Gad, & dimidia trib. Manaſſe redeuntes à filijs Iſrael de Silo, ut intrarent Galaad terrã poſſeſſionis ſuæ, ædificauerunt altare infinitæ magnitudinis in terra Chanaan. Cunq; iratus grauiter populus Iſrael, aduerſus eos arma corriperet, interrogati, cur altare conſtruere præter altare domini temere præſumpſiſſent? Reſponderunt, non hoc præuaricationis cauſa, ſed pro futuri teſtimonij feciſſe cautela. Nequãdo (inquiunt) filij ueſtri dicerent filijs noſtris. Quid uobis, & domino Deo Iſrael? Terminum poſuit dominus inter nos & uos, Iordanen fluuiũ, & idcirco partẽ nõ habetis in domino: Et ꝑ hãc occaſionem auerterẽt filij ueſtri filios noſtros à timore domini. Cur autem hiſtoriæ huius articulum ad mediũ deduxerimus: ſi cui forte non pateat, aperimus. Poterat nempe quorundam ſimplicitas fratrum temptari, ut quodammodo ſegregatos ſe a ſocietate fidelium ducerent, ſi in ſolitudine poſiti etiam communia Eccleſiæ uerba depromere in ſuis orationibus non auderent. Vtantur igitur communibus uerbis Eccleſiæ, ut in Eccleſiaſtica ſe communione doceant permanere, atq; ipſa uerba animo ſatisfaciant fluctuanti, qui teſtimonium perhibent præſentię ſpiritali fidelium. Porro autem, illi altare ædificauerũt, non ad uſum libaminum; ſed ad uicariæ cum Iſrahelitica plebe ſocietatis indicium: ſicut & ipſi;

Signũ unitatis erectũ altare à filijs Rubẽ, & Gad. Ioſuæ, 22.

Similitudinis de illo altari declaratio.

quasi iam ex persona filiorum dicunt. Ecce altare quod fecerunt patres nostri, nō in holocausta, neq; in sacrificiū, sed in testimoniū nostrū, ac unitatem. Illi nimirum id fecerunt ad testimonium Israeliticę societatis: nos ista dicimus ob signum Ecclesiasticæ ueraciter unitatis. Illi ne despicerentur à fratribus suis: nos ne remordeamur à cogitationibus nostris. Illi terreni altaris extruxere similitudinem: nos spiritalis concordiæ ostendimus ueritatem. Illi ad ostendendum sui generis testimonium: nos ad tenendum nouæ regenerationis, & fraternæ communionis inuiolabile Sacramentum.

Testimoniū Ecclesiasticæ unitatis.

Cur bigamus à sacerdotio omnino repellatur, cum in fornicationē sæpe lapsus, in ordinem reuocetur. Caput XII.

QVædam nanq; fiunt in Ecclesia, quę superflua quidem uidentur, quantū ad humani ingenij rationem: diuina autem sunt, si ad uirtutis intimæ Sacramentum respicias. Quis enim non miretur, in Canonicis esse sententijs, * Bigamum quempiam nullatenus posse ad sacerdotium promoueri: in fornicationem uerò lapsum, etiam sacerdotem, peracta pœnitentia, ad pristini iuris officium reuocari? De fornicatione siquidem manifesta est Apostolica sententia, qua dicitur: quia neq; fornicarij, neq; Idolis seruientes, neque adulteri, regnum Dei possidebunt. De his autem, qui secundas contrahunt nuptias, ita prosequitur. Mulier, inquit, alligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit. Quod si dormierit uir eius, liberata est, cui uult nubat, tantum in domino. Quibus nimirum utriusq; sentētiæ uerbis, aperte monstratur, quia & Bigami, diuinæ legis regulam non offendunt, & fornicatores à Regno Dei, pro suæ carnis intemperantia, damnabiliter

Mira traditio Ecclesiæ, de fornicarijs & de Bigamis.
** caus. 31. q. 1. ca. quo modo.*
1. Cor. 6.
1. Cor. 7.

præci-

præciduntur. Quid eſt ergo, quod hij, qui non peccant, de ſpe ſacerdotij funditus corrunt: & illi, quos à Regno Dei reatus eliminat, Eccleſiaſtici gradus fiduciam, ſi dignè pœnituerint, nô amittunt. niſi quòd in his, qui ſecundis nuptijs copulantur, non tàm ad peccatum, quàm ad Eccleſiæ reſpicitur Sacramentum? Si cut enim Chriſtus, qui eſt Pontifex futurorum bonorum, & ſacerdos iuxta ordinem Melchiſedech, qui uidelicet obtulit agnum proprij corporis, in ara crucis Deo patri, pro ſalute mundi, uir eſt unius ſponſæ totius ſcilicet ſanctæ Eccleſiæ, quæ proculdubio uirgo eſt, quia fidei integritatem inuiolabiliter ſeruat: ita quilibet ſacerdos unius uxoris uir eſſe præcipitur, ut illius ſummi ſponſi præferre imaginem uideatur. In Bigamis itaque, non menſura peccati, ſed forma potius inquiritur Sacramenti; atque in eorum damnatione non reatus aliquis ultione abſciditur, ſed myſtica ueri ſacerdotij regula cuſtoditur. Alioquin quo modo inter crimina nominetur, quod licenter fieri Apoſtolica doctrina permittitur? Sed ſacri Canones, eos qui ſecundas nuptias improbant, inter Nouatianorum hæreſim notant. Vt oſtendamus ergo nos Eccleſiaſticæ unitatis ſemper tenere myſteriū, irreprehenſibiliter utimur, & ſi non adeo neceſſaria, prolatione uerborum.

Quæſtio. *Reſponſio.* *Heb.9.* *Ephe.5.* *Vnus ſponſus Eccleſiæ uirginis.* *Bigamis de eſt typus Chriſti, qđ nõ eſt uni⁹ uxoris uir.* *Non improbantur tamen ſecundæ nuptiæ.*

Quòd ſi Dominus uobiſcum, inter duos rectè profertur, à ſolo etiam iure dicatur. cap. XIII.

IAm ſane & hoc à fratribus meis, ſeruata charitate, perquiro, ſi duo ſunt fratres, utrum alter alteri licenter dicat, Dominus uobiſcum? Nam ſi licet, quid eſt quòd ad unam perſonam pluraliter loquitur, & poſtpoſita cenſura literatoriæ diſciplinæ, Eccleſiaſtica conſuetudo tenetur?

Cur nõ dicitur ad unum i Missa, Dominus tecum.

Quantum enim ad loquendi artem, tecum potius quàm uobiscum, ad singularem directus personam sermo decurreret. Quod si non licet, ut ad unam personam uerbum plurale quis dirigat: Dominus tecum, singulariter necesse est dicat.

Quod utique quantum à regula Ecclesiasticæ institutionis abhorreat: qui limen Ecclesiæ terit, nullus ignorat. Certum est enim, quòd neque Beatissimus Apostolicæ sedis antistes, cum uidelicet obsequente ministro, priuata Deo reddit obsequia, nec quisquam Pontificum, uel omnino Catholicorum aliquis sacerdotum, his uerbis ad alterum singulariter utitur. Si uero uenerabilium sacerdotum consuetudo laudatur, ut solus soli recte dicat, Dominus uobiscum, & neque absonum sit, neque ab Ecclesiastici ordinis censura semotum, quid officit, si & singulariter quis positus idipsum dicat, dum quantum ad literas sicut uni minime congruit: ita nec inter duos, pluralis ille sermo procedit? Cum ergo Ecclesiastica consuetudo tantæ authoritatis sit, ut sibi omnis artificiosæ eloquentiæ facultas humiliter cedat, nec illorum magnopere habeatur uerborum cura sed sensuum: inter duos illa Grammaticalis regula iure despicitur, consequitur etiam ut ab uno irreprehensibiliter contemnatur. Sicut igitur Ecclesiasticæ authoritatis est ut inter duos recte dicatur, Dominus uobiscum: sic eidem authoritati competit, nec est cõtrarium, ut ab eo, qui solus est, idipsum æque dicatur. Denique & de responsione eius, uidelicet quæ est, Et cum spiritu tuo: necnon & de lectoris benedictione singulariter petenda, idem est nihilominus sciendum. Non enim hic digne numerus personarum, sed Ecclesiasticæ potius unitatis attenditur Sacramentum: ubi scilicet, nec unitas excludit multitudinem, nec multitudo uiolat unitatẽ: quia & unum corpus per multa membra diuiditur,

Ad solum quoq; recte dicitur, Dominus uobiscum.

Ecclesiæ locutiones nõ subiacent Grammatica regulis.

Ad unitatis Sacramentũ respicit Ecclesia.

& ex

& ex diuerſis membris, unum corpus impletur, Nec in unitate corporis, membrorum multitudo confunditur: Nec in pluralitate membrorum unius corporis integritas uiolatur.

Quod populus Iſrael Eccleſiaſticæ inter ſe unitatis regulam tenuit. Cap. XIIII.

VT quid mirum, ſi de ſancta Eccleſia dicitur, quod & multiplex in unitate, & una credatur in multitudine: cum ille carnalis Iſrael, quia ſocius erat genere, iam tunc huius unitatis uideatur inter ſe regulam tenuiſſe? Nam & Regi Edom, nuncios dirigit, qui dicunt. Hæc mandat frater tuus Iſrael. Et alibi, Cum Chananæus Rex Arath, pugnaret aduerſus Iſrael, atque ſublata ex eo preda uictor exiſteret: teſtante ſcriptura, Iſrael ſe uoto obligans, domino ait: Si tradideris, inquit, populum iſtum in manu mea, delebo urbes eius. Quod nimirum & in libro Regum maniſeſte declaratur, cum ab Iſraelitico populo ad uiros Iuda, redeunte in regnum Dauid, dicitur: Decem, inquit, partibus maior ego ſum apud Regem, & primogenitus ego ſum, magisq; ad me pertinet Dauid, quam ad te: Cur mihi feciſti iniuriam, & non mihi priori nunciatum eſt, ut reducerem Regem meum? Si ergo populus ille, pro eo, quod ex una ſtirpe originem duceret, uel ob id potius, quòd unius Dei cultum teneret, tanquã una perſona ſingulariter loquitur, ut in multis ſe unum eſſe teſtetur: Quid mirum, ſi ſancta Eccleſia, quæ uno Dei ſancto ſpiritu ſanctificatur & regitur, unius fidei & Baptiſmi Sacramentis imbuitur, ad eandem hæreditatem capeſſendam per adoptionis gratiam conuocatur, tantam inter ſe habeat communionem, ut & ſinguli uerbis omnium, & omnes uerbis uti valeant ſingulorum? Hinc eſt enim quòd diuinis offi-

Exempla ex veteri Teſtamẽto. *Num. 20.* *Num. 21.*

2. Reg. 19.

Filij Eccleſiæ maiorẽ habent inter ſe unitatẽ quàm habuerunt filij Iſrael.

cijs consistentes, in unius sæpe sancti ueneratione cantamus, quòd toti simul Ecclesiæ conuenire cognoscimus. Quòd uidelicet qui cantus Beatæ Dei genitricis, aliorumq; sanctorum diligenter inspicit, indubitanter agnoscit.

Quòd quædam festiuitates, non suo tempore celebrantur. Caput XV.

Ecclesia siquidem Christi, quæ est columna immobilis, quæ regni cœlorum claues accepit: nequaquàm casibus, numerisve deseruit, sed omnium locutionum modos, intra legis suæ iura constringit. Nec aucupatur uerba, sed animas. Non itaq; magnipendit præsentiam corporum, uel articulos tẽporum, sed ad deuotionem potius & unitatem respicit animorum. Ipsa nanque diiudicat omnia, & ipsa à nemine iudicatur. Hinc est enim, quòd in sacrosancta solennitate Paschali dicimus. Deus qui hodierna die per unigenitum tuum æternitatis nobis aditum deuicta morte reserasti: dum cuncti liquido nouimus, quia iuxta calculantium supputationes Hebræorum Pascha præcedat: circa quod dominus passus est & resurrexit. Deinde ubi quotu slibet dominicus dies occurrerit, paschalis nobis festiuitas illucescit. Nam & in Ascensione domini, & sancto Pẽtecoste sub eodẽ sensu dicimus hodie: cũ & istæ festiuitates consequenter iuxta rationem paschalis temporis disponantur. Decollatio quoque beati Ioannis Baptistæ, mense Augusto celebratur: cũ tamen tempore Dominicæ passionis, trucidatus ab Herode fuisse minime dubitetur. Eadem quoque ratione & de festiuitate sancti Iacobi, necnon & beati Petri, quæ dicitur à uinculis. Cum enim Actus Apostolici scriptura dicat: Quia Herodes postquã occidit Iacobum, fratrem Ioannis gladio, uidẽs quia placeret

Matth. 16

1. *Cor. 2.*

Multæ festiuitates tẽpore non suo celebrãtur ab Ecclesia.

Decollatio Ioannis Baptistæ.

Vincula Petri festũ Iacobi.

Act. 12.

placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Deinde subiungit. Erant autem dies Azymorum, atque protinus addit: Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradensq; quatuor quaternionibus militum custodiendum, uolens post Pascha producere eum populo: Patet absque dubio, quia alio anni tempore, hæc per executionem operum sunt facta, atque alio postmodum colendis solennitatibus instituta. Festiuitates enim illę (ut notum est) celebrantur circa metas Iulij mensis, quo uidelicet tempore, neque Pascha celebrasse, neque Azymorũ dies ille Hebræorum populus inuenitur, si tota Testamenti ueteris series recenseatur. Sed quia in solennitate Paschali uenerari digne non poterant, ad eorum cultum, aliud tempus est Ecclesiastica dispositione prouisum. Hæc autem idcirco de sacris solennitatibus iuxta compendium dixerim, ut manifeste clarescat, quia sancta Ecclesia non tam constringitur lege temporum, quàm uices ad suum cohibet nutum. Neque enim sub elementis seruit Ecclesia, sed ipsi potius subiecta sunt & obtemperant Elemẽta. Vnde & magister gentium dicit. Omnia enim uestra sunt, Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim uestra sunt, uos autem Christi. Christus autem Dei. Atque ut ostendat, quantę authoritatis prærogatiua sancta præcellat Ecclesia, rursus ad eosdem Corinthios: An nescitis, ait, quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si à uobis iudicabitur hic mundus, indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis quia Angelos iudicabimus? Quantò magis sæcularia?

Nec temporum lege constringitur Ecclesia.

Non seruit sub Elemẽtis Ecclesia

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

Quòd in Ecclesia rectè alius supplet uerba alterius.

Caput XVI.

IAm igitur, ut ad superiora redeamus, quid mirũ si sancta Ecclesia, cui tanta potestas diuinitus concessa

cessa est, uerba sibi famulantia, ita ad suum conuertat arbitrium, ut uel singuli plurium, uel plures eloquia proferant singulorum? Aut quid obest, si ea quæ specialiter alijs congruunt, ab alijs proferuntur? Certè non ignoramus, quia cum pueri cathezizantur, sacerdos interrogat. Quid petis? Vbi nō puer sed alius uice eius reddit responsum, dicens. Fidem, Et cætera, quæ propriè ad puerum pertinent: alius in eius persona respondet. Si ergo in ipso regenerationis nostræ mysterio, ubi scilicet totius humanæ salutis constat origo, rectè alius uerba reddit alterius: quid prohibet, si & in alijs Ecclesiasticis salutationibus, uel petendis benedictionibus, alter respondendo suppleat locum illius qui uocatur? Nam ut alter pro altero respondere in Ecclesia ualeat, non moderna temeritas repperit, sed ab Apostolica potius authoritate descendit. Vnde & Paulus ad Corinthios. Cæterum, inquit, si benedixeris spiritu, quis supplet locum idiotæ: Huc accedit, quòd si propter absentiam personarum timet dicere, Dominus uobiscum, uel etiam respondere, Et cum spiritu tuo: timeat quoque necesse est, ne dicat, Oremus, sed potius orem: ne uideatur illos ad orationem inuitare, qui desunt. Et qui sacrilegiū ducit, nullis adstantibus, benedictionem petere uel dare, caueat in fine lectionis dicere. Tu autem domine miserere nostri, sed potius dicat, Miserere mihi. Quod si omnino præposterum, omnino uideatur absurdum, non reuereatur Ecclesiæ uerba solus proferre, qui ab ea se mente & spiritu nunquam decernit abesse. Et cuius se profitetur specialiter membrum, non se à suo corpore diuisum afferat prolatione uerborum, sed sic cum Christi Ecclesia, ueraciter unum confidenter expleat suæ uniuersitatis officium: magisq; in his Ecclesiastici Sacramenti uirtutem seruare studeat, quam congruentiam

domesticæ

In Baptismo infantium alius pro eis respondet.

Vnus pro alio supplere potest.

1. Cor. 14.

Dominus uobiscum.

Oremus.

Seruanda est solitario cōsueta prolatio uerborum Ecclesiæ.

domesticæ confabulationis attendat.

Quod quicquid pene in diuinis officijs agitur sub figuris mysticis disponatur. Cap. XVII.

SIcut enim superius dictum est, nonnulla in Ecclesiasticis obseruationibus fiunt, quæ in superficie quidem friuola uidentur & leuia: considerata uero subtilius magnę uirtutis uidentur ueritate sub nixa. Vt enim pauca pstringamus e plurimis: quis, cũ sacerdotalia cõspicit indumẽta, admiratione dignũ inesse illis credat, nisi qd ĩ eis figuraliter innuat intelligat? At si spiritualis intuitus clarescat, animaduertit, cur sandalia Clericorum, qui pedes à terra diuidunt, pedũ aũt superiora, ex parte tegunt sed ex parte nõ tegũt. Cõsyderat ẽt cur Poderis usq; ad Talos defluat, cur Humeralis ex lini materia semp fiat. Perpẽdit ẽt, quid Cingulũ quid designat orarium. Scrutatur quoq; nihilominus cur in modum crucis sit quadrata Dalmatica, cur reliquis indumentis, sit superponenda casula: cur etiã Manipulus in sinistra parte gestetur: quia nimirum spiritualium potius, quàm carnalium oculorum, uel narium pituita detergitur. Nec illud etiam sine causa decernit fieri, cur Diaconus, qui Dalmatica non est indutus, Casula circumcinctus legat: cur etiam ipsa Dalmatica in sinistra sui parte Fimbrias habeat Porro aũt, nec illa cõsuetudo inaniter tenuit, quod Palliũ Pontificalibus indumentis apponitur, ut Lamina in fronte Pontificis, ad decorem & gloriam antiquitus ponebatur. In qua nimirum Lamina, nomen domini tetragrammaton scriptũ erat, quod Sanctum domini uocabatur: paucis quidẽ literis cõstans, sed magni intellectus uirtutem interius continens. Sed quid nos infinita persequimur, dum quicquid sub ueteri, uel sub nouo Testamento in diuinis agitur officijs,

Significationes mysteriorum in uestibus sacerdotũ.

Exod. 28.

Allegorica Theoria in uestibus.

totum pene per figuras mysticas, & enigmata fieri uideatur? Quid enim tota illius tabernaculi compositio, quid numerus Leuitarum, quid cæremoniæ sacerdotum, quid deniq; uel moderni sanctæ Ecclesiæ ritus exigunt, nisi ut uirtus spiritualis intelligentiæ requiratur? Atq;, ut ita loquar, mysterium latet in misterio, dum exterioris cultus exercitio, arcanũ allegoricæ Theoriæ comprehenditur sacramentum.

Peracti opusculi breuis Epilogus.

Spiritus elationis in eloquentia.

Verum his, quæ ab eruditis expositoribus expedita probatur, omissis: id quod tractādũ suscepimus, ut enucleatius clarescat: adhuc breuiter replicemus. Lectoribus nanq; nonnullis uitiũ arrogātiæ familiare est, præsentim si cui lepor eloquentiæ suppetit, dum patentes scripturæ campos effrenis lingua percurrit, populari fauori cor deditũ, spiritus elationis inuadit. Et dũ alios p recti itineris tramitẽ dirigit, ipse diuerticulum erroneæ cōfusionis incurrit. Hinc est etiam, quod mensæ lectoribus ex more dicitur. Auferat à te Deus spiritũ elationis. Vt ergo imminenti forsitan arrogantiæ, iam in ipso lectionis exordio humilitas opponatur: recte tantæ subiectionis arte benedictio petitur, ut lecturo non sacerdos, sed cui ipse iusserit, benedicat. Sacerdotalis autem salutatio idcirco fit in Ecclesia, ut sacerdos pacem se habere cum tota plebe fidelium doceat. Præcipit enim in Euangelio Dominus, dicens. Cum stabitis ad orandum, dimittite si quid habetis aduersus aliquem, ut et pater uester, qui in cœlis est, dimittat uobis peccata uestra. Et iterum. Si offers, inquit, munus tuum ad altare, & reliqua. Sacerdos ergo, ut hoc dominicum præceptum non solum corde custodiat, sed etiam per exterioris speciem ritus ostendat, antequam Deo fundendæ orationis

Sacerdotalis salutatio, propter pacem.
Marci. 11.
Matth. 5.

offerat

offerat ſacrificium, per mutuæ ſalutionis officium oſtendit ſe in fraterna charitate unanimiter fœderatum. Quapropter ſi præſtò ſint, ipſe ſpiritaliter oculis præſentes attēdit, pro quibus orare diſponit: Nec abeſſe per ſpirituale contubernium credat, quos in oratione ſecum pariter compræhendit. Obtutus itaq; fidei, ſalutationis eius uerba intēdit, & accipit, quòd adeſſe cominus per ſpiritalem præſentiam cernit. Quiſquis ergo frater in cellula ſingulariter habitat, communia Eccleſię uerba proferre non timeat: Quem uidelicet à conuentu fidelium, & ſi locale ſpacium diuidit, cum omnibus tamen unitas fidei, in charitate coniungit. Qui licet abſint. per moles corporum, pręſto ſunt tamen per unitatis Eccleſiaſticæ Sacramentum.

Non corporalis ſed ſpiritalis attenditur in orationibus præſentia.

EXPLICIT LIBER Petri Damiani, qui appellatur Dominus uobiſcum.

DE DIVINIS OFFICIIS,

SIVE DE ANTIQVO RITV
Missarum liber, qui Gemma
Animæ inscribitur.

AVRIFICVS.

De Auctore huius libri non satis constat. Iacobus Pamelius Brugensis, uir in conquirendis ueterum monimentis diligentissimus, Honorio cuidam ipsum ascribit, quis uerò fuerit iste Honorius, quove tempore floruerit, nullã facit mentionẽ. Tamen si libri initium perpendatur, Solitarium, Monachum, & fortè Abbatem, uirum pium, atque eruditum, eius auctorem fuisse constabit, de quo nihil apud scriptores.

Fratres Solitario.


Petitio fratrum.



Gmen in castris æterni Regis excubans, sub impetu uitiorum undique irruentium desudans, Idoneo instructori armorum, laureari in triumpho uictorum. Diuinorum Sacramenta officiorum scire uolentibus, sed partim

tim penuria librorum, partim multimodorum occupatione negociorum, minime ualentibus: Rogamus te, ut quemadmodum in al js, ita & in hoc negocio nobis uelis ſtylo prodeſſe, quatenus memoriam tui omnium orationibus liceat iugiter intereſſe.

Solitario Reſponſio.



Oſtquam, Chriſto fauente, pelagus ſcripturæ proſpero curſu in ſumma totius tranſcucurri, atq; naufragioſam Cymbam per Syrtes & piratas multo ſudore euectam, uix ad optatum littus appuli: Rurſus habitatores Syon me in fluctus cogitationum retrudi-tis, & nec uires recolligere, nec nauis armamenta ſinitis. Dicitis enim, nunc eſſe tempus laborandi, poſtea requieſcendi: Nunc tẽpus ſeminandi, poſtmodum fructus percipiendi. Hac ſpe coactus ſum, onus uires meas excedens ſubire, petens, uos me orationibus ad iter expedire, quatenus pondere peccatorum depoſito, ad deſideratũ quietis portum liceat fixa anchora peruenire. Veſtra itaque iuſſione, funes uerborum à portu ocij ſoluo, quaſſatam nauiculam ſtyli, procellis meditationum impello, uela ſen

Eccle.3. Reſponſio ad petitionem fratr.

tentiarum distendens, uento spiritus sancti committo, Ipse autem secundum cursum tribuat, qui nutu mare uentosq; tranquillat.

Præfatio Authoris.



LERO sque uesania captos piget me mente consyderare, quos non pudet abominanda Poetarũ figmẽta, ac captiosa Philosophorum argumenta, summo conamine indagare: quæ mentem à Deo distractam, uitiorũ nexibus insolubiliter solent innodare: Religionem autem Christianæ professionis penitus ignorare, per quã animam liceat perhenniter cum Deo regnare. Cum sit summæ dementiæ, uitam Tyranni uelle scire, & edicta Imperatoris nescire: Atque ea, quæ quotidie necessariò facias, non intelligere. Porro, quid confert animæ pugna Hectoris uel disputatio Platonis, aut carmina Maronis, uel Neniæ Nasonis, Qui nunc cum suis consimilibus ardent in carcere infernalis Babylonis, sub truci Imperio Plutonis? Dei autem sapientia maxima gloria hunc cumulat, Qui prophetarum & Apostolorum facta & scripta inuestigando iugiter ruminat,

Demẽtia in prophanis.

Sapiẽtia in sacris literis.

quot

quot nunc in cœleſtis Hieruſalem palatio cum Rege gloriæ exultare nemo dubitat. Sapientum nanque iudicio, tantum differt à non intelligente intelligens, quantum à cæco uidens. Qui enim nõ intelligit quid agat, eſt ut cæcus, qui neſcit quò uadit: & ut Tantalus in medijs undis ſiti deperit. Et licet ſimplicitas fidelium Deo noſtro placeat, tamen intelligentiam ſapientium, quantum lucem præ tenebris, approbat. Ob hanc cauſam, ut iusſiſtis, libellum de diuinis officiis ædidi: cui nomen Gemma animæ indidi, quia uidelicet ueluti aurum gemma ornatur, ſic anima diuino officio decoratur. In primis igitur de Miſſa, per quam nobis uita redditur, & de Eccleſia, in qua agitur: & de miniſtris Eccleſiæ, per quos celebratur, uideamus. Deinde de reliquis horis, quæ ſunt debitum noſtræ ſeruitutis, ediſſeramus. Tertiò de ſolennitatibus totius anni dicamus. Quartò de concordia officiorum rite ſubiungamus.

Intelligens quantũ differat à non intelligẽte.

Gemma animæ.

Prolixior eſt igitur liber iſte quã hic habetur

ELENCHVS
CAPITVM
Huius operis.

DE MISSAE OFFICIO. Cap. I.



Missa legatio dicitur.

Issa à quatuor causis nomen accepit, duabus à Legatione, & duabus à missione Missa quippè dicitur Legatio, quia in eius officio, nobis legatio Christi representatur, quia pro humano genere patris legatione fungebatur. Item, Missa legatio dicitur, quia in ea sacerdos pro Ecclesiæ ad Deum legatione fungitur. A missione Missa dicitur, quia populus, qui quasi ad iudicium conuenit, peracta causa à iudice dimittitur. Item, à missione dicitur, quia populi conuentus, qui ad uesperam &ad matutinas quasi iure tenetur, celebrato sacrificio, dimittitur. Missa autem in septem officia distinguitur. In quorum primo Christi legatio agitur: Quam Moyses præfigurasse cognoscitur, qui Deus gentilium, Papa sacerdotum, Rex populorum legitur. A Deo nanque, Deus Pharaonis, Propheta Aaron sacerdotis, dux populi constituitur. Hic legatione Dei in Aegyptum fungitur, à senioribus & populo suscipitur, populum dispersum congregat, Aegyptum signis perdomat, oppressos à Tyranno de dura seruitute liberans, de Aegypto educit, in terram repromissionis inducit: Sic Christus Deus Deorum, sacerdos sacerdotum, Rex regum, legatione patris in mundum fungitur, ab Angelis & pastoribus pastores Ecclesiæ typum exceperunt: Qui filios Dei, qui erant dispersi, in unam fidem congregat, mundum uarijs signis subiugat, oppressos à Diabolo liberans, de Inferno educit, in Patriam Paradisi inducit. Hoc totum repræsentat nobis processio Episcopi, qui gerit figuram Christi.

Exod. 7. Moyses typum Christi gessit.

De

De Campanis. Cap. II.

POstquam campanæ sonuerint, Pontifex ornatus procedit. Quem septem Acolyti cum luminibus præeunt, post quos septem Subdiaconi cum plenarijs incedunt. Item, post hos septem Diaconi gradiuntur quos xij. priores sequuntur, Item post hos, tres Acolyti cum Thuribulis uadunt, qui incensum gerunt. Post quos Euangelium ante Episcopum fertur, quod inter duos ambulãs sequitur, eumq; Principes cum populo comitantur. Qui dũ chorum ingreditur, à cantoribus cum uersu Gloria patri excipitur. Quibus ipse pacem porrigit, deinde ad altare uadit, Finito cantu, orationem dicit, & tũc sedere pergit. Quidam de ministris cum eo sedẽt, quidam ei assistunt: hoc quasi præsentiam Christi nobis exhibet. Campanæ sunt Prophetæ, Campanæ sonabant, quia Prophetæ Christi aduentum prænunciabant. Pontifex templum ingreditur, & Christus in mundum ad Ecclesiam ingreditur, Episcopus de Secretario ornatos procedit, & Christus de utero uirginis, decore indutus, tanquam sponsus de thalamo processit. Diaconi & Subdiaconi & Acolyti, qui Episcopum præcedunt, designant prophetas & sapientes, & scribas, qui aduentum Christi in carne, mundo nunciauerunt. Diaconi Prophetas significant, qui Christum iam uenisse & adhuc uenturum populo prædicant, & ex Euangelio futuram uitam nunciant. Subdiaconi cum plenarijs, sapientes præferunt, qui plenitudinem diuinitatis in Christo corporaliter retulerunt. Sapientia, id est, Subdiaconi uadunt in medio adolescentularũ Tympanistriarum, ut doceant, quid Tympanistæ laudare debeant. Tympanistæ sunt cantores, laudes resonantes. Adolescentulæ sunt nouæ Ecclesiæ, Deũ laudantes edomita carne, Acolyti cum luminibus

Processio Episcopi cũ clero.

Idem habetur supra in vetusta illa expositione Missæ.

Quid mystice significãt Campanæ.

Procedens in ornatu Episcopus.

Tympanistæ, Adolescentulæ.

Acolyti.

typum ſcribarum gerunt, qui lumen ſcientiæ, ſcripturas exponendo, fidelibus miniſtrauerunt. Qui ideo ſinguli diſcernuntur ſeptem, quia per ſeptem dona ſpiritusſancti Sacramenta Miſſæ perficiuntur.

xij. Priores. Priores cũ Capellanis, qui eos ſequuntur, xij. Apoſtoli accipiuntur: *Tres Acolyti.* Tres Acolyti, qui Thuribula cũ incenſu ferunt, ſunt tres Magi, qui munera nato Chriſto obtulerunt. Euangelium ante Epiſcopum portatur, quia per doctrinam Chriſti nobis uia ad uitam paratur. Epiſcopus à duobus educitur, & Chriſtus à duobus teſtamẽtis per Prophetas & Apoſtolos mundo inuehitur. Turba populi interim Epiſcopum comitatur, quia Chriſtum populus fideliũ ad cœleſtia ſequi conatur. Dum præſens officium agitur in Eccleſia, non ſedetur, quia labori Chriſti deputantur, qui ad cultum Dei uocantur.

De Curru Dei. Cap. III.

INterim dum chorus canit, Epiſcopus quaſi in curru uectus, ad ſolennitatem uadit. *Pſal. 67.* Quia currus Dei decem milibus multiplex legitur, & comitatus Epiſcopi decem ordinibus diſtinguitur. *x. Ordines in proceſsione.* Scilicet primus ordo ſunt Oſtiarij. Secundus Lectores. Tertius Exorciſtæ. Quartus Acolyti. Quintus Subdiaconi. Sextus Diaconi. Septimus Presbyteri. Octauus Cãtores. Nonus Laici. Decimus fœminæ: Ita Chriſtus hunc mundum intrauit. Dum Chorus Prophetarum cecinit, curru ſcripturæ uectus, ſanctorum ordinibus comitatus. Cantores uenientem Epiſcopũ, cum Gloria Patri excipiunt. *Luc. 2.* Et Angeli Chriſtum aduenientem, cum Gloria in excelſis ſuſceperunt. *Duo Chori canentium.* Duo Chori laudes concinunt, quia duo populi, ſcilicet Iudæi & gentiles, Chriſto aduenienti cum laudibus occurrerunt. Per cantum Introitus accipitur laus Eccleſiæ de Iudæis: Per Kyrieeleyſon uero laus

ro laus Ecclesiæ de gentibus. Per Gloria in excelsis autem, utriusque Chori laudatio in fide Trinitatis, pro adipiscenda æqualitate Angelicæ dignitatis. Per Introitum quoque, ordo Patriarcharum nobis repræsentatur, per quos Christus uenturus præfigurabatur. Per uersum Propheticum, ordo Prophetarum insinuatur, per quos Christus nasciturus prænnnciabatur. Per Gloria patri, ordo Apostolorum commemoratur, per quos Christus iam uenisse prædicatur, à quibus & Trinitas Ecclesiæ insinuatur. Per introitum secundo repetitum, ordo doctorum notatur, per quos Christus adhuc uenturus ad iudicium narratur. Porro per Kyrieeleyson, diuersarum linguarum populi declarantur: à quibus Christus in gloria cum Angelis collaudatur. *Mysteria introitus.*

De ingressu Episcopi. *Cap.* IIII.

Episcopus ingrediens, pacem populo porrigit; quia Christus in mundū ingrediens, pacem humano generi attulit: quā in primo parente amisit. Deinde sanctuarium intrat, inclinatus coram altari orat: confessionem faciens, Indulgentiā implorat, quia Christus Hierusalem passurus intrauit, pro nobis leuandis se in mortem inclinauit, in cœna patrē pro Ecclesia orauit, pœnitenti & confitēti Petro uel Latroni, deinde omni populo peccata donauit. Post hæc, duos sacerdotes osculatur. Quia per Christū lapidem angularem, duo parietes in una fide copulantur: Deinde cæteris ministris à dextera leuaq; pacem dabit, quia Christus pacem his qui longe, & his qui prope prædicauit. Et ab Oriente & Occidente uenientes in uinculo pacis sociauit. Altare, & Euangelium osculatur, quia passione Christi homines Angelis in pace sociantur: Per altare nanq; Iudæi, per Euangelium gentes denotantur. Post hæc

Mystica ratio cæremoniarum Episcopi ī Missa.

Luc.23.

Ephe.2.

Thuribulũ. hæc Thuribulum accipientes, altare thurificant, in
Apocal. 8. figuram Angeli, qui in Apocalypsi cum aureo Thuribulo altari astiterat. De quo fumus aromatum in conspectu domini ascendebat, quia Christus magni consilij Angelus, in ara crucis se pro nobis obtulit, cuius corpus Thuribulum Ecclesiæ fuit, ex quo Deus pater suauitatem odoris accepit, & propitius mũdo extitit. Fumus aromatum, orationes sanctorum sunt, quæ super auream aram Christum, per charitatis ardorem uel illuminationis spiritus sancti carbones incensæ, ad Deũ ascendunt. Deinde altare osculatur, quia Christus pro nostra pace in ara crucis immolabatur. Deinde Gloria in excelsis incipit, &
Gloria in excelsis. Chorus concinit, quia Christus per mortem suam gloriam Angelorum hominibus restituit, in qua sanctorum populus lætabundus laudes perstrepit. De-
Pax nobis. hinc ad populum se conuertens, Pax uobis, dicit, quia Christus à mortuis resurgens, pacem Ecclesiæ
Collecta in dextera parte. reddidit, suisq; Pax uobis dixit. Deinde in dextera parte orationem dicit, quia Christus iam à morte ad uitam transijt, nosq; de exilio in patriam transtulit. Oratio autem illa benedictionem significat, qua cœlos ascẽsurus suos benedicebat. His peractis,
Sedes. Episcopus sedere pergit, & Christus omnibus rite peractis cœlos ascendit, & in dextera patris sedens quiescit. Quidam cum Episcopo sedent, Quidam ei assistunt, quia quidam electi nunc cum Christo requiescunt, plurimi adhuc in labore ei hic seruiũt.

De Cereostatis. *Cap.* V.

EPiscopo ascendente ad sedem, Cereostata mutantur de locis suis in ordine unius lineæ, excepto primo, usque ad altare. Per Cereostata uaria dona spiritus sancti exprimuntur: Per lineam unã unitas spiritus sancti in singulis donis denotatur. A primo

primo incipit, quia spiritus sanctus à Christo procedit usq; ad altare, id est, ad corda electorũ peruenit.

De Ministris. *Cap. VI.*

DIacones qui Episcopũ præcedentes altare osculantur, designant iustos, qui ante Christi aduentum pro ueritate patiebantur. Deinde post Episcopum erecti stabunt: quia plurimi Christi uestigia sequentes, pro eo mortem subierunt. Quidam a dextris, quidam à sinistris stant, quia dextera contemplatiuam, sinistra actiuam uitam significat. In dextera stantes, sunt in contemplatiua uita Christo ministrantes, In sinistra consistentes, sunt in actiua uita Christo seruientes. Duo Diaconi uicissim uadunt altrinsecus osculari latera altaris, quia Christus misit binos discipulos ante faciem suam, in omnem ciuitatem. Osculum eorum significat, ubi intrantes dicunt, Pax huic domui. Altare corda electorum. Postea reuertuntur ad Episcopum, & discipuli reuersi sunt ad Christum, nunciantes opera signorum. Quot Diaconi sunt, tot Subdiaconi, & Acolyti esse debent. Septem Diaconi ideo sunt, quia Apostoli septem Diacones in ministerium elegerunt,

Stare in de- xtera aut sinistra.

Et quia septem dona spiritus sancti Sacramenta Missæ conficiunt. Ideo etiam septem Diaconi ministrant, quia discipuli septem post resurrectionem in piscando laborabant, quos dominus ad prædicandũ inuitabat. Per septem autem Subdiaconos, septem columnæ domus sapientiæ accipiuntur. Per septem Acolytos, septem lucernę tabernaculi, uel septem candelabra in Apocalypsi intelliguntur. Si quinque Diaconi ministrant, tunc hos quinq; designãt, qui domino in resurrectione puellæ affuerant. Quinque autem Diaconi seruiunt, quia hæc Sacramenta quinque partes scripturæ docuerunt. Vetus

Luc. 10.
Si septem Diaconi fuerint.
Act. 6.
Ioan. 21.
Prouer. 9
Exodi 25
Si quinq;
Apocal. 1
Matth. 9.

enim

enim Test. in legem & Prophetas diuiditur, Nouū in actus Apostolorum & Epistolas eorum, & Prophetiam Apocaly partitur. Quinque autem Acolyti sunt, quia quinque libri Moysi hæc testificati sunt. Tres Diaconi subministrant, significat tres Apostolos qui domino in monte transfigurato aderant. Tres Subdiaconi sunt, quia lex & Psalmi, & Prophetæ hæc Sacramenta prædixerunt Tres Acolyti sunt, quia fides, spes & charitas hæc mysteria perficiunt. Vnus Diacouus si ministrat, illum adolescentem, qui domino in passione adhæsit, scilicet * Iacobum significat, quando reiecta syndone nudus profugit. Per unum quoque Diaconum designatur Stephanus, qui solus sua morte Christum est secutus: Vnus Subdiaconus seruum, quia uniuersitas scripturæ hoc sacramentum docuit: Ab uno Acolyto seruitur, quia in unitate tantum Ecclesiæ hoc Sacramentum conficitur.

Si tres. Matth. 17 Luc. 24.

Si unus.

** Ioānem. Marc. 14. Act. 7.*

De Acolytis. Cap. VII.

ACOLYTI usque ad Kyrieeleyson lumina tenent, quia doctores illuminatores Ecclesiæ, uerbo & exemplo lumen fidelibus præbere debent, quoad usque ipsum Deum moribus inuocare incipiant, & Christum ueram lucem omnem animam illuminare cognoscant. Septem cerei, sunt septem dona spiritus sancti. Cereus in medio stans, est Christus. Deinde lumina ordinatim uersus Episcopum dispo nuntur, quia septem dona spiritus sancti per Christum Ecclesiæ tribuuntur. Acolytus qui fert Thuribulum, designat Ioseph, qui undique circumtulit Christum. Significat etiam Paulum Apostolum qui prædicando Christi odorem portauit per totum mundum. Sex uel quatuor, uel duobus ministrare nō licet, quia par numerus diuidi potest, & Ecclesia scindi

Cereus in medio Christus.

Numerus nō par, sed impar esse debet, & cur.

scindi non debet, & ideo numero Deus impare gaudet.

De Thuribulo. Cap. VIII.

Thuribulum nanq; significat corpus dominicũ. Incensum eius diuinitaté, ignis spiritum sanctum. Si est aureum, significet eius diuinitatem omnia præcellentem: Si argenteum, demonstrat ipsius humanitatem omni sanctitate nitentem. Ignis spiritum sanctum, Si est aureum, significat eius diuinitatem: Si cupreum, declarat eius carnem pro nobis fragilem: Si ferreum, insinuat eius carnem mortúã, in resurrectione mortem superantem: Si quatuór lineas habet Thuribulum, significat quatuor * electis constare corpus dominicum, quatuor uirtutibus: Prudentia, fortitudine, iustitia, temperantia fuit plenum. Quinta linea, qnæ Thuribulum abinuicem separat, designat animam Christi, quæ se in morte à corpore seqnestrauerat. Si autem tribus lineis continetur, significat quod humana caro & anima rationalis & uerbi diuinitas una persona Christi efficitur. Quarta, quæ partes diuidit, est potestas, qua animam pro ouibus in morte posuit. Si uero una linea tantum sustentatur, designat, quod ipse solus absque sorde à uirgine generatur, & solus inter mortuos liber prædicatur: Circulus cui hæc omnia innectuntur, est Deitas, à qua hæc omnia continentur, cuius maiestas nullo termino clauditur.

Mysteria thuribuli.

* *elemẽtis.*

Psalm. 87.

De secundo officio. Cap. IX.

In superiori officio de capite nostro Christo agebatur. In sequẽti uero, de corpore eius Ecclesia agitur. Quia Maria soror Moysi præfigurabat, quæ populo liberato præcinebat, & turba canticũ respondebat: Sic Episcopo residéte, Lector Epistolam in Pulpito recitat, & chorus canticum resonat: Quia Christo in cœlis residente, doctorum ordo scripturã mundo

Mysteria circa Epistolam, & graduale.

mundo intonuit, & omnis ubiq; populus laudem Christo insonuit. Altior locus ponitur Episcopo, ut superintendat & tanquam populum custodiat, ut uinitori altior locus sit, ut uineam custodiat: Sic dominus in alto cœlorum sedens, custodit, *currum suum, id est, ciuitatem suam, uidelicet, Ecclesiam. Subdiacono legente, solemus sedere. Lectio, est precatio. Sessio obauditio, respub. credētiū cōfessio Lectores & cantores sunt Domini negociatores. Subdiacono Epistolam legente, cerei, uerso ordine, ab Oriente in Occidentem rursus ponūtur, quia lumē doctrinæ ab Oriente in Occidentem, id est, per totum orbem per Apostolos diffundebatur. Per graduale concisio Ecclesiæ de Iudæis intelligitur. Per uersum, conuersio Ecclesiæ de gentibus accipitur. Per Alleluia utriusq; in fide lætitia exprimitur. Sequentia cantum uictoriæ designat, qua uictorum animæ in Deo uiuo pro sua liberatione exultant: Sicut filij Israel pro sua ereptione canticum uictoriæ canebant. Vnde quidā longā Neumā cū Organis iubilāt, quæ Iubilū uocatur, quia plausum uictorū lætantiū imitantur. Episcopus a dextris altaris sedens, uersa facie ad Chorum, laborantes intuetur, quia a dextris Dei sedens, uersa facie ad Ecclesiam, singulorum corda intuetur, & pro se laborantes remunerari pollicetur. Vnde dum Stephanus pro eo laborauit, ad adiuuandum eum * surrexit.

*atrium

Act.7.

**suspexit.*

De Cantoribus. Caput X.

CAntores, qui Choros regunt, sunt Apostoli, qui Ecclesias laudes Dei instruxerūt. Hi,q graduale cantant, significāt eos, qui in actiua uita Christo seruiunt. In gradibus cantores stabunt: quia iusti de uirtute in uirtutem in scala charitatis ibunt. Qui Alleluia cautant, designāt eos, qui in contemplatiua

Cātores in gradibus.

uitâ laudant. Hi cantantes altius cõsistunt, quia tales in celsitudinem uirtutũ cœlestia contemplando scandunt. Sequentiam Chori alternatim iubilant: quia frequentiæ angelorum & hominum in domo Dei, Deum in sæculum sæculi laudabunt.

De seruo Arante. Caput XI.

Legitur in Euangelio de seruo arante, quòd per acto opere de agro domum redeat, & post serui tium Domino suo impensum, ad conuiuium recumbat. *Lucæ.13.* Ager Dei sunt corda fidelium: Seruus arans, est ordo prædicantium. Per lectorem Epistolæ, docto res exprimuntur, Qui agrum Dei prædicando coluerunt. *Mystica interpretatio.* Per Responsoria fideles, qui per bonam operationem respondentes, fructum iustitiæ protulerunt. Aratrum est nostrum seruitium: Boues hinc inde trahentes, sunt* utriq; totis uiribus canentes. ** vtrinque* Præcentor, qui cantantes manu & uoce incitat, est seruus qui boues stimulo minans, dulci uoce bubus iubilat. Lector legem domini dat auditoribus, qui nuper uocati sunt per officia cantorum in schola Dei ad nuptias: schola dicitur uacatio, in qua siquis adhuc surdis aurib. cordis torpescit, cantor cum excelsa uoce tuba sonat in aurem eius dulcedinem melodiæ, ut excitetur. Cantores qui respondent primo canenti. Vox est auditorum quasi euigilantium & Deum laudantium. *Arare spiritualiter.* Versus est arans seruus: Per dulcedinem modulationis scinduntur corda carnalium, & se aperiunt more sulci in confessionem uocis & lachymarũ. Arat qui aratro cõpunctionis corda scindit. In lectione pascit auditor quasi quodãmodo bos: Bos ad hoc pascitur, ut in eo opus agriculturæ exerceatur. Bos est prædicator: Cantor bubulcus, qui iubilat bubus, ut hilarius aratrum trahant, scilicet instigat canentes, ut lætius canant. Terra scinditur,

quando

quando corda auditorũ compunguntur. Tales operarij, cum de agro huius mundi redeunt, æternum conuiuium cum domino suo ineunt.

Cur infra Missam sedet Episcopus. Cap. XII.

Luc.2.

Epistola ante Euangelium, sicut Ioannes ante Christum prædicauit.

EPiscopus tribus horis Missæ sedet, scilicet dũ Epistola legitur, dum Graduale & Alleluia canitur: quia Christus tribus diebus inter doctores sedisse legitur in templo. Subdiaconus, qui lectionem legit, significat Ioannem Baptistam, qui ante Christum prędicauit. Per Epistolam quippe, Ioannis prædicatio accipitur: per Euangelium Christi prædicatio innuitur, Ideo Epistola Euangelium præcedit. Et sicut Ioannes præcursor Christi memoratur, ita Epistola nunc Euangelium, quod est Christus, præcona tur. Euangelium in altiori loco quam Epistola legitur: quia Christi prædicatio dignior, quam Ioannis cognoscitur. Subdiaconus in eodem tamen Pulpito, quo & Diaconus legit, quia omnis populus Ioannē Christum esse putauit. Graduale significat uocationem Apostolorum, qua se ad Christum conuerterunt: Alleluia uero lætitiam illorum, quam de præsentia Christi & miraculis habuerunt. Sequentia uero animę eorum iubilationem, qua de missa spe exultauerunt. Nota, hic Episcopus ministros Ecclesiæ ordinat, quia & Moyses & Aaron Leuitas in ministerium tabernaculi ordinabant, & Christi.lxxij. ordinauit, quos in prædicationem destinauit.

De tertio officio & Euangelio. Cap. XIII.

IN tertio officio ad capitulum reditur, & prædicatio Christi nobis ad memoriam reducitur. Hoc officium Moyses præfigurauit, quando in montem ad dominum ascendit, & ab eo tabulas testamenti accepit. Dominus, cuncto populo audiente, mandata

propo-

proposuit, & Moyses iustitias legis eis exposuit, & populus se omnia obseruaturum respondit. Diaconus ad Episcopum uadit, librum ab altari accipit, Euangeliũ in quo diuina præcepta sunt corã omni populo legit, Episcopus sermonem faciens populo, ea exponit, & populus per Kyrieeleyson. Clerus autem per Credo in unum, se spondet cuncta seruaturum. Qualiter hoc per Christum & Apostolos sit gestum, breuiter est dicendum.

Ritus legẽ di Euangelium.

De Diacono. *Cap.* XIII.

PEr Episcopum repræsentatur nobis Christus, per Diaconum ordo Apostolicus: Diaconus qui legit est Petrus, qui pro omnibus respondit. Episcopus lecturum Diaconum benedicit, quia Christus conuocatis Apostolis benedictione eos repleuit, dũ eis potestatem super omnia Demonia dedit, & eos Regnum Dei prædicare misit. Diaconus Euangeliũ ab altari accipit, legere pergit, quia de Syon lex, & uerbum domini de Hierusalem exiuit. In hoc quippe loco altare Hierusalem designat: in qua Apostoli uerbum prædicationis à domino acceperunt, & exeuntes per totam terram prædicauerunt. Diaconus in sinistro brachio librum portat, quia sinistra præsentem uitam significat, & in hac uita tantũ prædicari Euangelium debet, quia in futura uita nullus doctrina egebit, ubi omnes a minimo usque ad maximum dominum cognoscent. Ab Australi parte in ambonem ascẽdit, quia Christus à Bethlehem, quæ est ad Austrum, Hierusalem uenit. Vnde dicitur, Deus ab Austro ueniet.

Matth. 10 *Marc.* 16. *Esaie.* 2. *Liber in sinistro brachio.* *Abacuc.* 3.

De Candelis. *Cap.* X V.

DVæ candelæ Euangelium præcedunt, quia lex & Prophetæ præcesserunt, qui Euangeliũ præ

dicauerunt.Duo candelabra,quæ præferuntur,sunt Duo præcepta charitatis, quæ per Euangelium instruuntur. Duo Acolyti qui ea portant, sunt Moyses & Helias, inter quos dominus ut sol in monte fulgebat.Dum Euangelium legitur, cerei in pauimẽto deponuntur,quia umbræ legis & ænigmata prophetarum,per lumen Euangelij ab humilibus intelliguntur.Perlecto Euãgelio candelæ extinguuntur, quia prædicante Euangelio, lex & Prophetia in litera extinguuntur, dum per lucem Euangelij spiritaliter prolatæ intelliguntur,Thuribulum ante Euangelium portatur, quia Christus odor suauitatis in igne passionis pro nobis sacrificatus prædicatur.

De Pulpito. Cap. XVI.

Locus altior pro Euãgelio: Matth.5.

EVangelium in alto loco legitur, quia in monte prædicasse perhibetur, ideo etiam in sublimi legitur, quia sublimia sunt Euangelica præcepta, per quæ altitudo cœlorum scanditur. Inter Euangelium lumen ardet, eo quòd Euangelica Doctrina Ecclesiam illuminet:Et quia uerbum Dei nobis lumen ad uitam præbet. Diaconus secundum ordinem se conuertit ad Austrum dum legit Euangelium, quia in hac parte uiri stare solent, quibus spiritualia prædicari debent: Per uiros quippe spirituales significantur, & per Austrum spiritus sanctus designatur. Nunc autem secundum inolitum morem se ad Aquilonem uertit, ubi fœminæ stant, quæ carnales significant, quia Euangelium carnales à spiritualibus uocat. Per Aquilonem quoque diabolus designatur, qui per Euangelium impugnatur. Per Aquilonem etiam infidelis populus denotatur,cui Euangeliũ prædicatur, ut ad Christum conuertatur.

Olim ad Austrum nunc ad Aquilonem legitur Euan.

De

De Salutatione & signis. *Cap.* XVII.

DIaconus cum ascendit Analogium, primum salu tat populum per Dominus uobiscum, Quia Apostoli quancunq; domũ prædicaturi intrauerunt, primũ, per pax huic domui, auditores salutauerunt. Cum Sequentia sancti Euangelij dicit, signum sanctę crucis fronti suæ, in qua sedes est uerecundiæ imprimit, per hoc se de uerbo domini non erubescere innuit. Qui enim sermones domini erubuerit, hunc filius coram patre & Angelis in iudicio erubescet. Crux quippe & Euangeliũ apud incredulos magnæ confusionis fuit opprobrium. Deinde os signat, quia uerba dei se ore confiteri pronunciat, cum ore confessio ad salutem fiat. Exin cor signat, ut spiritum elationis a se excludat, & ea q̃ ore cõfitetur, se corde credere ad iustitiam insinuat. Igitur per cordis signationem fides uerbi accipitur: per oris signationem confessio Christi intelligitur: per frontis signationem Euangelij operatio accipitur. Deinde Clerus et populus se signat & Gloria tibi domine cõclamat quia Christum crucifixum se adorare suis uerbis obedire se pronunciat: Ita dũ Apostoli uerba Dei prædicauerunt, populi Deum laudauerunt.

Lucæ. 10.

Signare frontem cruce.

Lucæ. 9.

Signare os & cor cruce.

Roma. 10.

De Baculis. *Cap.* XVIII.

DVm Euangelium legitur, baculi de manibus deponuntur. Quia prædicante Euangelio, legales obseruantiæ à populo deponebantur. Ex legis quippe præcepto, baculos manibus tenebant, qui paschalem agnum edentes ad patriam tendebant. Secundum hunc morem, cantores in officio Missæ baculos tenere noscuntur, dũ uerus paschalis agnus benedicitur, significantes, quod hi qui ad supernam patriam & ad festum angelorum cupiunt festinare, esu cælestis agni, & baculis cõtra hostes uel sentẽtijs

Baculi sub Euangelio deponendi.

Exodi. 12.

Cur portantur Baculi.

ſcripturarum, contra dæmones ſe debent defenſare. Hos inter Euangeliũ deponũt, quia cum ad Chriſtũ, quem Euangelium deſignat, peruenerint, nullis ſcripturarum ſuſtentaculis indigebunt. Per Baculos etiã ſacerdotes denotantur, per quorũ doctrinam infirmi in fide ſeſtentantur: qui baculi in Euãgelio deponun tur, Quia omnium ſacerdotum doctrinæ Chriſti Euangelio poſtponuntur. Tunc etiã uelamina capitis auferuntur: quia Chriſto Euangelizante, uelamine legis tollebantur, Et nos capita denudamus, quia reuelata facie nunc in ænigmate Deum in Euangelio uidemus. Perlecto Euãgelio, Diaconus reuertitur ad Epm, librum ei offert ad oſculandum, quem mox reponit in locum ſuum, quia Apoſtoli facta prædica tione reuerſi ſunt ad Chriſtum, ſibi etiam dæmonia in nomine eius ſubiecta retulerunt. Quaſi librum in locum ſuũ repoſuerunt, dum non ſibi ſed domino cuncta adſcripſerunt.

Nudato ca pite nudien dum.

Luca. 10.

De ſermone ad populum. Cap. XIX.

Sermo Epiſcopi ad populum.

DEinde Epiſcopus ſermonem ad populum facit, Quia poſtquã Chriſtus populo per Apoſtolos innotuit, ipſe omnibus prædicare cœpit. Epiſcopus populũ de pœnitentia & fide, & cõ feſſione inſtruit, quia Chriſtus pœnitentiã & fidẽ in Deũ, & remiſſionem peccatorum per confeſsionem, & baptiſma docuit. Poſt hæc populus Kyrieeleyſon. Et Clerus Credo in unum cantat, quia quod Diaconus legit, & quod Epiſcopus prędicauit, ſe credere affirmant: ita poſtquam Chriſtus & Apoſtoli populũ docuerũt, fide recepta, laudes Deo perſonuerunt. Interim Euangelium cum in cenſu per Chorum defertur, & ſingulis ad oſculandum porrigitur, quia Apoſtoli Chriſtũ odorẽ uitæ per mundũ portauerunt, & cũctis gentibus per uerbũ eius pacem æternã præbuerunt.

Ad oſculandũ portatur liber Euangelij.

De

De Quarto officio. *Cap.* X X.

IN quarto officio, ad corpus Christi, id est, ad Ecclesiam significatio recurrit, & eius actionem nobis exprimit, Cuius figuram olim populus Israel exprimebat, quando Moysi de monte descendenti, diuersa dona ad faciendum tabernaculum offerebat. In quo altare fiebat, super quod sacerdos sacrificia populi immolabat: Sic & de Episcopo ascendenti, populi oblationes diuersas offerunt, pro quibus sacerdos & ministri sacrificia in altari cum cantu immolabunt: Ita Christo passuro, ad Hierusalem de monte olíueti descendenti, turba occurrit, palmas floresque cum cantu laudis obtulit, pro quibus ipse se sacrificium in ara crucis obtulit. Pontifex repræsentat Christum, ministri turbam discipulorum. Populi offerentes sunt illi cum palmis occurrentes: Cantores cantantes sunt illi Osanna resonantes. *Typus in oblatiöibus. populi. Exodi. 35. Matth. 28.*

De sacrificiis. *Cap.* X X I.

QVidam de populo aurum, quidam argentũ, quidam de alia substantia sacrificant. Sacerdos & ministri panem & uinum cũ aqua immolant. Qui aurum offerunt, significant Magos, qui aurum domino obtulerunt. Qui argentum offerunt, designant eos, qui pecuniam in Gazophilatiũ miserunt. Qui de alijs rebus sacrificant, sunt hi qui domino necessaria, quæ Iudas portabat, mittebant, Et hos significant, qui per Paulum & Barnabam Apostolis oblationes Hierosolymam transmittebant. Qui panem offerunt, sunt hi, qui spiritum suum in sacrificium laudis domino impendunt. Qui uinum offerunt sunt hi, qui animas pro fratribus ponunt. Qui aquam offerunt sunt hi, qui corpus suum pro Christo ad supplicia tradunt. *Quid repræsentant diuerse oblationum species. Matth. 2. Lucæ. 21. Ioan. 12. Act. 11.*

De tribus sacrificantibus. Cap. XXII.

Triplices sunt offerẽtes.

PRimò viri offerunt, qui fortes in Christo designant: quia in primitiua Ecclesia iusti sub persecutoribus dura perpessi, uictima Christi occubuerant. Deinde fœminæ sacrificant, quæ fragiliores significant, quia tempore pacis fideles non seipsos, sed hostiam laudis domino immolant. Ad ultimum sacerdotes & ministri offerunt, qui doctores & ductores populi sunt, quia sub Antichristo fideles per diuersa tormenta sacrificiũ viuũ se Christo offerant.

De septem sacrificijs legalibus. Cap. XXIII.

Septem species oblationum uet. Testam.

Leu. I I.

SEptem autem sacrificia ab antiquis secundum legem offerebantur, quæ adhuc Christiani imitantur. Ritus nanq; Synagogæ transiuit in religionem Ecclesiæ, Et sacrificia populi carnalis mutata sunt in obseruantiam spiritalis. Sunt autem hæc, legale sacrificium, voluntarium, pro peccato, pro gratiarum actione, dona, uota, holocausta. Sacrificiũ legale obtulit, qui decimas uel primicias, vel ea quæ lex præcipit, obtulit: Sacrificium uoluntarium obtulit, quod aliquid de rebus suis Deo sponte obtulit: Sacrificiũ pro peccato obtulit, qui pro transgresso legis mandato hircum obtulit: Sacrificium pro gratiarũ actione obtulit, qui pro uictoria manus Deo obtulit: Dona obtulit, qui aliquid in ornatum templi contulit: Vota obtulit, qui in periculo belli constitutus, aliquid Deo vouit, quod postea soluit: Holocausta obtulit, qui agnum offerens, totum in altari incendit, holocaustum nanq; totum incensum dicitur.

De Sacrificio Christianorum. Cap. XXIIII.

Septẽ itidẽ obla. nou. Te.

ITa Christiani legale sacrificium offerunt, dũ decimas rerum suarum Deo dant: Voluntarium offerunt,

runt, dum de rebus suis Deo seruientibus aliquid conferunt: Pro peccato dum offerunt pœnitentia iniuncta, sacerdotibus vel religiosis, vel indigētibus aliquid impendunt: Pro gratiarum actione offerunt, dū pro dignitate, uel pro aliqua collata gratia, Deo quicquid offerunt: Dona offerunt, dum in ædificia Ecclesiarum, uel in ornatus earum aliquid conferūt: Vota offerunt, dū in bello, uel naufragio, vel aliquo periculo positi, aliquid vouent, quod liberati Deo et sanctis offerunt: Holocausta offerunt, qui sæculum relinquunt, & omnia sua vel indigentibus tribuunt, vel Monachis conferunt. Hæc sacrificia populi offerunt. Sacerdotes autem & ministri Christo institue te, panem & vinum offerunt.

De * *Sacrificio Panis.* Cap. XXV.

**Sacramēto.*

HOc Sacramentum ideo ex pane fit, quia Christus se panem uiuum astruxit, quem scriptura panem angelorum prædixit, Qui panis fit absque fermento, quia Christus fuit sine peccato. Ideo autem panis ex frumento fit, quia Christus se granum frumenti asseruit, Granum autem per trituram de theca sua excutitur, arefactum duobus molæ lapidibus molitur. Farina cribrata, aqua consperſa compastinatur, panis formatus in Clibano coctus, in candorem mutatur: Ita Christus nobile granum, cū gladijs & fustibus, de comitatu sanctorum Apostolorū, per Iudæos, quasi de theca sua excutitur: contumelijs & opprobrijs arefactus, à Iudæis & gentibus, quasi duobus lapidibus, flagellis atteritur, cribratus, conspersus compastinatur, dum a suis separatus, sanguine proprio perfusus, cruci compingebatur, in qua quasi panis in igne passionis excoctus, in immortalitatem mutabatur.

Panis Azymus typus Christi.
Psal. 77.
Ioan. 12.

Significatio de pane. Cap. XXVI.

Panis figura est corporis Ecclesiæ

IDeo corpus Christi etiam de pane fit, qui ex multis granis conficitur, quia Ecclesia corpus Christi per illud reficitur, quæ ex multis electis colligitur. Quę grana, scilicet electi, flagello prædicationis de theca ueteris uitę excutiuntur, pœnitentia arefacti, quasi duobus lapidibus moliuntur, dum duabus legibus in scrutinio minutatim imbuuntur, cribrati, consperſi compaſtinantur, dum ab infidelibus segregantur aqua Baptiſmatis renati, uinculo charitatis per spiritum ſanctum in fide copulantur, ut panis in Clibano excocti, in candorem mutantur, dum in camino tribulationis examinantur, ad imaginem Dei reformantur. Tali modo panis effecti de pane Christi reficiuntur, & inde in ęternum non moriuntur.

*De * sacrificio uini.* Cap. XXVII.

** Sacramento.*
Io. 15.
Myſterium uini.

IDeo uero hoc Sacramētum de uino fit, quia Christus se uitem dixit, & scriptura eum uinum iocunditatis aſſeruit. Vua autem in prælo duobus lignis expreſſa, in uinum liquatur, & Christus duobus lignis crucis preſſus, ſanguis eius in potum fidelibus fundebatur. Ideo etiam ſanguis Christi de uino cōficitur, quod de multis acinis exprimitur, quia per illum corpus Christi Ecclesia recreatur, quę de multis iuſtis congregatur. Hæc preſſuris mundi quasi in torculari calcatur, & Christo per paſſiones incorporatur.

*De * Sacrificio Aquæ.* Cap. XXVIII.

** Sacramento.*
Io. 19.
Apocal. 17.

IDeo autem hoc ſacramentum de aqua fit, quia aqua de latere Christi exiuit, & Ioānem Angelus aquas populos eſſe retulit. Et ideo aqua uino admi

scetur, quia populus sanguine Christi redemptus, per aquam baptismatis & per pastum huius cibi, & potum huius uini, Christo counitur. Panis autem hic in carnem conuertitur, quia Christus paschalis agnus pro nobis occiditur, & caro nostra a morte redimitur. Vinũ in sanguinem transit, quia Christus sanguinem fundens, pro nobis animã suam posuit, & animam nostram (quæ in sanguine habitat) à peccatis expiauit. Sine aqua autem hoc Sacramentũ non conficitur, quia solius populi causa hoc mysterium agitur, qui & eo quotidie reficitur. *Cur aqua uino admiscetur.*

De forma panis in Eucharistia. *Cap.* XXIX.

PAnis uero ideo in modum denarii formatur, quia panis uitæ Christus pro denariorum numero tradebatur, qui uerus denarius in uinea laboranti bus in præmio dabitur. Ideo imago domini cum literis in hoc pane exprimitur, quia & in denario imago & nomen Imperatoris scribitur, & per hunc panem imago Dei in nobis reparatur, & nomen nostrum in libro uitæ notatur.

Cur quotidie Missa celebratur. *Cap.* XXX.

ET cum Christus semel sua morte credentes redemerit, hoc tamen Sacramentum quotidie ob tres causas Ecclesia necessario repetit. Vna est causa, ut in uinea laborantes quotidie eo reficiãtur, Alia, ut hi, qui numero fideliũ quotidie associãtur, per illud Christo incorporentur. Tertia, ut memo ria passionis Christi quotidie mentibus fidelium ad imitationem inculcetur. Tali autem offertur ordine. *Tres causæ huius quotidiani sacrificij.*

De Subdiaconis. Cap. XXXI.

Subdiaconus typum Christi gerit.

SVbdiaconus calicẽ in finiſtra, patenam in dextera deſuper corporale portat, quia Subdiaconus in hoc loco Chriſtum, calix paſsionem, ſiniſtra præſentem uitam, patena crucem, dextera æternam uitam, corporale Eccleſiam ſignificat: Et Chriſtus calicem in præſenti uita paſsionis bibit, quẽ prius à ſe tranſferri patrem petijt. Per crucem autem gloriam patris intrauit, cuius paſsionẽ Eccleſia imitari non deſinit. Corporale multo labore candidatur, & Eccleſia per multas tribulationes Chriſto cõformatur. Subdiaconus noſter Chriſtus, quaſi patenam cum calice portauit quando crucem ad paſsionem baiulauit.

De Cantore. Cap. XXXII.

Duo cantores cũ uino & aqua Enoch & Heliam referunt. Apoca. 12.

VNus Cantor uinum cum Ampulla offert, alter aquam uino admiſcendam. Qui uinum offert, ſignificat Eccleſiam de Iudæis, quæ legis ritum in Chriſti ſacrificium commutauit. Qui aquam offert, Eccleſiã de gentibus, quæ populum gentilem Chriſto ſacrificauit. Hi etiam duo typum Enoch & Helię præferunt: qui Iudaicũ populũ Chriſto in ſacrificiũ oblaturi ſunt. Oblata nõ nudis manibus, ſed fanonibus multo labore candidis offertur, qui carnem ſuã uitijs & cõcupiſcentijs crucifigunt, dignè ſuſcipitur. Ampulla in qua uinum offertur, ſignificat noſtram deuotionem, quæ in uaſculi cordis portatur. Archidiaconus ad ultimum aquam in calicem fundẽs Epiſcopo offert, quia Chriſtus, quem Diaconus hic ſignificat, Eccleſiam ſibi in paſsione miſcuit, Patri in cruce obtulit: & in ultimo corpus capiti conſociabit, cum regnũ Deo & patri tradiderit.

De Oratione Sacerdotis

Post acceptū sacrificium, Episcopus se inclinans coram altari, orationem, Suscipe sancta trinitas, dicit: quia Christus ad pedes discipulorum se inclinans, post traditum Sacramentum in cœna, ante mensam stans orationem ad patrem fecit. Deinde, orate, dicit: quia Christus orare Apostolos monuit. Dehinc orationem super oblatam secreto dicit, quia Christus in monte olivueti secreto prolixius orauit, cum ei Angelus confortans cum apparuit. Spacium silentij post offertorium, illud tempus significat, quo Christus ante passionem in Hierusalē latebat, uelut paschalis agnus, quem Iudæi reclusū luna xiiij. immolabant.

1. Cor. 15. Verba minoris Canonis in Missa.

Lucæ. 22. Spacium silentij.

De Secreta. Cap. XXXIII.

Composito sacrificio, sacerdos orationē sub silētio recitat, quia idem sacrificium in sacrificio patrum obsconditum latebat. In agno quippe Abel delitescebat, in ariete Abrahæ ꝓ Isaac se occultauerat: In agno Paschali, in uitula rufa, in hirco emissario se celauerat. Tunc Pontifex offert pro populo sacrificiū, quia Christus pro Ecclesia obtulit semet ipsum. Tunc sacrificiū thurificatur, quia Christus odor suauitatis ꝓ nobis oblatus, à Deo acceptatur.

De Præfatione. Cap. XXXIIII.

Sequitur in præfatione sacrificium angelorum, qui huic sacrificio interesse in tempore creduntur. Summo enim Imperatori ut milites assistunt, & laudes suo regi concinunt. Per ter autē tria distincti, Trinitatē sacrificio laudis honorificant, & hostiam iubilationis iugiter imitati immolant: Ideo ēt hoc sacerdos alta uoce cantat, quia sacrificium Angelorum

Gene.4. 21. Nume. 19. Leuit.16.

gelorum, quod eſt laus, repræſentat.

De Sacrificio Angelorum. Cap. *XXXV.*

Concentus angelorum.

ANgeli itaq; & Archangeli maieſtatem Dei laudant, dominationes adorant, poteſtates et Principatus admirando tremunt: Cœli, id eſt, Throni & uirtutes iubilant: Cherubin & Seraphin dulciter concelebrant. Hoc ſacrificium concentus angelorũ, Dauid & Salomon ſunt imitati, qui inſtituerũt hymnos in ſacrificio domini organis & alijs muſicis inſtrumẽtis cõcrepari, & a populo laudes cõclamari. Vnde ſolemus nos adhuc ĩ officio ſacrificij organis cõcrepare. Clerus cantare, populus cõclamare. Sacrificiũ itaq; laudis Angeli immolãt, dum Sanctus, Sanctus, Sanctus cõſonant. Te, ſanctus repetitur, q̃a Trinitas collaudatur. Dominus Deus, ſemel dicitur, quia unitas ueneratur. Sacrificio Angelorũ coniungitur ſacrificium ſpirituum iuſtorum, qui Chriſti humanitatẽ adorant, et pro humani generis redemptione cantant: Benedictus, qui uenit in nomine domini. Hic hymnus partim ab angelis, partim ab hominibus concinitur, quod per Chriſtum immolatum humanum genus Angelis coniungitur. Laus quippe Angelorum eſt, Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: Pleni ſunt cœli & terra gloria tua Oſanna in excelſis. Laus uero hominum eſt: Benedictus qui uenit in nomine domini Oſanna in excelſis. In hoc cantu ſe ſignant, quia ſignum Chriſti, cui contradicitur, ſe recipere deſignant.

Sacrificium laudis, ab angelis & ſpiritibus iuſtorum.

De quatuor ordinibus. cap. *XXXVI.*

NOtandum, quod primo loco maſculi offerunt, quia primo tempore Patriarchæ ſuo ſacrificio hoc ſacrificium prætulerunt. Secundo loco fœminæ

næ offerunt, quia secundo tempore Iudæi legalibus sacrificijs hoc sacrificium præmonstrauerunt. Tertio loco sacerdotes & ministri offerunt, quia tertio tempore Apostoli ipsum sacrificium exceperunt, & hoc fideles docuerunt, qui quotidie septem suprascripta sacrificia offerunt. Quarto loco Angeli sacrificium laudis offerunt, quia post hanc uitam angeli cum beatis hominibus in sęculum sęculi Deum laudabunt. *Quid offerunt Angeli.*

De quinto officio & Christi pugna. Cap. XXXVII.

QVintum officium alis Cherubin uelatur, in quo summi Pontificis hostia, & regis gloriæ pugna repræsentatur. Hoc Moyses præfigurabat, quando in monte extensis manibus orabat, dum Iosue (qui & Iesus) cum Amalech pugnabat, deuicti regnum vastabat, ac populum cum victoriæ lætitia reducebat: Sic Christus in monte crucis, extẽsis manibus pro populo nõ credente & contradicente orauit, & uerus dux cum Amalech, id est, cum Diabolo, uexillo sanctæ crucis pugnauit, deuicti regnum uastauit, dum Infernum, superato maligno hoste spoliauit, populum de tenebris ereptum cum gloriæ uictoriæ ad cœlestia reuocauit. Hoc totum Episcopus imaginatur, & quasi Tragicis gestibus exprimere conatur. Christum nanque in cruce fixum repræsentat, dum expansis manibus Canonem recitat. Quasi cum Amalech pugnat, dum contra diabolum Christi passionem cum signis crucis simulat. Ministri autem quasi acies pugnantium utrinque ordinãtur, dum Diaconi retro Episcopum, Subdiaconi retro altare locantur. Exercitus cum triumpho regreditur, quia populus percepta communione ad propria cum gaudio reuertitur.

Orare extẽsis manibus Exod. 17.

Similitudo pugnæ.

De

De Paßione christi. Cap. XXXVIII.

Cœnaculũ ultimæ cœnæ.

IN hoc officio agitur Christi passio. Sanctuarium itaque, est cœnaculum grande stratum in hospitio Ioseph de Arimathia, quo duos homo cum lagena duxit, in quo Christus uespere cum duodecim recumbens, corpus suum tradidit. Altare crux intelligitur, in quod Corporale, in forma corporis Christi, super crucem Chrismatis distenditur. Corporale de puro lino terræ conficitur, & cum multo labore in candorem uertitur, & Christi corpus de munda uirgine nascitur, & per multas passiones in candorem resurrectionis redditur. Corporale complicatur, nec initium nec finis eius apparet, quia Christi diuinitas initio caret & finem non habet, Super quod oblata ponitur, quia caro à diuinitate suscepta, in cruce affigitur, Calix cum uino & aqua in dextera locatur, quia sanguis cum aqua de latere Christi manasse prędicatur. Cum sacerdos, Hanc igitur oblationẽ, dicit, se usque ad altare inclinet, quia ibi passio Christi inchoatur, qui se usque ad aram crucis obediens patri pro nobis inclinauerat. Deinde oblata uel calix in manu sacerdotis exaltatur, quia Cristus pro salute nostra in cruce leuatur, & sanguis eius in redemptionem nostri immolatur. Interim Diaconi retrò Episcopum stantes, figuram Apostolorum gerunt, qui in passione domini eo relicto fugerunt. Subdiaconi uero retro altare stantes, contra Episcopum aspiciunt, mulieres & notas Iesu præferunt, quæ a longe stantes eius passionem uiderunt. Ante altare sacerdos se inclinat, cũ, Supplices rogamus, dicit, quia ibi passio Christi finit, & Christus inclinato capite spiritum emisit. Infra Canonem Diaconus manus lauat, quia Pilatus in passione domini manus lauabat, dum se sic mundum a sanguine eius, quam manus ab sorde proclamabat. Sacerdos uocem leuat,

Quid Diaconi & subdiaconi repræsentant.

Matth. 27.

dum.

dum, Nobis quoque peccatoribus, dicit: designans, quòd Ecclesia de latere Christi iam formata, in confessione redemptoris erupit, dum per uocem Centurionis sic clamauit. Vere filius Dei erat iste.

De Ioseph. *Cap. XXXIX.*

DIcente sacerdote, Per omnia sæcula sæculorũ, Diaconus uenit coram eo, calicem sustollit, cũ fanone partem eius cooperit, in altari reponit, & cum Corporali cooperit: præferens Ioseh ab Arimathia, qui Christi corpus deposuit, faciem eius sudario cooperuit, in monumento deposuit, lapide cooperuit. Hic oblata & calix cum corporali cooperitur, quod Syndonem mundam significat, in quam corpus Christi Ioseph inuoluebat. Calix hic sepulchrum, patena lapidem designat, qui sepulchrum clauserat Tres articuli, scilicet, Oremus Præceptis, & Pater noster, & Libera nos quæsumus, tres dies significat, quibus Christus in monumento quiescebat.

De Nicodemo. *Cap. XL.*

ACOlytus infra Canonem patenam inuolutam tenet, quã hic Subdiacono defert, Subdiaconus Archidiacono præbet, quam ipse osculatam uni de Diaconibus ad tenendam & corpus domini in ea confringendum porrigit. Acolytus, qui patenam tenuit, formam Nicodemi gerit, qui Mirrham & Aloen ad sepulturam Domini attulit. Porro Subdiaconus & Archidiaconus cum alio Diacono patenã tenenti, tres Marias præferunt, quæ cum Aromatibus ad monumentũ uenerunt. Dum septem petitiones in oratione dominica dicũtur, Diaconi inclinati stant, communione confirmari expectant, quia Apostoli septem hebdomadas post mortem Christi firmari

Patena inuoluta.

Tres Mariæ circa sepulchrum. Act. 2.

marià ſpiritu ſancto expectabant. Subdiaconi autem interim quieſcunt, quia mulieres in Sabbato, qui ſeptimus dies eſt, ſiluerunt.

De Cruce. Cap. XLI.

Myſterium in numeris crucum.

HOc Sacramentum tantum per crucem fit, quia Chriſtus ſacrificium patris in cruce pedendit, & in cruce quadruplum mundum redemit. Sex auté ordines crucum fiunt, quia ſex diebus mundus perficitur. Senario numero corpus Chriſti conficitur. Per imparem uero numerum (qui in duo paria nó poteſt diuidi) benedicitur, quia corpus Chriſti unũ permanens non finditur. Aut enim tres cruces facimus & fidem Trinitatis exprimimus, aut per quinq; ſignamus & quinq; partitam Chriſti paſsionem denotamus. Per ſex crucum ordines cuncta mundi tempora compræhendimus, quæ per crucem Chriſto unita exprimimus.

De primo ordine crucum cap. XLII.

Tria interſtitia temporis ante legem.

IN primo ordine tres cruces facimus, ubi hæc dona dicimus, & primum tempus ante legem innuimus, quod tribus interſticijs diſtinguimus, quia unum ab Adam uſq; ab Noe, aliud a Noe uſq; ad Abraham, tertium ab Abrham uſq; ad Moyſen, diſtẽdimus In quibus iuſti in fide Trinitatis Chriſtũ à lunge ſuis ſacrificijs ſalutauerunt, & multos cruciatus in hac uita pertulerũt. In prima quippe ætate Abel Chriſtum in agno obtulit, & pro eo cruciatũ mortis pertulit. In ſecunda, Melchiſedech Chriſti carnem & ſanguinem in pane & uino obtulit, qui cruciatus bellorum ã regibus gentium, in fide Chriſti pertulit. In tertia Abraham, Chriſtum in Iſaac ſacrificauit, in ariete mactauit, quo uarios cruciatus in hac fide tolerauit.

DE

De Secundo. *Cap.* XLIII.

DE secundo ordine quinq; cruces facimus, ubi benedictam, asscriptam, dicimus, & tempus legis exprimimus, quo iusti per quinque librorum legis sacrificia Christum expresserunt, & multos cruciatus pro eius fide pertulerunt. Quinque nanque in duas partes, scilicet in ternarium numerum, & binarium soluitur, & illud tempus in duo interstitia diuiditur: Vnum à Moyse usque ad Dauid fuit, Alterum a Dauid usque ad Christum extitit. Per ternarium iudices, à Iosue usque ad Dauid, & reges à Dauid usque ad captiuitatem Babylonis, & Principes a Zorobabel usque ad Christum notantur. Per binarium uero sacerdotes, & Prophetæ significantur. Ex quibus Moyses Christum in paschali agno immolauit, qui à populo multa aduersa pro fide Christi tolerauit, quem lege prædicauit. Samuel Christum in Dauid unxit, qui uterque Christum & sacrificijs expressit, & in figuram Christi persecutionem a perfido rege Saul pertulit. Helias & alij prophetæ Christum sacrificijs, scriptis, uocibus præmóstrauerunt, & pro eius fide varia supplicia perpessi sunt.

Quinque cruces tempus sub lege designant.

De Tertio. *Cap.* XLIIII.

IN tertio ordine panem in manum suscipimus & benedicimus, & tempus gratię innotescimus, quo Simeon iam Christum natum panem uiuum in manus accepit, & gaudens benedixit. Deinde calicem leuamus & benedicimus, & tempus cœnæ exprimimus, quo Christus panem & calicem manibus eleuauit & benedixit, & inde corpus & sanguinem Apostolis tradidit. Vnde adhuc, cum uerba domini in hoc ordine recitantur, panis & uinum in corpus domini commutantur.

Consecratio panis, & vini.

De Quarto. *Cap.* *X L V.*

IN Quarto ordine quinq; cruces facimus, ubi hostiam dicimus, & illud tempus ad memoriam reducimus, quo Christus quinque uulnera in cruce accepit, & quinque sæcula redemit.

De Quinto. *Cap.* *X L V* I.

IN Quinto ordine tres cruces facimus, ubi, Omnia bona creas sanctificas, dicimus, & corpus Christi, scilicet primitiuam Ecclesiam innuimus, quæ fidem Trinitatis excepit, & multos cruciatus pro Christo sustinuit.

De Sexto. *Cap.* *X L V* II.

IN Sexto ordine quinque cruces facimus, ubi, Per ipsum, dicimus, & item corpus Christi, uidelicet Ecclesiam de gentibus exprimimus, quæ Christi quinque partitam passionem ueneranter excepit, & eam imitando patienter diuersa tormenta ꝑtulit.

De quinque ordinibus crucum. *Cap.* *X L V I I I.*

ITem per quinque ordines crucum, quinque ætates mundi designantur, quæ per crucem & Christi corpus saluantur. Vnde & in Canone q̄nquies per Christum dominum nostrum dicitur, quia per quinque vulnera Christi mundus redimitur. In sexto ordine calix cum oblata tangitur, quia Christus in sexta ætate calicem passionis in cruce pro omnibus bibisse innuitur. Cum per ipsum, dicimus, quatuor cruces super calicem cũ oblata facimus, quintam lateri calicis imprimimus, Quia Christum quatuor uulnera in manibus & in pedibus, & quintum

Cruces cum oblata super Calicem.

in latere suscepisse innotescimus. Confecto Christi corpore, labia calicis tangimus, ac per hoc, quod formato primi hominis corpore, Deus spiraculum uitæ in faciem eius spirauit, & mulierem ex eo uiui ficauit, significamus. Et ubi dicimus, Per quem, cũ quo, & in quo omnia, in faciem mortui humani generis spiritum sanctum spirauit, & ex eo Ecclesiam per corpus suum uiuificauit. Per quatuor autem partes calix tangitur, quia humanum genus in quatuor mundi dispersum partes, per quatuor partes crucis uiuificatum, in fine mundi per Christum ad uitam resuscitatur.

De numero signorum. *Cap.* XLIX.

Notandum, quod per totum Canonem xxiij. signa fiunt, quia in ueteri Testamento iusti sub decalogo legis, & in nouo Testamento iusti per decalogum legis in fide Trinitatis, huius Sacramenti participes existunt. Tribus autem digitis signa facimus, quia Trinitatem exprimimus. Quod si uiginti & tria triplicaueris, lxviiij. habebis. Profecto hoc significat, quod lxx. duæ linguæ, per superbiam dispersæ, per Christi humilitatem sunt in unum congregatæ: per crucem & passionem redemptæ, per corpus & sanguinem eius counitæ.

xxiii. signa crucis in Canone fiunt.

Linguæ 72 ad Christũ sunt conuersæ.

De Septem Sacrificij. *Cap.* L.

In Canone septem sacrificiorum actio commemoratur, quibus corpus Ecclesia capiti Christo copulatur. In primis sacrificium Innocentum, secundo Apostolorum & Martyrum, tertio Confessorum, quarto religiosorum & continentium, quinto coniugatorum, sexto in Christo defunctorum, septimo in anima mortuorum, scilicet pœnitentium.

Canonis septẽ partes, iuxta septẽ Ordines hominum in Ecclesia.

Te igitur usque communicantes, sacrificium inno-
I. centum notatur, qui se in Christi sacrificium obtu-
II. lerunt, dum pro eo immolati sunt. Communicantes
usque, Hanc igitur oblationem, sacrificium Aposto-
lorum & Martyrum repræsentant, ubi & nomina il
lorum recitantur, qui se hostiam uiuam Deo obtu-
III. lerunt, dum sanguinem suum pro eo fuderunt.
Hanc igitur usque, Quam oblationem, sacrificium
confessorum commemoratur, qui ab hæreticis mul
IIII. ta pericula perpessi sunt, & sacrificium laudis Chri
sto iugiter obtulerunt. A quam oblationem, usque
V. ad Supplices te rogamus, sacrificium religiosorum
demonstratur, qui carnem suam cum uitijs & con-
cupiscentijs crucifixerunt, & sic hostia Christi effe-
cti sunt. A Supplices te rogamus, usque Memento
domine, sacrificium coniugatorum declaratur, qui
fide & eleemosynis Christi corporis participes effi
VI. ciuntur A Memento domine, sacrificium defuncto
rum ostenditur, qui in confessione Christi migraue
runt, & fidelibus associati sunt. Sacerdos Christi
mortem repræsentat, cum se ad Supplices te roga-
mus inclinat, & post eius mortem apte commemo
ratio defunctorum agitur, qui pro eis mortuus cre
VII. ditur. A Nobis quoque peccatoribus, usque in fi-
nem Canonis, sacrificium pœnitentium exprimitur:
qui se lachrymis & pœnitentiæ doloribus Christo
in sacrificium mactant, cum se animas suas peccatis
occidisse doleant, ut in eo uiuificentur, qui pro im-
pijs mortuus prædicatur. Vnde & sacerdos ibi uo-
cem exaltat, quia pœnitentes à uocis & cordis ge-
mitu sæpius rugire constat, cum amaros singultus
Ioan. 11. ædunt: Hos dominus expressit cum Lazarum ma-
gna uoce de monumento uocauit. In hoc etiam ca-
pitulo nomina Martyrum recitantur, quia pœniten
tes uarijs cruciatibus macerantur. Per hæc septem
sacrificia corpus Christi Ecclesia conficitur, & ca-
piti

piti Christo coniungitur. Hoc per Dominicam orationem exprimitur, quæ septem petitionibus hæc sacrificia sequitur, quia per orationem & hoc singulare sacrificium, Ecclesia Christo counitur.

De quinque Orationibus. *Cap.* LI.

ORatio autem Canonis ideo in quinque distinguitur, quia oratio fidelium per quinque partitam Christi passionem, tantum exauditur. In tribus locis pro prælatis & subiectis oramus, quia Ecclesiam in doctores, continentes, & coniugatos discernimus. Quarto loco pro defunctis offerimus. Quinto, pro pœnitẽtibus petimus. Primo loco pro Prælatis offerimus, ubi dicimus, In primis quæ tibi pro Ecclesia tua offerimus, & tunc Papam & Episcopum & Regem nominamus. Pro subiectis oramus, ubi, Memento domine famulorum famularumque tuarum, recitamus, ubi & nominare possumus quos uolumus. Secundo loco pro prelatis petimus, cum, Hanc igitur oblationem nostræ seruitutis, dicimus. Pro subiectis subiungimus, cum, Et cunctæ familiæ tuæ, dicimus. Tertio loco pro prælatis supplicamus, cum, Vnde memores nos tui serui, recitamus. Pro subiectis poscimus, cum, Sed & plebs tua subiungimus. Pro defunctis sacrificamus, cum, Memento etiam domine, dicimus, ubi etiam nomina eorum recitare possumus, Pro pœnitentibus offerimus, ubi Nobis quoque peccatoribus, dicimus, Hæc omnia ideo in Canone commemorantur, quia cuncta in morte redemptoris reconciliantur.

Quinque orationes i Canone pro diuersis.

De sexto officio & Benedictione Episcopi. Cap. L I I.

SExtum officium, in quo Pontifex populum benedicit, Christi descensionẽ ad Inferos exprimit.

Benedictio Episcopi ad populum.

Deute. 33. mit. Huius rei figuram Moyses gessit, quādo moriturus filijs Israel benedixit, eductosq; de Aegypto in patriam introduci der Hiesum Naue, qui Iosue, Gene. 49. iussit. Hoc etiam Iacob moriens expressit, qui filios suos benedixit & eis de futura hæreditate multa prædixit. Has utrasq; benedictiones Christus compleuit, cum moriens ad inferos descendit, populum sedentem in tenebris uisitando benedixit, de carcere eductos cœlesti patriæ induxit. Quod Episcopus Forma benedicendi. ostendit, dum populum benedicit, moxque eum spiritali cibo reficit. Notandum autem, quod sem per ternis capitulis benedicit, & omnes, quarto scilicet, Quod ipse præstare dignetur, confirmabit. Quinto uero reliquas per benedictio Dei patris concludit, quia nimirum Deus tribus uicibus huic mundo benedixit, quarta reliquas firmauit, quinta benedictione hæreditatis possessionē dabit. Primò, Genes. 1. primis hominibus benedixit, dum eos crescere & multiplicari præcepit. Secundò, hominibus benedi- Genes. 9. xit, dum mūdo diluuio deleto Noe & suos posteros crescere & multiplicari iussit. Tertiò, per Abraham Genes. 15. Deus mundo benedixit, cū ei in benedictione Christum repromisit. Quartò, mundo benedixit, dum Lucæ ult. filium suum nobis benedicentem misit, qui cœlos ascensurus suis benedixit, per spiritum santum reliquas firmauit. Quintò, mūdo benedicet, dum patriā intraturus, ultimam benedictionem sic complebit; Matth. 25. Venite benedicti patris mei, possidete paratum uobis regnum.

De Septimo officio. Cap. LIII.

Pacis annūciatio p mortem Christi allatæ. SEptimum officium dominicam resurrectionem insinuat: quando, deuicta morte & spoliato inferno, pacem omni mundo dabat, quia iam omnia in cælis & in terris pacificauerat. Et cū suis discipulis

comedit eisq; reliquias dedit. Sic Pontifex, diabolo per spirituale bellum superato, Pax uobiscum, dicit, pacem astantibus porrigit, panem cœlestem distribuit. Hoc Iesus (qui & Iosue) figuraliter prætulit, cum introducto populo ac superatis hostibus, terrā sorte distribuit. Pontifex partem oblatæ in calicem mittit, designans, quod anima Christi ad corpus redijt. Deinde, Pax domini uobiscum, dicit. *Luca 24.*

De Pacis osculo. *Cap. LIIII.*

QVia Christus suis apparens, Pax uobis, dixit. Panem porrigit, quia Christus pacem amissam humano generis resurgens reddidit. Propter tres causas pacis osculū datur. Ob unam causam Clerus populusq; se inuicem osculantur, quia homines Domini sui gratiam, angelorumque amicitiam per Christum, qui est pax nostra, se pro meruisse gratulantur. Alia est causa, quod se per pacis osculum fratres in christo, Dei patris et Ecclesię matris filios per Christi reconciliationē demonstrāt, atque uno pane Christi (qui est Deus pacis, concordiæ & dilectionis) refici desiderant. Tertia causa est, quod sicut in osculo caro carni, spiritus spiritui coniungitur: ita omnis homo in necessitate carnis, per dilectionē proximi: in necessitare * per dilectionem Dei diligi præcipitur. Qui non tali pacis osculo fœderati, corpus Christi comedunt, ut Iudas, iudicium sibi per falsam pacem sumunt. *Luca 24.* *Osculum pacis ex triplici causa.* *Ephes. 2.* ** adde spiritus*

*De fractione * oblate.* *Cap.* *LV.* ** panis.*

OBlata frangitur, quia panis Angelorum uerus in cruce frāgitur, ut fractio peccatorum nostrorum per comestionem ipsius reintegretur. Papa oblatam non frangit, sed partem ex ea mordet, reli- *Nota*

quam in calicem mittit: quia Christus infernum momordit, & inde sumptos in Paradisum misit. Diaconus calicem tenet dū Papa sanguinem sumit, significans angelum qui Christo surgente, lapidem de monumento tulit. Communicato sacerdote, mox calix de altari tollitur, quia Christus resurgens ultra non moritur, & corpus eius in sepulchro non inuenitur. Diaconus sanguinem distribuit: quia angelus resurrectionem domini innotuit. Subdiaconus corpus domini accipit à Diacono, & fert presbyteris frangendum populo, designās, quod mulieres uerba de resurrectione Christi ab angelo perceperunt, & Apostolis detulerunt, ipsiq; omni populo prædicando distribuerunt. Cum Apostolicus ab altari descendit, populus communicat, quia cum Christus ab ara crucis descendens, a morte resurgit populus æterna gloria participat. Episcopus oblatam frangit, quia Dominus panem in Emaus discipulis fregit. In tres partes oblatam diuidit, sibi una retenta, duas Diacono & Subdiacono tribuit, quia dominus fracto pane unam partem sibi, duas Cleophæ & Lucæ diuisit.

Distributio corporis, & sanguinis christi.

Episcopus oblatam in tres partes frangit. Lucæ 24.

De tribus partibus oblatæ. *Cap.* *L V I.*

Quid significant tres partes oblatæ.

Oblata nō integra sumitur, sed in tria diuiditur, unum in calicem mittitur, aliud à sacerdote consumitur, tertiū in pixidem morituris ad uiaticū reponitur, quia corpus domini est triforme: Illud quod de Maria sumptum, à morte resurgens, cœlos penetrauit, & illud quod adhuc in electis laborat in terra, & illud quod in sepulchris iam pausat. Pars in calicem missa, est corpus domini iam sumptum in gloria. Pars à sacerdote uel à populo comesta, est corpus Christi, id est, Ecclesia adhuc laborans in terra. Pars in altari relicta, est corpus domini in sepulchris quiescens, id est, Ecclesia in Christo mortua,

per

per unionem corporis Christi resurrectura.

De tribus communicationibus. Cap. LVII.

PRimitus Episcopus communicat: quia Christus coram Apostolis partem piscis assati, & fauum mellis manducabat, reliquias eis dabat. Deinde ministri communicant, quia dominus cum discipulis ad mare Tyberiadis procedebat. Post hoc populus communicat, quia dominus ascensurus, cũ multitudine discipulorum comedebat. Corporale plicatur, quia sudarium inuolutum inuenitur. Agnus Dei & cantus in communione, significant lætitiam fidelium de resurrectione Christi. Oratio, quam postea Episcopus dicit, est benedictio, qua dominus ascensurus fideles benedixit. Diaconus se ad populum uertit, Ite missa est, dicit significans angelos, qui Apostolos alloquentes, eos abire iusserunt, atque eis Christum ad iudicium rediturum prædixerunt. Clerus Deo gratias respondet, & populus abit, quia credentes, uisa ascensione Christi, gratias egerunt, In Hierusalem redierunt, in templo quotidie Deum benedixerunt. Benedictio, quem Papa uel sacerdos post Missam super populum facit, est spiritualis benedictio, quam spiritus sanctus in die Pentecostes fidelibus attulit, quando credentes omni benedictione spirituali repleuit. Et illam ultimam benedictionē exprimit, per quam Ecclesia thalamũ sponsi sui intrabit. His peractis Episcopus, ad propria regreditur, quia & Christus, legatione sua peracta, in gloriam patris reuertitur: Sic Ecclesia omnibus adhuc agendis rite, peractis, ab hoc exilio per Christum eripitur, & in cælestem Hierusalem inducetur. Corporale in altari remanet, quia mundicia castitatis in sacerdotibus permanere debet. Per altare quoq; Christus, per Corporale Ecclesia designatur, quæ hic & in futuro

Lucæ 24. *Ioan. 21.* *Marc. ult.* *Act. 1.* *Vltima sacrificantis Benedictio.* *Corporale cur remanet in altari.*

futuro perenniter in Christo permanere affirmatur.

De Dominico pane. *Cap.* LVIII.

Populus hodie non communicat ut olim.

FErtur, quod olim sacerdotes de singulis domib⁹ uel familijs farinam accipiebant, quod adhuc Græci seruant, & inde Dominicũ panem faciebant, quem pro populo offerebant, & hunc consecratum eis distribuebant. Nam singuli farinam offerentium, Missæ interfuerunt, et pro his in Canone dicebatur: Et omniũ circumstantium, qui tibi hoc sacrificium laudis offerunt. Postquam autem Ecclesia numero quidem augebatur, sed sanctitate minuebatur, propter carnales statutum est, ut qui possent, singulis dominicis, uel in Dominica, uel summis festiuitatibus, uel ter in anno communicarent, ne ante confessionem & pœnitentiam pro aliquo crimine iudiciũ sibi sumerent. Et quia populo non communicante, non erat necesse, panem tam magnum fieri, statutum est, eum in modum denarij formari: Et ut populus pro oblatione farinæ denarios offerret, pro quibus dominum traditum recognosceret. Qui tamen denarij in usum pauperum, qui membra sunt Christi, cederent, uel in aliquid quod ad hoc sacrificium pertinet.

Panis ĩmodum denarij formatus.

De oratione super populum. *Cap.* LIX.

STatutum quoq; est, ut panis post Missam benediceretur, & populo pro benedictione communionis partiretur, hocq; Eulogia dicebatur. Sed quia hoc in Quadragesima fieri non licuit, orationem super populum dici Ecclesia statuit, ut per hanc particeps communionis sit.

De

De processione publica. *Cap. LX.*

NVnc ut legentium uel audientium mentibus quiddã dulcedinis infundatur, aliquid de processione dicamus. In Missa quidem agebatur Christi pro nobis in mũdum legatio: In processione agitur nostra ad Patriam reuersio. Per processionis itaque solẽnitatem, imitatur Ecclesia populi Dei de Aegypto egredientis iocunditatem, Qui signis & prodigijs liberatus, ad montem Sinai peruenit, ibi accepta lege & facto tabernaculo, quasi quadã processione ad terram promissionis tetendit. Populus nanque armatus incedebat per Turmas, signa & uexilla anteferebant. Læuitæ tabernaculum gerebant, sacerdotes tubis clangebant. Arca fœderis à sacerdotibus portabatur, & Aaron summus sacerdos decoratus, & Moyses dux populi cum uirga sequebatur. Ciuibus in uia Amalech cum exercitu occurrit, iter armis obstruere uoluit, Cum quo Iesus pugnans uictor extitit, populo iter ad patriam aperuit: Qui Iesus normam nobis processionis dedit, qui cum Arca omnique populo Ierico circuiuit, sacerdotalis ordo tubis cecinit, populus clamore personuit, Ierico corruit, & uictor populus regnum obtinuit. Populus à Pharaone per Moysen ereptus est, Christianus populus à Diabolo per Christũ redemptus. Tabulæ testamenti a monte accipiuntur, & libri Euãgelij ab altari ad portandũ sumuntur. Populus ibat armatus, quia populus Christianus uadit fide & Baptismate signatus. Præ turmis illorum signa ferebantur, & ante nos cruces & uexilla portantur. Eos columna ignis præcessit, & nos candelæ lumen pręcedit: Ille populus sanguine aspergebatur, Iste aqua benedicta aspergitur. Leuitæ tabernaculum fœderis portauerunt, & hic Diaconi & Subdiaconi plenaria & capsas gerunt. Arca testamenti a sacerdotibus portabatur

Exitus israel de Aegypto. *Exo. 12.*

Declaratio huius Typi in facto.

tabatur, hic ſcrinium uel feretrum cum reliquijs a presbyteris portatur. Aaron ſummus ſacerdos ſeq-tur ornatus, & apud nos Epiſcopus, ſummus ſcilicet ſacerdos, ſequitur infulatus. Rex ſi adeſt cũ ſceptro rector populi, ſignificat Moyſen cum uirga du ctorem populi. Si Rex non aderit, tunc Pontifex utrunque exprimit: Moyſen, baculum portando: Aaron, mitra caput uelando. Clango tubarum exprimitur per ſonum campanarum. Cum ad aliam Eccleſiam proceſſionem facimus, quaſi ad terrã repromiſſionis tendimus. Cum Eccleſiam cantantes intramus, quaſi gaudentes ad patriam peruenimus. Cum circa Monaſterium, ſcrinium uel feretrum cũ cantu & compulſatione ferimus, quaſi cum Arca Ierico, cum ſono tubarum & clamore populi circuimus. Ierico coram nobis corruit, cum mundi concupiſcentiæ in cordibus noſtris aruerint. Ideo quippe crucem præcedentem ſequimur, quia Chriſtum crucifixum in omnibus ſequi præcipimur. Et nullus ad eum peruenire poterit, niſi qui ſe mundo u tijs, & concupiſcentijs crucifixerit. Dauid quoque & Salomon ad proceſſionem nos informauerunt, qui arcam Dei hymnis & canticis produxerunt: Et Dauid in tabernaculum. Salomon in templum ſub alas Cherubin repoſuerunt. Cum Eccleſiam cum ſcrinio intramus, quaſi Arcam in templum cum gaudio portamus, & cum Chriſto atque Eccleſia, quod utrunque Arca deſignat, cœleſtem aulam nos intraturos clamamus. Arca ſub alas Cherubin ponitur, & à populo laus concinitur: quia Chriſti humanitas inter ſummos ordines angelorũ, Cherubin & Seraphin locabitur, & a turba angelorũ & hominum perenni iubilo adorabitur.

Proceſſionis exẽpla ex vete. Teſtamen.

Ioſu. 6.

2. Reg. 6.

3. Reg. 8.

Pugna ſpiritualis in Miſſa.

Miſſa quoque imitatur cuiuſdam pugnæ conflictum, & uictoriæ triumphum, qua hoſtis noſter Amalech proſternitur, & uia nobis ad patriam per Ieſum

ſum panditur. Ieſus quippe Imperator noſter, cum diabolo pugnauit, & cœleſtē Rempublicam ab hoſtibus deſtructam, hominibus reparauit. Qui cum poſſet producere xij. legiones angelorū, uelut lxxij. millia militum, inſtruxit tantum agmen xij. Apoſtolorum, & expugnauit lxxij. genera linguarum. Pontificis nanq; & Cleri populiq; proceſſio, eſt quaſi Imperatoris & cuiuſdam exercitus ad bellum progreſſio. Hi cum ſubtus albis deſuper cappis, uel alijs ſolennibus ueſtibus induuntur, quaſi milites pugnaturi ſubtus loricis, deſuper clipeis muniuntur. Cū de Choro exeunt, quaſi de regia curia cunei ꝓdeunt: Quaſi Imperiale ſignū, & uexilla à ſigniferis anteferūtur: Cū ante nos crux & uexilla gerunt, quaſi duo exercitus ſequuntur, dū hinc inde ordinatim cantātes gradiuntur. Inter quos uadunt Magiſtri, & præcentores, quaſi cohortium ductores, ac belli incitatores. Sequuntur Priores, quaſi exercitus duces atque agminum ordinatores. Procedit Pontifex cum baculo, quaſi Imperator cum ſceptro. Aute Pontificem portantur ſancta, ſicut ante regem Imperialia. *Ioan.* 18.

INDEX

INDEX CAPITVM MICROLOGI.

MICROLOGVS
DE MISSA RITE CELEBRANDA.

Aurificus.

VCTOR huius Libelli qui Micrologus, siue, ut alijs placet, Ioannis Micrologus nuncupatur, floruit circa annum Domini 1800. sub Gregorio huius nominis septimo, & episcopali fuit dignitate ornatus. Scripsit etiam librum de Ecclesiasticis obseruationibus quem nuper Coloniæ prælo traditum vidimus. Si quis plura de hoc Auctore desiderat, Pamelij præfationem eo in loco perlegat.

INCIPIT MICROLOGVS de ecclesiasticis obseruationibus. In primis de officio Missæ. Caput I.

RESBYTER, cum separat ad Missam, iuxta Romanam consuetudinem decantet Psalmos istos. Quã dilecta, Benedixisti, Inclina domine, credidi: Deinde Kyrieeleyson, Pater noster, cũ precibus: & oratione ꝑ peccatis. Videlicet, ut intus & exterius summo sacerdoti placere ualeat; quẽ cum sacratissima *Accessus altaris.*

oblatione

Confessio oblatione sibi, omnibusq; Christianis placare desiderat. Paratus autem, intrat ad altare, & facit confessionem: quia scriptum est, Sapiens accusator est sui a principio. Et antiquæ legis sacerdotes, Primū pro se, deinde pro populo offerre solebant. Interim cantatur Antiphona ad Introitum, quæ ab Introitu sacerdotis ad altare, hoc nomen meruit habere. Hanc ad introitum Cœlestinus Papa, in ordine quadragesimus quintus, dici instituit: cum usque ad eius tempora, ante sacrificium tantum Epistola Pauli legeretur, & Euangelium. Letaniæ, quæ sequuntur, propter ipsa Græca uerba, a Græcis assumptæ creduntur.

Proue. 18.

Introitus

Cælestinus Papa. 45.

De Gloria in excelsis. Et Dominus uobiscum. Cap. II.

IN omni festo, quod plenum habet officium, excepto intra aduentum domini, & Septuagesimam: & Natale Innocentum: tam presbyter quam Episcopus, Gloria in excelsis, dicunt. Quod etiam nunquam post Meridiem legitur dicendum, nisi in cœna domini, ubi Chrisma conficitur, & in Sabbatis Paschæ: & Pentecostes. Deinde uersus ad populum, dicit: Dominus uobiscum, Respondetur, Et cum spiritu tuo. Notandum ex his uerbis, plures esse debere respondentes, & unum salutantem: Si cut enim ineptè responderetur. Et cum spiritu uestro: cum unus esset salutator: sic incongruè salutatur per Dominus uobiscum, cum unus tantum assit uel nullus. Hoc utique beatissimi patres Apostolici: Anacletus, à Beato Petro quintus, & Soter, in ordine tertius decimus, Decretis suis firmauere, ut sacerdos semper tertius esset, dum Missas celebraret. Zacharias item, uir Apostolicus, in ordine nonagesimus tertius, constituit, ne sacerdos ad celebranda

Dominus uobisum.

Vide Damianum supra de hac re et opuscu lum nostrū. c. 16.

Anacletus Papa V. a Petro.

Zacharias Papa. 93.

Miſſarum ſolemnia, cum baculo intraret, nec uelato capite altari aſtaret. Sancti quoque patres in Aurelianenſi Concilio, capitulo tertio, conſtituerunt, ut* ſalutationes ſacerdotis, non ſolum Clerici, & Deo dicari, ſed & omnis plebs conſona uoce reſpondeat.

Concil. Aurelianẽſi.

** Salutationi.*

De prima oratione in Miſſa. *Cap.* III.

SEquitur oratio, quam Collectam dicunt, eo quòd ſacerdos, qui legatione fungitur, pro populo ad dominum, omnium petitiones ea oratione colligat, atque concludat. Illæ tamen orationes, ſpeciales Collectæ uocari poſſunt, quæ apud Romanos ſuper* Collectam populi fiunt, dum colligitur, ut procedat de una Eccleſia in aliam, ad ſtationem faciendam, Vt in capite ieiunii illa oratio. Concede quæſumus: apud ſanctam Anaſtaſiam ſupra collectam populi dicitur, qui ſtationem apud ſanctam *Sauinam celebraturus eſt.

Collecta unde dicitur.

2. Cor. 5.

**collectũ populum.*

**Sabinam*

De numero orationum. *Cap.* IIII.

IVxta Romanum ordinem non niſi unam orationem ante lectionem dicere deberemus, ut Amalarius in Prologo libri ſui de officijs, ſe ab ipſis Romanis didiciſſe fatetur. Hoc utique & inſtitutio officiorum exigere uidetur: ut ſicut ad unam Miſſam, unam Lectionem, & unum Euangelium legimus, item unum Introitum, immo unum officiũ cantamus: nihilominus & unam orationem dicamus. Sed hoc iam pauci obſeruant, immo plures in tantum multiplicant orationes, ut auditores ſuos ſibi ingratos efficiant, & populum Dei potius auertant, quam auditores ad ſanctificandum illiciant. Hoc autem ſapientioribus multum diſplicet, quia

Vna tantũ Oratio olim Amalarius

Hodie multiplicantur orationes.

etsi aliquando antiquam traditionem alijs morigerando excedunt, in ipsa tamen sua excessione modum tenere, & aliquam rationem attendere solent. Vnde & in Missa, & si non semper, una tantum oratione sint contenti, septenarium tamen numerum in orationibus raro excedunt. Quem utique numerum nec Dominica oratio excedit, quæ cum solis septem petitionibus omnia corpori & animæ necessaria comprehendit. Hoc itaque summopere solent obseruare, ut in Missa aut unam, aut tres, aut quinque, aut septem, orationes dicant. Vnam, propter Romanam traditionem: Tres, quia dominus ante passionem suam ter orasse legitur: Quinque, propter quinquepartitam eius passionem, in cuius commemoratione eadem celebramus officia: Septem, quia & Apostoli septem petitiones Dominicæ orationis ad consecrationem eorundem mysteriorum frequentasse leguntur. In natiuitate tamen domini, ad Missam in mane Romani orationẽ de sancta Anastasia adiiciunt, quia stationem in Ecclesia eiusdem Martyris ad eandem Missam agunt, Et nos quoque illos in illa adiectione imitantes, licet non eandem adiectionis occasionem habere uideamur. Rarissime quidem diligentiores officiorum obseruatores, alios in orationibus numeros admittunt, nisi quos & nos supra competenti mysterio insignitos notauimus.

Numerus Orationum

De Authenticis orationibus. *Cap. V.*

Alias quoque orationes, nisi antiquas, & Gregorianas difficillimè admittunt, utpote, quas in antiquioribus, & emendatioribus Sacramentarijs maxime inueniunt. Nam Octauum Affricanæ prouinciæ Concilium (cui S. Augustin. immo CCXVII. sancti patres interfuerunt) capitulo XVI.

Vt approbatæ sint orationes.

XVI. ita conſtituit. Nullæ preces, uel orationes, uel Miſſæ, uel præfationes, uel commendationes, uel manus impoſitiones, dicantur, niſi in Concilio fuerint probatæ. Item tertium Carthaginenſe Concilium (cui idem S. Auguſtinus interfuit) Capitulo XXIII. Nullus ad altare, patrem pro filio, uel filium pro patre, nominet, ſed ſemper orationem ad patrem dirigat, nec qualibet oratione utatur, niſi probata. Oratio quidem ad patrem dirigenda eſt, iuxta domini præceptum, qui diſcipulos ſuos ita inſtruxit, cum eum interrogarent, qualiter orare deberent. Cum ſtabitis (inquit) ad orandum, dicite: Pater noſter, qui es in cœlis, &c.

Conci. Carthag. 3

Vt ad patrem fiant.

Lucæ. 11.

Matth. 6.

De concluſione ſiue confirmatione orationum. Cap. VI.

CONcludimus autem orationes, Per dominum noſtrum, patrem fideliter adorando per filiũ, iuxta eiuſdem filij præceptum, qui in Euangelio ita præcepit. Vſque modo non petiſtis quicquam in nomine meo: Petite & accipietis, qui & effectum noſtris petitionibus, ſi per ipſum rogauerimus, promittit, dicens. Quodcunque petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis, Vnde & orationes plurimas uel pene omnes ſatis congrue ita concludimus: Per Dominum noſtrum. Pauciſſimæ enim inueniuntur, quæ pro competentia ſenſus, alia concluſione finiantur. Vt illa: Præſta quæſumus omnipotēs Deus ut natus ſaluator: Qui tecum uiuit & regnat. In qualibet autem cōcluſione commemorationem S. Trinitatis obſeruare ſolemus, iuxta quod in emēdatioribus Sacramentariis expreſſum inuenimus. Sciendum autem in illa uſitata concluſione, Per dominum noſtrum, quod Romanus ordo, & antiquiſſima exemplaria nomen Dei interponunt, ubi dici-

Per dominũ noſtrũ.

Ioan. 16.

Trinitatis cōmemoratio in omnibus Collectis.

Hoc nomē. Deus nō debet omitti ī concluſione

tur. Qui tecum uiuit & regnat Deus: Quod tamen moderni post nomen spiritus sancti subiungere solent. Et hæc utique consuetudo etiam apud Romanos usque quaque adeò inualuit, ut antiquę traditionis executio, iam non sine scandalo locum habere possit: quod iuxta Apostolum & Euangelistam, in tam leuibus causis, summo studio deuitare debemus.

Rom. 14. *Matth. 18.*

Iterum de conclusione seu confirmatione orationum. Cap. VII.

Cōclusio in exorcismis.

SEcundum Romanam authoritatem, nullam orationem, per eum qui uenturus est, concludimus, nisi exorcismum, in quo diabolus per diuinum iudicium, ut a creatura Dei discedat, exorcizatur, siue adiuratur. Nam in aliis orationib. quas, per dominum nostrum, concludimus: patrem, ut nobis per amorem filii sui subueniat, imploramus. In exorcismo autem, Diabolum per Dei iudicium, ut aufugiat, increpamus. Omnes autem astantes, iuxta antiquam sanctorum patrum traditionem, in signum confirmationis, Amen, subiungere debent: ut communem orationem, quam sacerdos pro omnibus domino libauit, confirment. Vnde & in ipsa secreta, Per omnia sæcula sæculorum, altius dicit, ut præmissa oratio per Amen a populo possit confirmari.

Amē ab astantibus dicendum.

De epistola ad Missam legenda. Cap. VIII.

SOlis subdiaconibus, inter inferiores gradus Romana autoritas concedit, ut sacris uestibus induti, Epistolam legant ad Missam. Quod tamen non ex eorum consecratione, sed potius ex Ecclesiastica concessione meruerunt habere & obtinere.

re. Vnde & rationabilius eſſe uidetur, ut ſacerdos ſibi ipſe epiſtolam legat, quàm ut aliquem nondum ordinatum adſciſcat ſibi ad legendum. *Nota*

Nam beatus Hormiſda, à ſancto Petro quinquageſimus tertius Papa, capitulo tertio, illum depoſuit, quicunque non ordinatus officium ordinati uſurpauerit, quod utique, nec ex conſecratione, nec ex Eccleſiaſtica conſuetudine unquàm promeruit. Canones etiam, alios niſi adhoc ordinatos in Eccleſia legere, uel in pulpito Pſallere, uel Alleluia dicere, uel alicubi exorcizare, in diuerſis Conciliis prohibuere. Nihil autem obſtat, quin ſacerdos in Miſſa inferiorum ordinum officia, ſi neceſſe fuerit, expleat, quem & omnes inferiores obtinere conſtat, qui & in Miſſa ſacris ueſtibus eſt indutus, ſine quibus iuxta Romanum ordinem miniſtrare non debemus. Vnde & congruentius ipſe ſibi officium Subdiaconi repræſentat, quam quemlibet inordinatum, nec ſacris ueſtibus indutum, hoc explere permittat. *Hormiſda Papa. LIII* *Ne quis nõ ordinatus legat epiſtolam.*

De Euangelio in qua parte ſit legendum: Cap. IX.

Diaconi quoque officium in Miſſa, nihilominus & ipſe conuenientius explebit, quàm alius, qui ſanctis ueſtibus non fuerit indutus. Nam etiam Diaconus tempore oblationis & lectionis alba indutus eſſe debet, iuxta Quadrageſimum primum Carthaginenſis Concilii capitulum: Cui Sanctus Auguſtinus, immo ducenti, Septem & decem ſancti patres interfuerunt. Iuxta Decretum Anaſtaſij Papæ, non ſedetur dum Euãgelium legitur: quæ reuerentia (ut aiunt) & Apoſtolicæ lectioni apud Græcos exhibetur. Diaconus, cum legit Euangelia, iuxta Romanum ordinem in ambone uertitur *Verſus meridiẽ olim legebatur Euangeliũ.*

ad meridiem, ubi & masculi conueniunt: non ad Aquilonem, ubi fœminæ consistunt. Ad principalem enim sexum merito uertitur, cui (ut apostolus instituit) infirmior sexus domi docendus committitur. Quod autem presbyteri ad legendum Euangelium, non se ad meridiem uertunt, Hoc ideo inoleuisse credimus, quia nec ordo illis iniunxit, ut in ambonem ad legendum sicut Diacones ascenderent, ubi necessario ad masculos potius, quam ad fœminas se uertere deberent. Nam iuxta Ecclesiasticam consuetudinem ad altare legunt, ubi nulla aduersitas auditorum approximat, quæ legentes magis in hanc partem, quam in aliam conuerti exigat. Nusquam ibi fœminæ, sed soli religiosi ad dexteram & ad sinistram permittuntur astare. Ad sinistrum uero cornu altaris habent librum, cum legunt Euangelium, cum sacrificãt, ut in dextera parte sint expeditiores ad suscipiendas oblationes, siue ad conficienda altaris Sacramenta. Vnde ad Aquilonem magis quàm ad meridiem uersi uidẽtur cum annunciant Euangelium.

1. Timo. 2.

In altari legitur Euangelium in sinistra parte.

Hinc utique illa usurpatio emersisse uidetur, ut etiam Diacones in Ambone, contra Romanum ordinem se uertant ab Aquilonem, potiusque ad partem fœminarum, quàm masculorum uertere non uereantur. Quæ usurpatio iam adeo inoleuit, ut apud plerosque quasi per ordinem teneatur. Sed quia certissimè contra ordinem est, & inhonesta, à diligentioribus ordinis seruatoribus merito refutatur. Ordo quippe præcipit, ut qui lecturus est Euangelium, crucem sibi faciat in fronte, uidelicet iuxta Augustinum, in sede ipsius uerecundiæ, ut eliminata omni uerecundia, cum Apostolo non erubescant de Euangelio Christi, qui se in fine de illo erubiturum prædixit, quicunque eum hic uel uerba eius coram hominibus erubuerit. Faciat etiã

Vsurpatio, ꝙ in ambone legitur Euangeliũ in sinistra parte.

Signare cruce frontem.

Roma. 1.

sibi

ſibi in pectore crucem, ne aliqua ſuggeſtio Diaboli eum impediat, quin puro corde Euangelium Dei annunciare ualeat. Presbyter cum legit Euangeliũ Romano more, planetam in dexterum leuat humerum, ut expeditum ſe terrenis affectibus eſſe demonſtret ad Euangelizandum. Eadem quoque ratione Diaconi cum legunt, planetam in ſiniſtro tantum humero ponere uidentur. Item, Romanus ordo pręcipit, ut incenſum ſemper præcedat Euangeliũ, cum ad altare ſiue in Ambonem portatur. Non autem concedit, ut oblatio in altari thurificetur, quod & Amalarius in prologo libri ſui de officiis, Romonos deuitare fatetur: quãuis modo a pluribus, immo pene ab omnibus uſurpetur.

De oblatione in altari componenda. *Cap.* X.

FInito Euangelio, ſtatim eſt offerendum, dum offerenda canitur, quæ nomen ab oblatiõe mutuauit. Nam ordine præpoſtero deinceps offertur, poſtquam, propoſita in altari oblatione, ſacerdos populum hortatur ad orandum. Sanctus Alexander, quintus à Beato Petro, inſtituit, ut panis tantum & uinum aqua mixtum, in ſacrificio domini offeratur: Quia de latere domini ſanguis & aqua profluxit. Vnde S. Cyprianus, in calice (inquit) dominico, aqua uino, deeſſe non debet, ne populus qui per aquam iuxta Apocalypſim Ioannis ſignificatur, a Chriſto ſeparatus eſſe uideatur. Ita autem iuxta Romanum ordinem, in altari componenda ſunt, ut oblata in corporali poſita, calix in dextrum latus oblatæ ponatur, quaſi ſanguinem domini ſuſcepturus, quem de latere Dominico profluxiſſe credimus. Nam oblatam, ſiue panem in uerum Chriſti, corpus, ſicut & uinum in ſanguinem domini conuerti non dubitamus. Solent autem presbyteri, dũ

Lib. 2. Epiſto. 3.

Quomodo oblata & calix in altari locari debent.

fine miniſtris offerunt,oblata depoſita in altari, abſcondere patenam ſub corporali. Et fortaſſe ideo, quia iuxta ordinem & Acolytus eam debet tenere inuolutam inter ſacrificandum. Cooperitur quoq; calix,non tam cauſa myſterii,quàm cautelę, uſque dum finito Canone dicitur:Oremus præceptis ſalutaribus moniti. Diſcooperitur,dum leuatur,ubi dicitur.Accepit & hunc præclarum calicem, & ibi, Per ipſum,& cum ipſo,& in ipſo. Et hoc fortaſſe ideo,quia cautius leuatur ſine operimento, quam coopertus.

Cur calix cooperitur.

Quid ſuper oblationem ſit dicendum. Cap. X I.

COmpoſita autem oblatione in altari dicit ſacerdos hanc orationem,iuxta Gallicanum ordinem. Veni ſanctificator omnipotens ſempiterne Deus,benedic hoc ſacrificium,tuo nomini præparatum:Per Chriſtum dominum noſtrum.Deinde ante altare inclinatus,dicat orationem, non ex aliquo ordine,ſed ex Eccleſiaſtica conſuetudine: Suſcipe ſancta Trinitas hanc oblationem, quam tibi offero, in memoriā paſſionis,reſurrectionis,aſcēſionis,Quæ utique oratio, à diligentioribus ordinis, & comprobatæ conſuetudinis obſeruatoribus, tàm pro defunctis, quàm pro uiuis ſola frequentatur, qui & ſi multotiens plurimorum conſuetudini cedant,tamen ſuperflua ſummopere deuitant.Romanus tamen ordo, nullam orationem inſtituit, poſt offerendam ante ſecretam. Erectus autem presbyter populum hortatur ad orandum, & ipſe poſt finitam ſecretam,præfationem orditur in Canonem, in qua ſupernorum ciuium ordines merito connumerantur,quia eiſdem myſteriis, quæ ibi conficiuntur,iuxta atteſtationem ſanctorum patrum, intereſſe creduntur,Vnde & Angelicus hymnus, id eſt, Sanctus,

Oratio ſup oblationem dicenda.

Supernorū ciuium ordines ī præfatione.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, subsequitur, quem Beatus Sixtus, in ordine octauus constituit, ut ante sacrificium diceretur. Hunc autem hymnum & ipse sacerdos cum aliis necessario dicere debet, ne seipsum sua prece uideatur priuasse, qui & suas & aliorũ uoces admitti angelicis laudibus deprecatus est in præfatione. Iuxta Romanum ordinem nunquam Missam absq; lumine celebramus, non utiq; ad expellendas tenebras, cum sit clara dies, sed potius in typum illius luminis, cuius Sacramenta ibi conficimus, sine quo & in die palpabimus, ut in nocte.

Sixtus Papa.

Cur Missa non absque lumine celebratur.

Quid auctum sit in Canone. Cap. XII.

ORationem, quam Canonem, siue actionem, propter regularem Sacramẽtorum confectionem, Romano more appellamus, quis composuerit aperte non legimus, nisi quòd Sanctus Gregorius quendam scholasticum illam composuisse testatur. Multa tamen eidem Canoni à sanctis Patribus inserta legimus, sicut à sancto Alexandro, Papa in ordine quinto, ipsius Dominicæ passionis commemoratio interseri iubetur. Item, sanctus Gregorius Papa primus, Diesque nostros in tua pace disponas, usque dum, Per Christum dominum nostrum. Et magnus Papa Leo, sanctum sacrificium immaculatum, Hæc in Canone addiderunt. Idem quoq; Gregorius Dominicam orationem Canoni se adiecisse in registro suo asserit, ubi quibusdam idem murmurantibus, humili responsione satis fecit, inconueniens esse asserens, ut oratio, quam scholasticus composuit, ad oblationem diceretur, & illa prætermitteretur, quam ipsi Apostoli, ex institutione Dominica, in confectione eorundem Sacramentorum usitasse crederentur. In summis quoq; festiuitatibus, quædam Canoni in illo loco, ubi dicitur, Communicantes

Author Canonis.

Alexander
Gregorius

Leo
Oratio Dominica a Greg. addita in Canone.

Quædã alia superaddita

nicãtes, uel, Hanc igitur oblationem, interponimus: Quæ ex antiquioribus & emendatioribus Sacramẽtarijs interponenda esse dicimus, uidelicet, In Natiuitate domini, in Epiphania, in Cœna, in Pascha, in Ascensione, in Pentecoste. Huiusmodi interpositiones efficiunt, ut illud communicantes, apertius per se, quasi in Catholica communione manentes, intelligamus, quod ad subsequentium sanctorum communionem ipsum referamus. Nimis autem temerarium uidetur, ut nos aliqua Canoni ad libitum nostrum, adijciamus, nisi quæ à sanctis patribus adiecta, uel adijcienda esse cognouimus, præcipue, cum inter ipsos patres nulli aliquid adiecisse legantur, nisi qui & Apostolica auctoritate præditi, hoc facere potuerunt. Optimum igitur uidetur, ut in hac causa terminos patrum nostrorum non excedamus, nec nos Apostolicę auctoritatis reos efficiamus, si quod soli Apostolicæ potestati conuenit, Canonem nostris interpositionibus augmentare præsumamus.

Ne quid additur Canoni ꝑpria authoritate nostra.

Prouer. 22

Quid superfluum sit in Canone. Cap. XIII.

INterponere solent quidam ibi suas orationes, ubi dicitur, Memento domine famulorum famularumque. Et ante commemorationem defunctorum, item post nomen domini Papæ siue proprij Episcopi, adijciunt. Et omnibus Orthodoxis, Catholicæ & Apostolicæ fidei cultoribus, sed superfluò. Nam ordo statim in sequenti uersu ubi dicitur, Memento domine famulorum famularumq; nobis concedit, ut omnium uiuorum commemoremus, quoscunque uoluerimus. Item post pauca addit, Pro quibus tibi offerimus, cum in antiquioribus & ueracioribus Sacramentariis, non nisi sub ꝑsona offerentis ibi reperiantur. Item ibi. Vnde & memores domine nos tui serui, Natiuitatem domini

Nomina superfluo adiecta.

Non Natiuitas, sed mors christi cõmemoratur ibi.

mini commemorantes, cum iuxta Apostolum in eiusmodi sacrificio, non Natiuitatem domini, sed mortem eius annunciare debeamus. Vnde & sanctus Ambrosius in libro Sacramentorum, Quotiēs cunque offerunt sacrificium, mors dicitur, Resurrectio Domini significatur. Quod & sanctus Augustinus sua attestatione affirmat. Quapropter & nos ibi tantum passionis, resurrectionis, & ascensionis commemoramus. Hæc igitur omnia, quæ nos & adiectiua notauimus, ille proculdubio superflua & eradenda iudicabit, quicunque antiquiores & emēdatiores Sacramentarios diligenter inspexerit. Sciendum autem quod Romana authoritas nomina uiuorum fidelium internumerare permittit, ubi dicitur. Memento domine famulorum famularumque. Similiter & defunctorum, ubi iterum dicitur, Memento domine & eorum nomina. Aliorum uero sanctorum nomina annumerare non debemus, nisi quos antiquitus in Canone descriptos inuenimus, excepto post Pater noster, in illa oratione, ubi iuxta ordinem quantumlibet sanctorum nomina internumerare possumus. Et hoc quoque notandum est, quod personæ prælatorum & subiectorum in Canone distinguuntur. Vbi enim domini Apostolici siue Episcopi nostri nomen assumimus, de prælatis agere uidemur. De subiectis nobis statim in sequenti uersu, ubi dicimus. Vnde & memores domine nos serui tui, de prælatis: & illud, Sed & plebs tua sancta, de subiectis agere non dubitatur.

Artē discamus, sed usum teneamus, ne scādalum excitetur aut contentio.

Internumerare nomina in Canone.

De signis quæ super oblatam fiunt. Cap. XIIII.

DE signis autem, quæ super oblationem à diuersis diuersæ fiunt, nos ab Apostolica sede potissimū formam sumere decreuimus, unde totius Christianæ religionis ordinem & originem suscepi-

A sede Apostolica sumi debet forma

suscepimus. Nam & illi sedi nostræ temporalem Deus gubernatorem, reuerendæ, inquam memoriæ Gregorium Papam imposuit, qui sub decem suis antecessoribus, à puero Romæ nutritus & eruditus omnes Apostolicas traditiones diligentissime inuestigauit, inuestigatas studiosissime in actum referre curauit. Hunc ergo doctorē, religione & autoritate præcipuum, immo etiam Apostolicam traditionem per ipsum in consecrandis mysterijs potissimum, imitari debemus * uel decreuimus. Sicut nos per ipsum, & per Episcopos, qui eum imitati sunt, accepimus. Imparem numerū semper in dispensatione signorum super oblationem obseruamus, uidelicet, unam crucem, uel tres, uel quinq;, faciendo, et hoc utiq; non sine certi causa mysterij. Nam in una & tribus, trinum Deum intimamus. In quinq; autem quinquepartitam domini passionem significamus, Merito autem impar numerus in Ecclesiasticis officijs frequentatur, quia nunquam in duo æqualia, unitate impediente, diuiditur: sicut unitas sanctæ Ecclesiæ nullatenus eam in duo secari patitur. In primus, ubi dixit, hæc dona, hæc munera, tres cruces tantum, super panem, & uinum communiter facimus, nec unquam panem à calice separamus in consignatione, nisi ubi separatim nominantur in Canone. Ita autem illa communiter signamus, ut erecta pars crucis tantum super panē: transuersa autem super calicem protendatur. Nam erecta pars crucis Dominicum corpus sustinuit, transuersa autē ipsius brachia sustinuit, & extendit. Vnde & calix congrue sub brachio eius collocatur, quasi de latere Dominico sanguinem Dominicum suscepturus. Cum dicimus, Hanc igitur oblationem, usque ad altare inclinamur, ad exemplum Christi, qui se humiliauit usque ad mortem crucis pro nobis. Erecti autem cum dicimus, Benedictam,

Greg. VII. dicit hic.

* *Vt Impar semper numerus in crucibus seruandus est.*

Cur impare numero utitur Ecclesia.

Tres cruces super panē & calicem comuniter.

Inclinatio usque ad altare.

Ascriptam,

Ascriptam, Ratam, tres cruces super utrunq; simul facimus. Non enim hic sola oblata signanda est, ut quidam faciunt, sed utrunque, quia utrunque significatur in oblatione. Nam sequitur, Vt nobis fiat corpus & sanguis, subauditur oblatio. Et hoc cum dicitur, quarta crux super panem, & quinta super calicem separatim imponitur. Cõgrue autem prius tres tantum cruces super utrunq; facimus, licet quinq; dictiones ad signa facienda æque pollentes haberemus, id est, Benedictam, Ascriptam, Ratam, rationabilem, acceptabilem: uidelicet, ut quinarium numerum non excederemus, et quintam crucem super calicem, quasi quinti uulneris indicem, unde sanguis profluxit, competenter faceremus. *Mysterium de quinque crucibus.*

De Acceptione oblationis in manus. Cap. XV.

DEinde panis in manus accipitur, & antequam deponatur in altare, benedicitur. Item & calix eleuatus, ante depositionẽ benedicitur. Nam et ipse dominus in Euangelio utrunque benedixisse legitur, antequam dimitteret e manibus. Accepta enim in manibus, benedixit postea discipulis dedit. Item, ubi dicitur, hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, tres cruces super utrunque simul facientes: quia & utrunq; simul eisdem uerbis intelligimus. Quartam autem super panem, & quintam super calicem separatim insignimus. Iterum sanguinem dominicum de latere dominico profluentem designantes. *Benedictio oblatæ & calicis.* *Quinq; cruces post eleuationem factam.*

De commemoratione dominicæ passionis. Ca. XVI. *Commemoratio passionis in canone.*

NOtandum autem, per totum Canonem, Dominicę passionis commemorationem potissimũ actitari, iuxta domini præceptum in Euãgelio. Hæc (inquit) *Matth. 26.*

(inquit) quotienſcunq; feceritis, in mei memoriã
1. Cor. 11. facietis. Et illud Apoſtoli. Quotienſcunq; , inquit, hoc ſumpſeritis, mortem domini annunciabitis.
Expanſio manuum. Vnde & ipſe ſacerdos per totum Canonem in expanſione manuum, non tam mentis deuotionem, quam Chriſti extenſionem in cruce præſignat, Iuxta illud. Expandi manus meas tota die. Non ergo
Eſaiæ. 65.
Roma. 10. digiti ſunt contrahendi ſemper, ut quidam pro nimia cautela faciunt. Male enim cauti ſumus, ſi Chriſtum ſummo opere ſequi nõ ſtudeamus. Con gruũ ergo eſt, ut manus expandamus infra Canonem: Hoc tamẽ obſeruato, ne quid digitis tãgamus præter domini corpus. Notandum quoq; , in ipſo Canone quinquies. Per Chriſtũ dominum noſtrũ, haberi, & in ipſa quinaria cõcluſione cõgrue quinariam domini uulnerationem intimari. Presbyter autem raro remittere manus ſolet, niſi cum neceſſario propoſitam oblationem benedicere ſolet.

Presbyter rurſus ſe inclinat. Presbyter etiam humiliationem domini uſq; ad crucem (ut prædiximus) indicat, cum ſe uſq; ad altare inclinat, dicendo. Hanc igitur oblationem. Statim enim in ſequentibus narrationem de dominica paſſione creditur, cuius Typus uſq; , ad Supplices te rogamus, obſeruatur: Ibi uidelicet ſe ſacerdos iuxta altare inclinans, Chriſtum in cruce inclinato capite ſpiritum tradidiſſe ſignificat.

De commemoratione mortuorum, et reliquis obſeruantiis, uſque ad finem Canonis. Cap. XVII.

POſt mortem Chriſti in cruce, commemoratio mortuorum aperte ſubiungitur, quia nec aliorũ defunctorum commemoratio agenda eſt, niſi eorũ qui in morte Chriſti redẽpti ſunt, & in Chriſto uitam hanc finierunt. Cum autem ſacerdos uocem
Matth. 27. exaltat, dicens. Nobis quoq; peccatoribus, Illum

Cen

Centurionem designat, qui uisa morte Christi uocẽ exaltauit dicendo, Vere filius Dei erat iste. Tres uero cruces super corpus & sanguinem communiter facit, tum dicens, Sāctificas, Viuificas, Benedicis, in honorem sanctæ Trinitatis. Postea cum corpore, dominico Quatuor cruces super calicem facimus, dicendo, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso, & quintam in latere calicis, uidelicet iterum uulnus dominici lateris significando. Vnde & calicem ex eodem latere cum oblata tangimus, iuxta Romanum ordinem. Multi tamen tres tantum cruces super calicẽ, & duas in latere eius faciunt: sed uidetur incongruũ, cũ Christus nullũ uulnus in latere habuit prę ter unũ. Sed reuerendæ memoriæ Gregorius Papa, fecit (ut prædiximus) quod B. Anselmus, Lucensis Episcopus, ita ab eo se didicisse testatus est, & hoc ita obseruauit semper, nobisque itidem obseruandum firmissime inculcauit. Cum dicimus: Per omnia sęcula sæculorũ, corpus cũ calice leuamus, & statim in altari deposita cooperimus, Quia et Ioseph corpus dominicum de cruce leuauit, & in sepulchrum positum lapide operuit. Huc usque calix pro cautela coopertus uidebatur, deinceps aũt magis pro mysterio operitur, quia sicut Christus tres dies in sepulchro fuit opertus, ita et nos corpus domini & calicem cooperimus, usq; dum tres articulos orationis expleamus: Quippe præfationem dominicæ orationis, & ipsam Dominicam orationẽ, & illam quæ sequitur: Quæ Embolis Dominicæ orationis nuncupatur. Iuxta Romanum ordinem cũ dicitur, Et ab omni perturbatione securi, accipit Archidiaconus a Subdiacono patenam, nudam, quã Acolytus tenuit inuolutam, & osculatam, dat uni ex Subdiaconibus tenendam, ad confractionem in ea faciendam. Vnde & sacerdos sine ministro, ad eundem locum eam sub corporali absconditam resumit.

Quinq; cruces cũ corpore Domınico.

Corpus domini cũ calice modicum leuari.

Cur calix operitur.

Patenæ usus.

resumit. Et osculatam in altari deponit, ut hostiam in ea confringat. Cum autem dicit Per dominum nostrum, rumpit hostiam ex dextro latere iuxta ordinem, ad designandã dominici lateris percussionẽ. Deinde maiorem partem in duo confringit, ut tres portiones de corpore dominico efficere possit. Nam unam in calicem faciendo crucem mittere debet, cum dicit. Pax domini sit semper uobiscum, ad designandam corporis & animæ coniunctionem, in resurrectione Christi. Alteram uero ipse Presbyter necessario sumit, ante calicis participationem, iuxta Dominicam institutionem. Tertiam autem communicãtibus, siue infirmis necessario dimittit, nec hoc utique sine certi causa mysterij. Tripliciter enim corpus domini intelligitur. Vnum quod resurrexit à mortuis, quod significat particula in sanguinem missa: Aliud, quod adhuc uiuit in terra, significatum per particulam a sacerdote consumptam. Tertiũ, quod iam requiescit in Christo, quod etiam a tertia particula in altari reseruata apte figuratur, quam uiaticum morientium appellare solemus.

Hostiæ diuisio.

Tres partes hostiæ.

Corpus Christi tripliciter consyderatur.

De pane & fractione, & communicatione.
Cap. XVIII.

POst immissionem autem panis in calicem, iuxta Romanum ordinem, sacerdos dicit sub silentio: Fiat commixtio & cõsecratio corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Beatus Innocentius Papa in ordine quadragesimus secundus, cõstituit, pacem dari post confectionem Sacramentorum. Cum pacem damus, dicere solemus, Pax tecum, Et cum spiritu tuo. Congrue autem pax datur ante communionem, quia iudicium sibi manducat & bibit, quicunq; non prius fratri suo repacificatus, cõmunicare præsumpserit. Sergius Papa, in ordine octoge-

Quare ante cõmunionem datur Pax.

octogesimusſextus, conſtituit,ut in tempore confractionis dominici corporis, Agnus Dei, a Clero & populo decantetur, ut ille uidelicet nobis propicietur, cuius corpus ibi confringi uidemus & credimus. Facta autem confractione, omnes debent communicare interim, dum Antiphona cantatur, quæ de communione nomen mutuauit, cui & pſalmus ſubiungendus eſt cum Gloria patri, ſi neceſſe fuerit. Sciendum autem, eandem Antiphonã, ſẽper eundem Pſalmum cum Introitu habere, ſi non habet proprium, de quo ſumpta uideatur. Orationem, quam inclinati dicimus, antequam communicemus, non ex ordine, ſed ex religioſorum traditione habemus, ſcilicet hanc: Domine Ieſu Chriſte, qui ex uoluntate patris Item illud, Corpus & ſanguis domini noſtri Ieſu Chriſti. Quod dicimus, cum aliis Euchariſtiam diſtribuimus. Sunt & aliæ multæ orationes, quas quidam ad pacem & communionem priuatim frequentant. Sed diligentiores antiquarum traditionem obſeruatores, nos in huiuſmodi priuatis orationibus, breuitati ſtudere docuerunt, potiuſque publicis precibus in officio Miſſæ occupari uoluerunt. Nam Beatus Innocentius Papa, ſcribens ſancto Auguſtino & Aurelio epiſcopis, aſſerit, quod nos plus communibus & publicis, quam ſingularibus & priuatis orationibus proficere poterimus.

Oratio cõmunicatur.

Aliæ orationes.

De uitanda intinctione. Cap. X I X.

NOn eſt autem authenticum, quod quidam intingunt corpus domini, & intinctum pro complemento communionis populo diſtribuunt. Nam ordo Romanus contradicit, qui & in Paraſceue uinum non conſecratum, cum Dominica oratione & dominici corporis immiſſione iubet conſe-

Communio in paraſceue.

crare, ut populus plenè communicaret. Quod utique superfluo præciperet, si intinctum dominicũ corpus a priore die seruaretur, & ita intinctum populo ad communicandum sufficere uideretur, Iulius quoque Papa in ordine trigesimussextus. Episcopis Aegypti scribens, huiusmodi intinctionẽ penitus prohibet, & seorsum panem, & seorsum calicem, iuxta Dominicam institutionem, sumenda docet. Vnde & Beatus Gelasius Papa, in ordine quinquagesimusprimus, scribens quibusdam Episcopis, excommunicari illos præcepit, quicunque, sumpto corpore dominico, a calicis participatione se abstinerent. Nam (ut ipse in eodem Decreto asserit) huiusmodi Sacramentorum diuisio, sine grandi sacrilegio prouenire non poterit. Postquam omnes communicauerint, dicit sacerdos sub silentio hanc orationem. Quod ore sumpsimus, &c. Qua finita, sequitur oratio siue orationem post communionem dicendæ, quæ eodem numero & ordine orationibus ante lectionem, siue Secretis ante præfationem dictis debent respondere. Quæ utique orationes, non pro his, qui communicaturi sunt, sed qui iam communicauerint, iuxta proprietatẽ sui nominis agunt. Ergo & ante ipsas communicare non negligant, quicunque earundem orationum benedictione foueri desiderant. His ita finitis, subsequitur, Benedicamus domino, uel, Ite Missa est: si tamen aliquod festum fuerit, quod Gloria in excelsis habere debuerit, Respondent omnes, Deo gratias, iuxta Apostolum, pro collatis officiis agentes.

De conse. dist. 2. c. cõperimus.

Orationes post communionem.

Repetitio de superioribus. Cap. XX.

VT autem de superioribus aliquantulum repetamus, postquam resurrectionem domini sacerdos denotauerit, per communionem corporis & san-

& sanguinis Christi, subsequenter etiam populo pacem offerre debebit:sicut & Christus post resurrectionem discipulis suis pacem dedit,dicens, Pax uobis.Fractio oblationis illam fractionem panis no bisinsinuat, quam dominus post resurrectionem suam cum discipulis suis inisse legitur. *Lucæ 24.*

Hos etiam,post ultimum conuiuium, ab eis discessurus in cœlum,benedixit. Vnde & sacerdos populo,iam cito discessurus ab eo in sacrarium, uoce Diaconi,per Ite missa est,denunciat ut discedat: In figura Angelorum, qui discipulis discendente domino ab eis,dixerunt. Viri Galilæi quid statis:aspicientes in cœlum &c.Quo audito,discipuli adorãtes dominum,reuersi sunt in Hierusalem cum gaudio magno:Sic & populus, relata Deo gratiarum actione,ad propria cum gaudio reuertitur. *Ite Missa est.* *Act.1.*

De benedictione post Missam. Cap. XXI.

PRius tamen ab Episcopo benedicitur si adest. Sinautem,a Presbytero qui Missam celebrauit: Quamuis Beatus Damasius Papa hoc presbyteris non licere dicat, ubi de uana Chorepiscoporum superstitione tractat,si tamen nos mendositas exemplaris non fefellit. Sed magnus Leo Papa, & Beatus Gelasius papa,eius successores,in Ecclesialticis officiis eruditi apprime,in Decretis,ubi diligẽtissime q̃d p̃sbyteris liceat, uel nõ liceat, describũt: nullatenus illis benedictioné sup̱ populũ,nisi Episcopo præsente, interdicunt. Beatus quoque Hieronymus,sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis presbyter,qui sub Beato Damaso Papa, & post ipsum usque ad Sextum successorem suum, Ecclesiasticis institutis studiosissime inuigilauit, Ipse, inquam,Rustico Narbonensi Episcopo de Ecclesiasticis ordinibus scribens,Presbyteros, a benedictio *Presbyteri absente episcopo benedicunt populo.* *Hieronymus ad Rusticum.*

ne ſuper populum non prohibendos eſſe aſſerit. Si (inquit) Presbyter Chriſtum conſecrat, cum in altario Dei Sacramenta benedicit, benedicere populum non debet, qui Chriſtum meruit conſecrare? Et poſt pauca. Hoc in Eccleſiis presbyteri tui faciant, quod Romæ ſui, quod in Oriente, quod in Affrica, quod in Hiſpania, quod in Britannia, quod in Gallia, quod in omnibus locis ubi humilitas perſeuerat. Ex his coniicere poſſumus, Beatum Damaſum Papam huiuſmodi benedictionem presbyteris illicitam aut penitus non dixiſſe: Aut ſi dixit, Eccleſiaſticam tamen conſuetudinem in hoc præualuiſſe, præcipue, cum ipſius uerba ita posſint intelligi, ut presbyteros doceret, quid eis ab Epiſcopali authoritate concedi poſſet, non ignorarent. Sic enim confirmatio Neophitorum, penitus ſeparata eſt ab officio presbyterorum, quam tamen ſanctus Gregorius Papa, primus huius nominis, quibuſdam Presbyteris conceſſiſſe legitur, ſcribens Ianuario Caranitano Epiſcopo. Item & ſuſceptionem pœnitentium, non ex ſua conſecratione, ſed ex Epiſcoporum conceſſione, presbyteri meruerunt habere. Quod illum non latebit, quicunque ordinem conſecrationis eorum, ſiue ſtatuta ſanctorum patrum, diligenter inſpexerit. Agathenſe quoque Concilium, capitulo XLIII. benedictionem ſuper populum Presbyteris prohibere uidetur, ſed hanc prohibitionem de Epiſcopali tantum benedictione factam interpretantur, quæ utique benedictio iuxta XVIII. Toletani Concilij capitulum, & iuxta atteſtationem Sancti Auguſtini ad Paulinum Epiſcopum, ante communionem populo à ſolis Epiſcopis debet impendi. Si quis uero de ipſa benedictione, de qua agimus, dictum putauerit, ſententia tamen Prouinciali concilii tam generali Eccleſiaſticæ con-

Quid presbyteris episcopi cõcedere poſſunt.

Greg. I.

De benedictione ſuper populũ dicenda.

ſuetudini

suetudini præiudicare non potetit. Ideo autem huiusmodi benedictio fortasse antiquitus presbyteris interdicta est, quia ad Episcopale officium pertinere uidebatur, & Ecclesiastico conuentui nondum adeo necessaria reputabatur. Nam soli communicantes confectioni Sacramentorum antiquitus intererant, quibus & oratio post communionem, quæ pro solis communicantibus instituta est, pro benedictione potuit satisfacere. Apud modernos autem, cum iam populus communicare cessaret, nec tamen diuinis mysteriis se subtraheret, necessario permissum est, ut à presbytero benediceretur, ne tam benedictione, quàm communione priuatus discedere uideretur. Siue autem ea occasione, siue alia presbyteris permitteretur ab Episcopis, Adeo tamen in usum iam usquequaque deuenit, ut nequaquam absque graui scandalo a presbyteris in populo prætermitti possit, nisi forte Apostolica sedes synodaliter & generaliter prohibere uoluerit.

Quid Sacerdos agat post Missam.
Cap. XXII.

Finitis omnibus, * osculatus Presbyter altare, dicens. Placeat tibi sancta Trinitas hoc obsequium * serui N. deinde sanctis uestibus se exuens, cantat hymnum trium puerorum, iuxta quod sancti patres in quarto Toletano Concilio decreuerunt, capitulo xiiij. uidelicet ut excommunicationi subiaceret, quicunque sacerdos eundem hymnum post missam dicere negligeret. Psalmum quoque: Laudate dominum in sanctis eius, in gratiarum actione subiungens: Cum Pater noster, & uersibus ad hoc competentibus concludit eam

**osculatur. Recessus altaris.*
**seruitutis nostræ.*

cum oratione illa, Deus qui tribus pueris. Sciendum iuxta Decreta Pontificum, quod presbytero non licet coram Epiſcopo, niſi eo iubente uel ſacrificare, uel populum benedicere, uel ſalutare, uel exhortari. Vnde cum legit Euangelium coram Epiſcopo, benedictionem petit ab eo. Item cum uult ſacrificare, inclinat ſe Epiſcopo pro conceſſione, cui etiam cum populo inclinat, pro ultima benedictione.

* * *

F I N I S.

NVCLEVS

NVCLEVS DE SACRIFICIO MIS-

ſæ,ex elucubratione ſolida R.P. Petri Abbatis quondam Clumacenſis.

AVCTORIS, VITA ex Tritemio.



ETRVS Abbas Cluuiacenſis ordinis S. Benedicti, uir in diuinis ſcripturis iugi exercitatione doctus, ingenio placidus, ſermone dulcis, atque compoſitus, & ad perſuadendum,ſatis idoneus: conuerſatione deuotus, & laudabilis, ac regularis obſeruantiæ zelator inſignis, nomen ſuum ſcribendo poſteris notificans ad utilitatem legentium quædam deuota compoſuit opuſcula, de quibus iſta feruntur.

Reuelationes multorum lib. 1.
De conuerſatione hæremitica lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1.

Alia quoque nonnulla edidit, quæ ad notitiam meam, nondum uenerunt.

Aurificus.

Præſertim opuſculum hoc quod quidem ſuum eſſe, recentiores conſtantisſimè tueretur. claruit circa An. Do. M. 100.

ELEN-

ELENCHVS CAPITVLORVM NVCLEI.

DEVM

DEVM SACRIFICIIS AB INITIO *mundi semper cultum fuisse.* Cap. I.



Deo debentur sacrificia.

Icite quæso, cur sacrificia Christiana uobis Christianis (si tamen hoc estis) non placent, cum signo sacrificiorum semper suos Deus ab alienis secreuerit: cum diuinam seruitutem, ab humanis obsequijs hoc signo discreuerit: Cum honorem creatori singulariter debitum, ab eo honore, quo se inuicem rationalis creatura præuenire iuxta Apostolum debet, hoc maxime signo distinxerit. Recolite antiqua sæcula, generationem sanctorum, ab Adam usque ad Christum discutite: inuenietis aut nullos aut raros absque ritu sacrificiorum Deum coluisse: quia quicunque iustitia Deo placebant, statim eum sacrificiorum ueneratione colebant. Videbitis certè primum illum & iustum Abel Deo munera offerentem, Deum super eius munera inflammantem. Noe post diluuium, noui sæculi primordia, sacrificijs dedicantem. Abraham post uaccam triennem, capram trimam, & arietem trium annorum, turturem quoque & columbam quæ Deo obtulit, etiam filium colligatum in altare superstruem lignorum, ad immolandum collocasse, sed ne uota compleret, ab ipso qui hoc præceperat, prohibitum fuisse. Post Abraham offerentem & Isaac oblatum, uidebitis & Iacob motum uisione Dei & Angelorum, in diuinitatis, quam uiderat, honorem erexisse lapidem, & fudisse oleum desuper: ac dixisse, Vere Dominus est in loco isto: & hæc domus Dei est, & porta cœli. Cognoscetis in terra Hus, hoc est, inter gentiles, cui non erat similis suo tempore super terram: simplicem & rectum Iob diluculo consurgentem, & pro singulis filiis holocausta offerentem, dicentemque, ne forte peccauerint filii mei.

Roma. 1. — *Semper fuere sacrificia.* — *Gene. 4.* — *Gene. 8.* — *Genes. 15. & 22.* — *Gene. 28.* — *Iob. 1.*

Deum

Deum in lege uarijs cultum eſſe ſacrificijs. Cap. II.

PRocedetis inde uſque ad magni Moyſi tempora, & totam Hebræorum ſtirpem (de qua ſaluator, cui repugnatis, ſecundum carnem naſciturus erat (inuenietis a Deo per Moyſen ſacrificiorum diuerſis ritibus & innumeris ſubſtratam, & pro peccato, & pro delicto, pro purgatione, pro emundatione, boum, uitulorum, agnorum, ouium, arietum. hircorum, turturum, columbarum, diuerſorum quadrupedum, & uolucrum, hoſtias penè aſſidue offerentem, in tantum, ut (iuxta quod Apoſtolus ait) ſine ſacrificijs, & ſanguinis effuſione, non fieret remiſſio peccatorum. Legite Leuiticum, ſi tamen uel eius nomen uobis notum eſt, immo legite totum Pentateuchum, qui lex proprie dicitur, totamque Veteris teſtamenti ſeriem recenſete, quæ docebit quod ignoratis, ſanctis Regibus, Ducibus, Prophetis, ſacerdotibus, Deum per ſacrificia frequenter reſponſa dediſſe, eique hoſtias eorum gratas, acceptasque fuiſſe, aut fumo quo adumbrabat, aut nebula qua tegebat, aut igne quo abſumebat, aliiſque indiciis declaraſſe. Hinc in Salomonis dedicatione & ſacrificio, quando ouium Centum millia, boum xx. millia oblata ſunt, per nebulam gloria domini impleuit domum domini. Hinc ſuper Heliæ holocauſtum cœleſtis flamma deſcendens, non ſolum bouem oblatũ, ſed & ligna altaris & lapides uſque ad cinerem conſumpſit, talique ſigno acceptum Deo Heliæ ſacrificium monſtrauit. Hinc in conſecratione Eremitici tabernaculi legitur. Poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum teſtimonij, & gloria domini impleuit illud, nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & maieſtate domini coruſcante, quia cuncta nubes operuerat.

2. Para. 7. Salomon. *3. Reg. 18. Helias.* *Tabernaculum Moſaicum.* *Exod. 40.*

Quod profecto tabernaculum, non nisi ad adorandum Deum & sacrificandum ei, ab ipso Deo, per
Esaiæ. 6. Moysen constructum, erectum, & sanctificatum fuerat. Hinc Esaias in uisione quamuis spirituali, solij excelsi & eleuati, post alata Seraphin & clamantia, Sanctus, Sanctus, Sanctus: Cõmota sunt (inquit) superliminaria cardinum a uoce clamantis, & domus impleta est fumo.

Deo placere sacrificia, tanquam seruitutem sibi debitam. cap. I I I.

Deo placuisse antiquorum sacrificia.

HAbetis si aduertitis, antiquorum sacrificia in tantum deo placuisse, ut non solum ipsa, sed & loca in quibus fiebant, construeret, benediceret, consecraret: & constructa, benedicta, consecrata, fumo, nebula, igne, aliisque (ut dixi) indicijs glorificaret. Neque enim sacrificia propter templum uel altare celebrantur, sed templum & altare propter sacrificia construuntur, consecrantur, ornantur, glorificantur. Ipsa uero sacrificia ad illum tantummodo referuntur, cui soli absque alio compar-

Augu. ad Deo gratias episto. 49. quæst. 3. To. 2.

ticipe exhibentur. Hæc enim sacrificiorum seruitus, hic soli deitati deferendus honor, hic diuino tantum nomine exhibendus cultus, omnem pro creatore respuit creaturam: quia sicut incommunicabilis est maiestas cui offertur, sic omnem respuit communionem etiam quod offertur.

Quid designant sacrificia.

Signatur ac seruitutis proprietate soli Deo subditus homo, ut nihil supra se iuxta originis suæ conditionẽ, nisi Deum intueatur, à quo solo se initiũ, & in quo deficiẽtem finem se habere cognoscens, ut auctori, rectori, remuneratori subdatur, seruiat, obediat. Signatur hoc exteriori obsequio interior animi affectus: qui nullatenus agnosceretur, nisi signis extrinsecis iudicaretur: Signatur hoc officio

utra-

utraque hominis substantia subiecta Deo, ut cum illa deuotione Deum amplectitur, ista operatione Deo famulatur, totus homo ei subiectus esse monstretur: & ut ueraciter dicere possit. Nonne Deo subiecta erit anima mea? & cor meum & caro mea exultauerunt in Deum uiuum. *Psalm. 61. Psalm. 83.*

Nulli creaturæ sacrificandum esse: sed Deo soli.
Caput IIII.

IDcirco nulli creaturæ non dico inanimatæ, non dico insensibili, non dico irrationali, sed nec ipsi rationali, & beatæ, sacrificiis honorari concessum est. Non angelo, non homini, nec ipsi altissimo ordini Seraphin hoc datum est, quia signum, quod inter mortales, conditoré à conditis secernit, merito semper incommunicatum permansit. Nouerãt hoc beati Apostoli Barnabas & Paulus, qui uolentes sibi sacrificare Lycaonios, cum detestatione prohibuerunt, & quia hostias iam parauerãt, uestimenta sciderunt. Sciebant hoc nulli concessum: sciebant etiã minaciter ab ipso Deo prohibitum, qui tam de his, qui non Deo sacrificant, quàm de his, quibus sacrificant, per scripturam suam ait. Sacrificans diis eradicabitur. Nisi domino soli. Et in diis Aegypti faciã ultionem. Et de utrisque. Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Nam superbi & à Deo refugæ spiritus, diuinitátem Deo inuidentes, sibi usurpantes, ut cæcos homines, & lõge exilij sui tempore Dei factos immemores, plene à Deo auerterent, quod solius creatoris (ut dictum est) erat, creaturæ exhiberi persuaserunt: & tam sibi quã mortuis hominibus, sacrificia publica instituerunt. Et ut maioribus contumeliis, imaginẽ Dei ad eius dedecus deludendo, subiicerent: etiam creaturis irrationabilibus, miseros homines seruire coegerunt:

Nulli creaturæ sacrificandum est.

Act. 14.

Psalm. 134.

Dæmones quare sacrificia ambiũt

Misera hominum illusio per dæmones.

gerunt: itaque in rationali animante, rationem sopie
Rom. 1. runt, ut canibus, uolucribus, bestiis repentibus ser-
uientes, & quibus prælati fuerant, se sponte subden
tes, nec homines se esse recordarentur. Vnde Apo-
stolus. Mutauerunt (inquit) gloriam incorruptibilis
Dei, in similitudinem corruptibilis hominis, & uo-
lucrum, & quadrupedum, & serpentum. Nec his cõ
Sapien. 12. tenti, ad ignobiliora eos traxerunt, & seruos eos etiã
insensibilium effecerunt. Inde liber sapiẽtię. Etenim
(ait) in erroris uia diutius errauerunt: Deos æstimã
tes hæc quæ in animalibus sũt superuacua, infantiũ
insensatorum morte uiuentes. Propter hoc tanquã
Sap. 12. pueris insensatis, iudiciũ inderisum dedisti. Et item.
De his quæ uidentur bona non potuerunt intellige
re eum, qui est, neque operibus attendentes, agno-
uerunt quis esset artifex, sed aut ignem, aut spiritũ,
aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiã
aquam, aut solem, aut lunam, rectores orbis terra-
rum, Deos putauerunt. His omnibus decepti homi
Esaia. 42. nes, Dei gloriam tribuebant, eaque cultu diuino ac
sacrificiis honorabant, contra eum qui dicit. Glo-
riam meam alteri non dabo, neque laudem meam
sculptilibus.

Hæreticos impie prohibere Christianis, sacrificare Deo.
Caput V.

Reprahẽsio hæreticorũ sacrificare prohibẽtiũ

QVorsum ista? ut uidentes patres antiquos, & omnes priorum temporum iustos, Deo per iustitiam & sacrificia placuisse, ut attendentes, Deũ sibi soli ea fieri præcepisse, ut audientes eũ diis alienis sacrificantes eradicasse: Agnoscentes, inquam, per sacrificia maxime, Deo deitatis honorem, à sanctis omnibus, sæculis omnibus exhibitum, concedatis, quod hactenus prohibuistis, & debitum Deo sacrificiorum munus offerre, nostri sæculi homines

permittatis. Vt quid enim prohibentur filij sequi patres suos? Cur quos fide imitãtur, præcipuo fidei signo imitari non finuntur? An forte Iudæorum sacrificia Deus approbat, & Christianorum reprobat? *Esaiæ.1.* Nonne magis circa eorum Sacra nauseat, dicẽs per *Psalm. 49* Esaiam. Plenus sum, holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem uitulorum, & agnorum, & hircorum nolui? Nonne & per alium Prophetam ait. Non accipiam de domo tua uitulos, neque de gregibus tuis hircos? Nonne & per Malachiam loquitur. *Malach.1.* Non est mihi uoluntas in uobis, & munus non suscipiam de manu uestra. Quod dicens, nõ sacrificia illi tempori data respuit: sed prauam uitam ea offerentium arguit. *Esaiæ.11.* Vnde & per Esaiam subdit, Manus enim uestræ sanguine plenæ sunt. Mirum ualde si præcipuus (ut iam dictum est) deitatis cultus, Deo, nostro tempore non defertur, qui omni, ante nostra tempora, tempore summo studio, solicita deuotione frequentabatur. Mirum si Christiani à sacrificiis uni, & Deo offerendis arceantur, cum Patriarchæ, Prophetæ, Iudæi, Gentiles, Fideles: ab ipso Deo: ipsi Deo sacrificare cogantur. Mirum nũc primum de mundo diuina auferri sacrificia, cum nunquam mũdus in retroactis generationibus suis, absque sacrificiorum sacris fuerit. Nam nec in profundis ignorantiæ & nequitiæ suæ tenebris, ita à Deo periit, ut non haberet aliquos, & si paucos, qui & per iustitiam Deum colerent, & per sacrificia eum se colere demonstrarent.

Mirandum de hac contra sacrificia temeritate hæreticorum.

Solos Christianos ritè sacrificare Deo.
Caput VI.

AT nunc, si nouam uestram doctrinam mundus exaudiat, faciet, quod nũquam fecerat, & more captiuati illius populi sedebit absque lege, absq; rege,

Quanta mala ex hac hæresi.

rege, absque sacerdotio, absque Ephoth, & Teraphin. Cũque Deo sacrificare cessauerit: & ipse Dei esse cessabit. Erit his temporibus gratiæ quod nunquam fuit nec tempore iræ, ut Christianis Deo sacrificare cessantibus, cultus qui semper in mundo fuerat, omnino de mũdo pereat: & qui Deum ritu suo colens, Deo esse subditus probatur, cultum eius abiiciens, absque aliquo Deo prorsus esse uideatur.

Nota quod soli christiani sacrificãt Iudæi. Nam cum sint his nostris diebus, quatuor in mundo præcipuæ diuersitates sectarum, hoc est, Christianorum, Iudæorum, Saracænorum, & Paganorum. Si Christiani non sacrificant, iam nullus in mundo sacrificat. Iudæi enim, more suo, bouinis oculis omnia intuentes, & more asinino legis Dei onera ferentes, non fructum capientes: nusquam sacrificant. *Io. 4.* Quia Hierosolymis tantum dicunt esse locum, ubi per sacrificia Deum honorare & adorare oportet. Quam quia Deo eius contrario, per mille & centũ annos, inhabitare prohibiti sunt, sacrificare desierunt. *Saracænorum religio* Saracæni ab omnium seductorum sublimissimo seductore seducti, & inter Iudaicam & Christianã legem submergendi fluctuantes, circumcisionẽ suscipiunt, lauacris frequentibus utuntur, certis horis die, certis nocte, orationi maximè post cibum & potum, ut fertur, incumbũt: luxui omnino frena relaxant. Cunque his & innumeris superstitionibus tota pene Orientalis & Aphricana regio, ab illo nequam Mahumet decepta, per quingentos & fere quinquaginta annos inseruiat, & Christum flatu (ut aiunt) diuino, natum de uirgine sancte uixisse, uera docuisse, mira fecisse fateantur: de sacrificiis apud eos, nec præcepta aliqua habentur, nec aliqua, licet parua, ab eis pro sacrificio offeruntur, Omnipotentem tamen Deum rerum omnium conditorem se adorare dicunt: cui tamen (ut dixi) nullos sacrificiorum ritus exhibent. *Pagani.* Pagani licet pauci & orbi ter-

rarum

rarum incogniti, cū in Aquilonis extremis finibus, atque sub gelido axe lateāt, & loca (ut fertur) Mæotidis paludibus uicina inhabitent, quoniam ignorāt ipsos Idolorum errores, & nomina ritus, sacrificia incognita habent, equos, asinos, porcos, gallos, uel quodcunque mane de lectulo surgenti occurrerit, toto illo die pro Deo adorāt: sicque non perpetuos, nec saltem annuos, sed (ut ita dicam) deos diarios uel horarios colunt. Et cum flendi homines ignominiosius aliis a diabolo his & multis modis nobis ignotis deludantur, sacrificia tamen nec creatori nec creaturæ exhibent: sed quod innatus error docuit, absque omnium sacrificiorum notitia custodiunt.

Dij horarij & diarij.

Cum ergo nec apud Iudæos, nec apud Saracenos, nec apud Paganos sacrificia obseruentur: Si nec Christianis cōceduntur, signum illud singulare deitatis, quo ab initio (ut iam dixi) diuina seruitus ab humana secernitur, periit: Cū in nulla gente, in nulla parte orbis terrarum inueniri iam possit. Sed forsitan minus Deo obnoxia sunt moderna tempora quàm priora: ut honorem, quem antiqua sæcula Deo exhibuerunt, soluere isti contemnant. Et iustè, iustè inquam, iustè, qui maiora acceperunt, minora reddere debent: qui numerosiore summa debiti constringuntur, minimam quantitatem soluere compelluntur, & contra Iesu Christi uocem, quæ dicit, Cui minus dimittitur, minus diligit: & contra opinionem Simonis Pharisæi dicentis: quia is donatorem debiti plus diligit, cui plus donauit, unde dictū est, recte iudicasti. Contra has domini & pharisæi sententias, minus Deo debet Christianus quam Iudæus: minus tempus Apostolicum, quam Propheticum: minus totus orbis substratus uoci Euāgelicæ, quam unus populus subiectus legi Mosaicæ. Et ubi est saluator gētium, illis promissus, uobis exhibitus: Illis oblatus, nobis natus: illis oblatus, nobis datus?

Summa in Deum ingratitudo hæreti. orū sacrificare nolentium.

Ironia.

Lucæ.7.

Vbi eſt ſanguis teſtamenti æterni, qui ab illis ad nos defluxit, qui per illorum fiſtulam ad nos decurrit, qui limoſam per quam currebat derelinquens canalem, nos de limo factos & canali ſuppoſitos, ab omni limo & ſorde purgauit? Vbi eſt ſecūdum Apoſtolum: Miniſterium quod abſconditum fuit à ſæculis & generationibus, nunc autem manifeſtum eſt ſanctis eius, quibus uoluit Deus notas facere diuitias gloriæ Sacramenti huius in gentibus, quod eſt Chriſtus, ſpes gloriæ? Vbi eſt iuxta eundem, uirtus ſacramenti Dei temporibus æternis taciti, ubi uelum tēpli ſciſſum eſt: & quæ diu uelata fuerant reuelata? ubi regnum cœlorum, de quo Rex cœlorum. Pœnitentiam, inquit, agite: appropinquabit regnum cœlorum.

Colloſſ. 1.

Matth. 27.

Epheſ. 3.

Matth. 4.

Deo maxime deberi à Chriſtianis ſacrificium.
Cap. VII.

NVnquid hæc tam fœlicia tempora, & (ut uerbo poetico utar) aurea ſæcula, quibus pater mundi miſertus, quibus filius pro mundo oblatus, quibus ſpiritus Altiſſimi mundo infuſus: quibus mors extincta, quibus uita reddita, quibus iuſtitia reparata, quibus reſurrectio præparata, minus aliquid prioribus ſæculis Deo debent? Non, plane, non toto mundo conclamante, non minus ei debent, cui non ſolum ex conditione, ſed (quod charius eſt) ex redemptione, & ſe & quæ iuræ poſſunt, omnia debent. Quod ſi omnia; tunc & ſacrificia. Ratione igitur neceſſaria cogente, quæ auferre Catholicis uolebatis, neceſſario hæretici ſacrificia reddetis. Reddetis ea ratione, reddetis ea (quod apud noſtros robuſtius eſt) authoritate non ficta, ſed ueraci: non terrena, ſed cœleſti: non humana, ſed diuina. Irritatus Deus diuturnis malis Iu-

Aureum ſæculum nobis à Chriſto datum.

Reiectis Iudæis Chriſtiani aſſumpti ſunt in toto mundo.

daici

daici populi, quibus & in deum impij, & in homines erant iniqui: nec ferens ultra, promissiones spirituales ac cœlestes à terrenis & carnalibus conculcari elegit eis successores, qui quod illi respuebant, susciperent: qui quod illi nolebant, uellent: qui uineæ fructum redderent temporibus suis. Elegit pro uno populo omnes gentes, pro particula Syriæ uniuersum orbem terrarum, atque per filium suum, huius magni consilij angelum, Legem suam, cultũ suum, sacrificia ei tradidit, & eo mediante, mũdum à morte eripiens, immortali uitæ restituit. Hæc ut absque scrupulo aliquo, uera esse crederentur, & suo tempore susciperentur, per nuncios suos multipharie multisque modis prædixit. Et quis uniuersa enumeret? Sed quod ad cultum, de quo agitur pertinet audite Dauid in spiritu Dei loquẽtem. Omnes (ait) gentes quascunque fecisti, uenient, & adorabunt coram te domine. Et adorabunt eum omnes reges, omnes gentes seruient ei. Et, Omnes gentes plaudite manibus, &, Regnabit Deus super gentes, Et, dicite in nationibus, quia dominus regnauit: & centum similia. Sed hoc de adorando Deo. Item de sacrificando Afferte domino patrię gentiũ, afferte domino gloriam & honorem, afferte domino gloriam nomini eius: tollite hostias, & introite atria eius. Et Esaias. Veniet omnis caro, ut adoret coram facie mea, dicit dominus. Et Malachias. Ab ortu solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meũ in gentibus, dicit Dominus exercituum. Et quid ultra uobis o bruti homines, restat quærendum? Nonne uidetis sicut legem, sic sacra, sic sacrificia, sic cultum omnem diuinum, à Iudæis ablatum, & ad gentes translatum? Et si non eodem ritu celebrantur apud nos sacra, sunt tamen sacra: Si non in eodem

Heb. 1.

Psalm. 85.
Psalm. 71.
Psalm. 46.
Psalm. eodẽ
Psalm. 95.
Psalm. 28.

Esaiæ. 66.
Malach. 1.

Cultus Dei a Iudæis ad Christianos ex gentibus translatus.

ordine constant sacerdotia, sunt tamen sacerdotia. Si non de eijsdem rebus fiunt sacrificia, sunt tamen sacrificia. Quia alio quidem modo, sed non alij deo sacra celebrantur, sacerdotia ordinantur, sacrificia exhibentur. Cessate ergo, cessate iam insanire, quia nulla authoritas, nulla ratio patitur, ut minus deo honoris deferant Christiana tempora, quàm Iudaica: quoniam quæ plus munerum acceperunt, non minus sed magis obsequi debent eorundem munerum largitori. Vnde uere dignum & iustum est, ut qui ei, gratiæ hoc tempore, alijs sed nõ inferioribus ritibus famulantur, eum hoc supremo & diuino sacrificiorum cultu deuotius uenerentur.

Sacrificium Christianorum esse unicum & simplex. Caput. VIII.

Qualia Christianorũ Sacrificia esse debeant.

IAm quia per Dei gratiam constat Christiana sacrificia non tollenda: utrum talia esse debeant qualia offeruntur, nihilominus est uidendum. Sacrificium Christiani orbis non multiplex est, sed simplex: non plura, sed unum: quia sicut in toto mundo, unus est populus Christianus qui illud offert, & unus Deus cui offert, & una fides per quam offert: ita & ipsum unum est quod offertur: Cessit pluralitas Iudaicarum hostiarum unitati uictimæ Christianæ, quę quia non poterat perfectum facere seruientẽ multiplicitate sua, prouisa est à Deo hostia, quæ offerentes mundaret, sanctificaret, perfectos faceret simplicitate sua. Bos, uitulus, aries, agnus, capra, hircus, carnibus & cruore implent altaria Iudæorũ: Solus Agnus Dei, qui tollit peccata mundi, altari superponitur Christianorum.

Sacrificiũ Christianorum unicũ quod est Christus.

Audite non me, sed Apostolum Dei. Pascha (inquit) nostrum immolatus est Christus. Hoc est, Pascha Iudæorum immolatus est agnus: Pascha uero no-

ro nostrum, hoc est, Christianorum, est immolatus Christus. Hoc ergo unicum Christianorum sacrificium, Christus est. Hoc sacrificium, Christiano tẽpori seruabatur. Hoc, inquam, seruabatur tempori gratiæ, quod congruum non fuerat dari in tempore iracundiæ. Habuit bouem Iudæus, Habet Christũ Christianus. Cuius sacrificium, tanto Iudaicis uictimis excellẽtius est: quãto Christus boue maior est. Congrua tunc fuit seruilis hostia seruis: seruata est nostris diebus liberatrix uictima iam filijs & amicis, quibus in euangelio dicitur. Filioli, adhuc modicum uobiscum sum. Et iam non dicam uos seruos, sed amicos. Respersus est Textus diuinæ legis innumeris testimonijs, quod multiplicitas antiquarũ hostiarũ, hanc unam Euangelij hostiam designabat. Et quia impossibile erat, sanguine agnorum & hircorum auferri peccata: ipsa lex, quæ multa illa mandauerat, omnes ad hanc unam uictimam transmittebat. De hac Dauid. Eleuatio manuum mearũ, sacrificium uespertinum. Et Esaias. Oblatus est, quia ipse uoluit. Et Petrus. Non auro uel argento empti estis, sed precioso sanguine, quasi agni incontaminati, & immaculati Iesu Christi. Et Paulus. Hoc fecit semel, se offerendo dominus Iesus Christus. Sed scio nomine oblationis, sacrificij, uictimæ, holocausti, & similium, passionem ac mortem domini designari: nec uos hoc unquam negasse audiui. Et ideo his nominibus mors eius signatur: quia sicut morte animalium oblatorum, peccata purgari dicebantur: sic morte ipsius, peccata totius mundi tolluntur.

1. Cor. 5. — Ioann. 15. — Ioann. 13. — Sacrificium nostrũ unicum sacrificijs antiquis signabatur. — Heb. 10. — Psal. 140. — Esaiæ 53. — 1. Pet. 1. — Heb. 8.

Sacrificio Christi, iustitiæ Dei satisfactum esse pro peccatis. Cap. IX.

ET quia dicit Apostolus, Semetipsum obtulit immaculatũ Deo: dicitur ipse offerre seipsum: Quoniam non coactus, sed sponte tradidit in mortem

Heb. 9. — Christus se ipsum obtulit.

mortem animam suam Deo uero seipsum hoc modo obtulit, quia mors æterna hominis, non nisi temporali morte Dei, & hominis, dissolui poterat. Benignus enim Deus, cuius uniuersæ uiæ misericordia & ueritas: sic existens iustus, ut non desinat esse misericors: sic misericors, ut iustus semper permaneat, in rebus quas creauit.

Psalm. 25.

Nec etiam mala quæ non creauit, inordinata esse permisit. Vnde peccatum hominis, quod uelut aliunde, in regnum eius se non iustè immiserat, iustè ordinans: paccatorē damnauit, ac sempiternæ fœlicitatis profugum, miseriæ, ac morti æternæ contradidit. In tantum quippe reus factus fuerat, ut omnino culpa eius in regno eius ordinatissimo, inordinata remaneret, si minore quàm æterno supplicio, Dei iustitia peccatorem puniret. Nec iam iustitia dici posset, quæ meritis condigna non redderet.

Mala Deus ordinat per pœnam.

Ea de causa propago humani generis in radice corrupta, sicut uitium, sic & eius damnationem ab origine traxit, & tota simul per longa sæcula lege iustitiæ morti æternæ subiacuit. Misertus eandem Deus essentiali bonitate sua, perdito homini, & eū saluare uolens, sed nisi iuste nec uolens, nec ualens, dum in æterno consilio suo quæreret, qualiter misero salua iustitia misereri ualeret, hoc potissimum occurrit, quo & iustitia seruaretur, & homo liberaretur, & gratia augeret, & Deus glorificaretur.

Originale peccatum.

Misit itaque Deum filium, ad filios hominum, ut humanam naturam induens, & humanis uitijs medens, in carne assumpta, non peccatum, sed pœnam peccati, mortem scilicet corporalem susciperet, & ita simplici sua, illius duplam, horaria sua, illius sempiternam excluderet. In qua dispēsatione, misericordia misereretur, iustitiæ nihil detraheretur, dum pro æterno supplicio hominis, temporale

Quomodo seruata est iustitia in redemptione hominū.

suppli-

supplicium Dei & hominis: pro æterna morte hominis, tẽporalis mors Dei & hominis, ei offerretur.

Quæ tanti ponderis, in ipsa ipsius iustitiæ lance, esse cognoscitur, ut ad iuste ordinanda mundi peccata, longe magis præponderet mors transitoria filij Dei, quam æterna filiorum hominum. Plus plane redditum est iustitiæ, quando Christus mortuus est: quam sit recompensatum, quando homo damnatus est. Habet ergo iustitia quicquid suum est, quia Dei filius, ꝑ peccatis hominũ mortuus est. *Mors Christi quantũ fuerit satisfactoria.*

Ita iustitia quæ diu humanæ saluti obstiterat, tandem misericordiæ cessit: & quæ per aliquot millia annorum, diuerso itinere incesserant, misericordia & ueritas in uia (quæ Christus est) obuiauerunt sibi: & quæ uelut sibi aduersæ fuerant, homine condẽnato, eo iam saluato, iustitia & pax se osculatæ sunt. Sic iuxtà Ioannem Baptistam, Agnus Dei tulit peccata mundi; Sic iuxta Petrum Apostolum Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo, super lignum: ut peccatis mortui, iustitiæ uiuamus: cuius, iuxta Prophetam Esaiam, liuore sanati sumus. Hoc est nostrum sacrificium, hoc legis Euangelicæ, hoc noui Testamenti, hoc noui populi holocaustum: quod tunc semel in cruce a Dei & hominis filio Deo oblatum est, & quod semper in altari ab ipsius populo offerendum, ab eodem præceptum & institutum est. Non enim aliud tunc oblatum, aliud nunc offertur, sed quod, ut dictum est, semel Christus obtulit, hoc semper Ecclesiæ suæ offerendum reliquit. *Iustitia cessit misericordiæ.* *Psal. 84.* *Ioan. 11.* *1. Pet. 2.* *Esaiæ. 53.* *Sacrificium Christi & Ecclesiæ, unicum est sacrificium.*

Impijssimum esse hæreticorum errorem contra Missæ sacrificium. Cap. X.

ET quia iam expeditior uia se præbuit, per quam liberior sermo ad ostendendum, & confutandum stultissimum errorem decurrat. Au- *Error stultissimus hostiũ Missæ*

*Deut.*18. dite non me, sed Dominum: non Christianum, sed Christum: non hominem tantum, sed Deum. Audite eum, quem qui non audierit, exterminabitur de populo suo. Dic domine Iesu, Deus noster, saluator noster, sacerdos noster, hostia nostra. Dic, responde aduersariis testaméti tui, qui uolũt rescindere quod statuisti: eradicare quod plantasti: destruere quod constituisti. Dic, forsitan acquiescent tibi, qui Ecclesiæ tuæ resistunt: uerebuntur faciem tuam, qui tuis irreuerenter obuiant: & si oues tuę sunt, uocem tuã audient. Ignosce, & mihi præsumptuosè interrogãti, sed tamen pro Ecclesia tua, columba tua, sponsa tua, quã isti uiolare conãtur, zelanti. Plane isti redẽptorem te negant, qui precium redemptionis humanæ, quod nobis, & pro nobis dedisti (corpus dico tuum) redemptis auferre contendunt. Volunt rursum uincire, à te olim solutum nodum captiuitatis, dum largitorem respuunt libertatis. *Ioann.*10.

Testamentũ Christi non unius diei, sed æternũ & iuge habet sacrificium.

Dic ergo Domine, testator noui & æterni testamenti, utrum testamentum hoc unius diei, sicut isti dicunt, esse uolueris, an potius ęternum esse decreueris. Audiant isti, non me sed te: ut conuertantur, non ad me, sed ad te. Quid ergo? In cœna ultima, quam cum discipulis tuis, uetus pascha nouo commutans, celebrasti, accepisti panem, gratias egisti, fregisti, dedisti discipulis tuis: Sed quid dixisti? Accipite: Hoc est corpus meũ, qđ ꝑ uobis tradetur. Et qd addidisti? Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnasti, dicens. Hic est sanguis meus Noui Testamenti, qui pro uobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Audistis? Nolite fieri simulacra, quæ oculos habent & non uident: aures habent & non audiũt. Auditis hoc non à quolibet doctore, sed ab illo, de quo pater clamans præcipit: ipsum audite.

Psal. 113. & 154. *Matth.* 17.

Corpus & sanguinem Christi uere offerri in Missa. Cap. XI.

AVditis eum dantem corpus. Sed quod corpus? Sũt enim corpora cælestia & terrestria: & quicquid uisui, auditui, olfactui, gustui, tactui, hic subiacet, corpus est. Vnde ne quis putaret, animalis cuiuslibet, aut hominis cuiuslibet hoc esse corpus: ad excludendum omne aliud sensibile uel insensibile corpus: postquā dixit: Accipite, hoc est corpus, adiunxit, meum. Suum ergo, non alterius, corpus discipulis dedit. Rursus ne forte alicui cogitatio occulta subreperet: potuisse creare in manibus suis corpus, quod suum quidem esset, sed tamen quod ipse erat non esset: addidit, quod pro uobis tradetur, Ac si diceret. Nolite dubitare, nolite hoc, uel illud uobis fingere, nolite aliud & aliud cogitare: quia hoc est corpus, non alterum, aut alterius, sed meum, non permutatum, uel nouiter creatum: sed quod pro uobis tradetur, pro uobis crucifigetur, pro uobis morietur. Sic & de calice. Hic est (ait) sanguis. Non bouis, aut arietis, non agni, aut cuiuslibet hominis: sed meus, non alius, uel noua creatione productus, sed qui pro uobis fundetur, flagellis prouocatus, clauis extortus, lancea excussus: Quid ad demonstrandam ueritatem corporis & sanguinis domini, dici potuit clarius, lucidius, manifestius? Nonne & longe ante passionem commendans magnificum & salutare sacramentum, discipulis & Iudæis sæpe dicebat. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, & panis quem ego dabo caro mea est, & caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus? Hoc quare? ut dum nomine corporis, circa diuersa corpora cogitando uagaris: audito carnis nomine, ab-

Hoc est corpus meum.

At sacramẽtarij hactenus nihil tale uident.

Ioann. 6.

innume-

innumera corporum multiplicitate reuoceris. Rursus audito nomine filii hominis, non alterius alicuius carnem existimes: nisi illius, qui cum esset Dei filius, singulari gratia, solicita operatione, factus est hominis filius. Vnde quia tenacissimè recolendũ, quia unicè amplectendum est, tantum tantæ misericordiæ opus, tacito sæpe nomine filij Dei, quod pro se est: nomen filij hominis frequentat, quod pro nobis est. Idcirco uocat carnem, ne quodlibet corpus putetur, idcirco filii hominis, ne alterius quam sua æstimetur.

Panem & uinum uere transsubstantiari in corpus & sanguinem christi. *Cap. XII.*

Transubstãtiatio.

SEd forte impossibile putatur, ut uel panis in carnem, uel uinum commutetur in sanguinem. Fortassis & hoc cogitatur, illius unius corporis Christi finitam satisque modicam quantitatem, morsibus totius mundi, per tanta sæcula non posse sufficere. Hoc enim est, quod quondam Berengarium dixisse audiui. Nam forte Andegauis constitutus, & de hoc corporis Christi sacramento cum quibusdam agens: si (inquit) corpus Christi tantæ fuisset magnitudinis, quantæ Turris hæc, quæ in conspectu nostro immensa mole attollitur, à tot totius orbis populis comestum, ante multa iam annorum spacia defecisset: Quantum peruersus, tantum peruersa locutus. Sed quid respondendum est eis, qui nihil uolunt Deum posse, nisi quod possunt, nihil scire, nisi quod sciunt, nihil agere, nisi quod agunt? Quid respondebitur eis, qui æternæ sapientiæ altitudinem, qui diuinæ uirtutis omnipotentiam sic coartare nituntur, ut si eis assensus præbeatur, sapientia Dei & omnipotentia pereunte, Deus iam Deus esse non possit? Quid dicetur surdis,

Berengarij obiectio & blasphemia.

Demus deũ aliquid posse, et nos inuestigare non posse, ait D. Aug.

dis, & audire nolentibus per Prophetam clamantem: Quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? & in alio loco. Quæ est uia sapientiæ, aut quis locus intelligentiæ? abscondita est ab oculis omnium uiuentium. Et alius. Quis transfretauit mare, & adduxit eam, & attulit super aurum electum? Nonne à mari usque ad mare, ab ortu solis, usque ad occasum, totus mundus insonat. Omnia quæcunque uoluit dominus, fecit in cœlo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis? Et quis uniuersa enumeret? Sed aspice teipsum quicunque supernis miraculis non credis, o homo, attende prius sapientiam, & uirtutem tuam, & demum incipe pensare diuinam. Certe gradus faciens in creaturis suis Deus, & alias aliis præferens, alias aliis subdens, omnem tibi corpoream creaturam subdidit, & ratione, quod nulli corporeæ substantiæ præstiterat, insigniuit. Vnde uirtute plurimas, sapientia uniuersas exuperas. Quantis enim repentibus, uolucribus, quadrupedibus, potentia superior sis agnoscis. Quod terrenis omnibus scientia antecellas, non dubitas. Prælatus es ergo mundo, sed prælatus est tibi conditor mundi. Prælatus est tibi sapientia, Prælatus est tibi potentia. Sapientia: quia tua maximis angustiis coartatur: illius uero, attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Potentia, quia tua quotidie, & multiformiter succumbit: illius (ut dictum est) quæcunque uoluit fecit.

Esaiæ 40. Iob. 28. Baruch 3.

Psalm. 134

Homo cæteris præstat, homini Deus.

Sapien. 9.

Hæreticos impie scrutari, quomodo hæc fiant.
Cap. XIII.

ESTO ergo Deo tuo, quod est iumentum tuū tibi Non nititur illud perscrutari secreta tua: non coneris temerare arcana Dei tui. Nescit illud quomo-

Nota contra curiosos scrutatores,

quomodo dispónas iter, qualiter ordines bellum, quos primos, quos medios, quos ultimos in certamine constituas, quo consilio post multum sanguinē paci adquiescas, quomodo rei familiari, domui, coniugi, natis, familiæ, ne egeāt prouideas. Et ut maiora (quia sic res postulat) aggrediar, ignorat quo tēpore semina seri, quo sata & aucta meti debeāt: quo uites plantari, quo putari, & purgari debeant: quid uer, æstas, autumnus, & hyems, inuicem commune, quid proprium habeant. Non aduertit, qualiter mentis uiuacitate, non tantum terrena, sed & cœlestia comprǽhendas. Lunæ, Solis, Mercurii, Veneris, Martis, Iouis, Saturni, quæ sunt antiquæ superstitionis uocabula, aliorumque syderum cursus, loca, tempora distinguas: annorum mensium, dierum, horarum, particularum, punctorum quantitates, & spacia diiudices: qualiter calore, frigore, humore, siccitate, uel dilatent, uel contrahant, uel humectēt, uel desiccent: res humanas, rationis subtilitate discernas. Non disputat de cogitationibus tuis, nō de uerbis tuis, nō de operibus tuis. Iudicat non intellectu, sed natura aliquid tibi concessum esse, quod ipsi penetrare non liceat. Et idcirco quamuis nihil horum intelligat, non murmurat, non recalcitrat, non sibi uniuersa pandi ratione expostulat: sed tibi domino obediens imperāti, absque quæstione his quæ iubentur obtemperat. Docet (ut de uilioribus loquar animalibus) Asinus tuus quid te uelit facere dominus Deus tuus: cuiūs si secreta penetrare uolueris, eius iumentum esse non poteris, de quo Psalmus. Vt iumentum factus sum apud te. Serua ergo Deo tuo, quod tibi uis seruari ab Asino tuo: neque altiora te quæsieris, uel fortiora te perscrutatus fueris sed ea cogita semper, quæ Deus præcipit, & in multis operibus eius ne fueris curiosus. Et sicut idē Salomon ait. Comede mel quod sufficit, ne forte satiatus

Fac Deo quod tibi fieri uis asinum tuum. Psalm. 71. Eccle. 3. Prouer. 25. Cant. 5.

tiatus euomas illud: quia secundum eundem. Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Itemque. Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Et iuxta Dauid. Accedet homo ad cor altũ & exaltabitur Deus. Hæc omnia maiestati Dei superbiam tuam, sapientiæ Dei stultitiam tuam, uirtuti Dei infirmitatem tuam (ut dignum est) subiiciũt: neque aliquid contra ipsum stultum loqui, uel non audendum audere permittunt. *Psalm. 61.*

Transsubstantiationem uariis probari exemplis scripturæ & naturæ. Cap. XIIII.

SEd licet autoritatibus, & ratione obstructum iã debeat esse os loquentium iniqua, ne insipientiã uel imbecillitatem creaturæ, creatoris sapientiæ uel uirtuti audeant comparare: subiiciantur tamen exẽpla, quibus (si omnino bestiæ aut impii non sunt) eorum non solum auribus, sed & oculis satisfiat. Vide igitur quisquis in Sacramento Ecclesiæ panem in Christi carnem, uinum in eius mutari sanguinem, aut non credis, aut dubitas: quia uel de uoluntate eius, uel de potentia, uel de utroque diffidis. Nulla enim res alia te, uel ad non credendum uel dubitandum impellit. Aut enim uoluit & nõ potuit, aut potuit & nõ uoluit, aut neque uoluit, neq; potuit. Sed quod uoluerit, si Euangelio credis, dubitare nõ potes. Nam in sui memoriam hoc fieri non præciperet, si hoc fieri noluisset. Quod uero potuerit, si Prophetę credis; certũ tenebis. Nam si omnia quæcunque uoluit fecit: utique & hoc quia uoluit, fecit. Voluit ergo, & potuit, ut panis in carnem suam: & uinum conuertatur in sanguinem suum. Et quia uoluit, & potuit: idcirco & fecit. Si enim Deus omnipotens est, & Christus Deus est, sequitur, quia ad conuertendum panem in corpus suum, & uinum in sanguinem suum, omnimodè, sicut & ad uniuer-

Ps. 62.

Ratio inuicta pro trãssubstantiatione.

Ps. 113.

sa,

ſa, potens eſt. Et, quamuis omnipotentia Dei cuncta hoſtilia munimenta diſſoluat: ſequantur tamen (ut dictum eſt) exempla, quibus etiam brutę pecudes ad quieſcere cogantur. Quid inquam dicis, qui ueri tati tam lucidæ contradicis? Non credo, ait ille: dubito, dicit iſte: quod panis altaris in carnem, uinum conuertatur in Chriſti ſanguinem, quia alterius generis ſubſtantiam, in alterius ſubſtantiæ genus conuerti, mihi nouum atque inſolitum eſt. Nouũ, quia nunquam factum eſt: Inſolitum, quia nunquam uiſum eſt. Si recolere, inquam, uolueris præcedentia tempora, quod dixiſti nouum, uetus eſſe, reperies, & quod dixiſti inſolitum, uſitatum eſſe cognoſces. Relege (ut ait Ambroſius) uirgam Moyſi mutatam in ſerpentem: Recole aquas Aegyptiacas mutatas in ſanguinem, & ſi cognoueris diuerſas ſubſtantias ſerpentis & uirgæ, aquarum & ſanguinis, ab opinione male concepta reſipiſce. Nec poteris dicere magica illa fuiſſe figmenta, quia nec Deus erat, ut magiſter magicarum artium Satanas: nec Moyſes, ut Iamnes & Mambres: Licet enim illi Dracones fecerint, aquas mutauerint, muſcas maiores produxerint, ad minores tamen muſcas, hoc eſt Cinifes, deficientes dixerunt, Digitus Dei eſt hic. Non enim quæ faciebant, uera erant, ſed phãtaſtica, quia non res ueras, ſed earum imagines humanis oculis potentia magica ingerentes, hominibus imperitis, & infidelibus illudebant. Quæ uero per Moyſen à Deo fiebant, non falſa erant, ſed uera: non imaginaria, ſed realia: quoniam, & ab autore ueritatis ueracia, & a patre mendacii mendacia ſigna fieri oportebat. Idcirco, & falſus anguis, & falſus ſanguis magorum fuit: & uerus ſerpẽs, & uerus cruor a Moyſe de uirga, & flumine mutatus extitit. Recole & ſaluatoris illud primum, & ſingulare, totique mundo notiſſimum miraculum, quo aquas in uinum nõ

Exẽplis ſcripturæ ueteris probatur poſſibilitas tranſſubſtantionis panis in corpus Chriſti.

Ambr. de ſacramentis li. 4. c. 4. Et de myſterijs imutandis. c. 9.

2. Tim. 3.

Exodi. 8.

Magi phantaſtica, Moyſes uera ſigna fecit.

Secũdo exẽplo & miraculo Chriſti

phan-

phantasticum, sed uerum & bonum mutauit, teste Architriclino, qui dixit sponso. Seruasti uinum bonum usque adhuc. Huius generis miraculis, ueteris ac noui testamenti initia, omnipotentis prouidentia ideo insigniuit, ut contra utriusque legis maiestatē se agere cognosceret, quisquis res in res, hoc est, substantias in substantias, uirtute diuina posse mutari, negaret. Post Moysi & Christi tam solennia, & nota miracula, perhibeat mundus ipse testimonium ueritati, & ad hoc ostendendum, niues & grādines, nubes & elementa producat. Arguat incredulos, & iam eos non auribus credere, sed oculis cernere dubitata compellat. Ostendat alia atq; alia ex aliis multimodè, & multiformiter assiduè creari: immo ex creatis in alias, & alias creaturas mutari. Doceat aeriam puritatem quotidie in nubium crassitudinem dēsari, nubes ipsas pene assidue defluere in imbres, mollescere in niues, durari in grandines, flammari in ignes, & in his omnibus, diuersas, ex substantiis substantias, uarias ex speciebus species, non tātum uidentibus ad cernendum, sed etiam cæcis ad palpādum creari. Descendat hinc de cœlis ad terram curiosus oculus, & miracula quotidiana quæ non miratur, obstupescat. Videat quàm sit stulta incredulitas, quàm cæca dubitatio: uel non credere, uel dubitare panem in Christi carnem, uinum mutari in eius sanguinem uirtute diuina: cum per eandē multa sæpe commutentur in aliud, in rerum natura. Nōne Coralius lapis de ligno fit lapis: cum diuersa sit substantia ligni & lapidis? Nonne Reguli puluere æs in aurum mutatur, quæ duo licet in metalli nomine conueniant, in natura tamen ualde disparia sunt? Nonne phœnix quingentorum annorum (ut dicitur) auis, inter aromata succensa moriens, de solo puluere reuiuiscit, cum alia pulueris, alia iam sit substantia auis? Et neforte ista inusitata uel incognita

Ioann. 2

Tertio exē plo mutatione e medij interstitii aeris.

Quarto exē plo terrestrium multiplici.

Ambr. Hexam. lib. 5. cap. 23.

tã ſibi eſſe cauſetur, attẽdat uſitatiſſima & quotidia-
na, & ſic ẽt ſi negligẽter attẽderit, dubitare ceſſabit.
Et ut melius ſuis manibus, quã alienis operibus ad-
quieſcat de fœno, uel filice arte notiſſima diuerſiſſi-
mæ naturæ uitrũ cõficiat: ſicq; (ut ſic dicã) non diui-
na ſed ſua miracula admiretᷣ: Cernat liquidiſſimũ &
fluidũ aquæ elemẽtũ, brumali apud nos: oĩ aũt tẽpo-
re apud Noricos & Scythas, in glacialẽ teſtã tenaciſ-
ſime cõgelari: in Alpibus ẽt, & multis terrarũ parti-
bus uſq; adeo obdurari, ut de aqua lapis fiat, & Cry-
ſtallus dicatur: q̃ eſt glacies multos durata ꝑ annos.
Cõſyderet de eodẽ Cryſtallo, uel uaſe uitreo, & per-
ſpicuo, aqua repleto, cũ ſolis radio apponitᷣ, contra
cõplexiones elemẽtorũ, ignẽ exire. Cum Cryſtallus
frigidus & ſiccus, aqua (qđ plus eſt) frigida & humi-
da: ignis calidus & ſiccus eſſe ꝓbetᷣ. Intueatᷣ ipſum ſi-
mul orbẽ terrarum: qualiter de hoc informi & infi-
mo terræ elemẽto tã diuerſa in ſubſtantiis, uaria in
qualitatibus, in coloribus multiformia, in uirtuti-
bus multiplicia, iuſſu cõditoris aſſidue ꝓcreentᷣ, q̃ ſi
ꝑ ſingula cõſyderentᷣ, uictꝰ rerũ infinitate, ante cõſy-
derator q̃ cõſyderãda deficiẽt. Sed qđ ad cõprobãdã
ueritatẽ de pane mutatæ carnis, & de uino mutati
ſanguinis Chriſti, exẽplis immoror: cum quotidie-
ipsũ de quo agitᷣ, panẽ in humanã carnẽ cõuerti, ui-
nũ in humanũ ſanguinẽ mutari uideã: itaque hoc
manifeſtũ ſit, ut ad hoc aſſerẽdũ non fidẽ cõſulere,
ſed oculos aperire neceſſe ſit? Teſtis eſt mundus, te-
ſtis eſt oĩs hõ. maximè, cũ ſine hac mutatione panis
in carnẽ, & uini in ſanguinẽ, nec unꝰ poſſit ſubſiſtẽ-
re hõ. Sunt qdẽ, multi, q abſq; pane, fuut item plu-
res, q abſq; uino, uitã mortalẽ tranſigunt: ſed longe
pauciores illis, q ſemp pane, interdũ uero & uino
ututᷣ. Idcirco ꝑꝑ maiorẽ partẽ, totũ ſignificare uo-
lui, cũ dixi abſq; mutatione panis in carnẽ, & vini in
ſanguinem, nec unum poſſe ſubſtare hominem.

Quinto per exemplum uitri & cryſtalli.

Aug. in Pſ. 174.

Sexto per exemplum quotidianũ in homine. In quo panis in carnem mutatur.

F I N I S.

BERNONIS AVGIENSIS ABBATIS,

DE QVIBVSDAM REBVS ad Missæ officium spectantibus, Libellus uerè aureus.

Floruit circa annum Do. 1048.

Bernonis Vita ex Trithemio, & Guilielmo Eisengrein.



ERNO Abbas Augiensis Cœnobij ex professione S. Benedicti Prumiẽsi natione Theutonicus, uir in diuinis scripturis doctus, & in sæcularibus literis nobiliter eruditus, id est Musicus, & Poeta, nulli suo tẽpore secundus: uita, & conuersatione præcipuus. Scripsit tàm metro, quàm prosa, quædam præclara uolumina, de quibus tantum subiecta se reperisse Trithemius testatur.

Ad Piligrinum Archiepiscopum Coloniẽsem egregium & utile uolumẽ composuit.

De musica, seu tonis. lib. 2.
De instrumentis Musicæ lib. 1.

X De

De Aduentu Domini ad Aribonē. lib. 1.
De officio Missæ lib. 1.
De ieiunio quatuor temporum. lib. 1.
De ieiunio Sabathi. lib. 1.
De Mensura Monochordi. lib. 1.
Et Epistolarum ad diuersos lib. 1.

Guilielmus uerò asserit, cum scripsisse etiam uitam S. Vlrici Episcopi Augustani obiit. 7. idus Iunij. an. Do. 1048. Claruitq; sub Henrico primo, sepultusque in Augiē si quam construxerat basilica, in Sacello S. Marci, postquàm annis quadraginta magna cum laude præfuisset.

CAPI-

Capitum Elenchus.

QVALITER PRIſcis Apoſtolorum temporibus Miſſarum celebritas ageretur.

CAPVT I.

EGITVR in exordio naſcentis Eccleſiæ non eo,quo nunc modo uel ordine ſacra celebrabantur Miſſarum ſolennia, teſte etiam beatiſſimo Gregorio Papa, qui inter multa quæ conſtituit utilia, cum in celebratione Miſſarum,tum etiam in uario eccleſiaſtica rum rerum uſu,ad conficiendum corpus & ſangui nem Chriſti,orationem Dominicam fecit decãtari, ſicut de eo ſcriptum eſt: Orationem Dominicam mox poſt Canonem ſuper hoſtiam cenſuit recitari. De hoc & de aliis cum quoſdam murmurare ſenti ret,piiſſimus pater inter alia nõ dedignatus eſt huiuſmodi rationem reddere,dicens: Orationẽ dominicam idcircò mox poſt precem dicimus, quia mos Apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodò orationem,oblationis hoſtiam conſecrarent. Et ualdè mihi inconueniens uiſum eſt,ut precem,quam ſcholaſticus compoſuerat,ſuper oblationem diceremus, & ipſam traditionem,quam redemptor noſter compoſuit ſuper eius corpus & ſanguinem non diceremus.Sed creſcente ſtatu religionis, ſimul accreuit decus eccleſiaſtici honoris. Attamen ipſum canonem non unus ſolus totum compoſuit,ſed per tempora aliud alius interpoſuit uel adiecit,ſicut de hoc ſãctiſſimo Papa legimus:in canone appoſuit, dies-

que

que nostros in tua pace dispone, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. De Alexandro quoque Papa, qui à B. Petro septimus erat in ordine, ità legimus. Hic passionem Domini miscuit in precatione sacerdotum, quando Missæ celebrantur. Leo Papa constituit, ut intra actionem sacrificii diceretur, Sanctum sacrificium, & cætera. Deinde Gregorius tertius eiusdem nominis Papa, faciens oratorium in basilica sancti Petri Apostoli in honorem omnium sanctorum quotidiana Missarum solennia ibidem celebrare, constituit, pariterque in Canone à Sacerdote dicendum ordinauit: Quorum solennitas hodiè in conspectu tuæ maiestatis celebratur, Domine Deus noster, toto in orbe terrarum. Quod quia specialiter ad illam pertinet celebritatem, non est canoni, qui generaliter dicitur, adnotatum. Hæc de canone, qui & actio dicitur, dicta sunt: nunc de cæteris quæ Dominus dederit, uideamus. Cælestinus Papa constituit, ut Psalmi Dauid centum quinquaginta ante sacrificium psallerentur in ordine Antiphonarũ ex omnibus, q̃d antea non fiebat, nisi tm̃ epistola B. Pauli recitabatur, & sanctum euangelium. Litaniæ, id est, Kyrieeleyson, Christeeleyson, quæ sequuntur à Græcorum usu sumptæ creduntur. orationes autem, quas Collectas dicimus, à diuersis authoribus compositæ creduntur, à Gelasio præsule Romano, & beato Gregorio Papa. Vndè & in uita ipsius legimus: Sed & Gelasianum codicem de Missarum solenniis, multa subtrahens, pauca conuertens, nonnulla superadiiciens, in unius libelli uolumine coarctauit. Quod uolumen librum Sacramentorum prætitulauit. Et fortasse primis temporibus solius Pauli epistolæ legebantur, postmodum intermixtæ aliæ lectiones sunt, non tantum de nouo, uerum etiam de ueteri, prout solennitatum ordo po-

ſcebat, teſtamento. Vbi notandum, ut ſicut ſanctũ Gregorium, quicunque has uel has cantilenas cõpoſuiſſet libri Sacramentorum, & Antiphonarum: ita & beatum Hieronymum credimus ordinatorẽ lectionarii, ut ipſius teſtatur prologus appoſitus in capite eiuſdem Comitis: (ſic eũ appellauit) Poſtea cũ Gradalia & Alleluia īter Apoſtolicã & euãgelicã lectioné cœperunt frequentari, Hiſpani quaſi nouitate rei perculſi, multum reſtiterunt, dicentes: In quibuſdam Hiſpaniarum eccleſiis laudes poſt apoſtolum decantãtur, priuſquàm Euangelium prædicetur, dum Canones præcipiant poſt Apoſtolum non laudes, ſed Euangelium annnunciare. Præſumptio enim eſt, ut anteponant ea, quæ ſequi debent. Nam laudes ideo euangelium ſequuntur, propter gloriam Chriſti, quæ per idem Euangelium prædicatur. Veruntamen ex authoritate ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, poſtea eſt conſtitutum, ut reſponſoria & Alleluia canantur ante ſanctum Euangelium. Iidem etiam in Toletano ſtatuerunt concilio, ut hymnus trium puerorum omni Dominico die, & in ſolennitatibus martyrum in pulpito decantetur: quod tamen Romani minimè faciunt, niſi quater in anno, his ſabbatorum diebus, qui prætitulantur, In duodecim lectionibus. Symbolum quoque fidei catholicæ poſt Euangelium recitatur, ut per ſanctũ Euangelium corde credatur ad iuſtitiam, per Symbolum autem ore confeſſio fiat in ſalutem. Quod tamen non ſecundùm Nicenum concilium, ſed ſecundum Conſtantinopolitanum canimus translatum. Concilio quoque Toletano ſtatutum eſt, id omni die Dominico ſecundum morem Orientaliũ eccleſiarum decantari.

Conc. Tole. 4. cap. 11.

Rom. 10.

Conc. Tole. 3. ca. 11

AGNVS DEI, in confractione corporis Domini, à clero & à populo Sergius Papa dici conſtituit. Offertorium, quod inter offerendum cantatur,

tur, quanuis à prioris populi consuetudine in usum Christianorum uenisse dicatur, tamen quis specialiter addiderit, apertè non legimus, quemadmodum de illo angelico hymno, Sanctus, Sanctus, Sanctus: uel de illa antiphona, quæ post communionem dicitur, fateri possumus, cùm ueraciter credi possit, priores Sanctos silentiò obtulisse uel communicasse, quod etiam hactenus in sabbato. S. Paschæ solemus obseruare. Quamquàm non desint, qui affirment*Xistum Papam, supradictum hymnũ Sanctus, Sanctus, Sanctus, ad Missam addidisse, Verùm in his omnibus est attendendum, quia sicut sapientissimus Papa Gregorius librum Sacramentorum diligentissimè ad ueritatis lineam correxit, ità musicæ quoque modulationis harmoniam satis utiliter composuit ac ordinauit.

De Gloria in excelsis. Cap. II.

NVnc stylus ad mouendam quæstionem se uertat, ad quam totus hactenus sermo habitus intendebat, uidelicet, cur non liceat omni die Dominico uel natalitiis sanctorum, presbyteros illum hymnum canere, quem nato in carne Domino angeli cecinere, dicentes: *Gloria in excelsis Deo.* Quòd si concessum est illum cantare in Pascha secundum prætitulationem Missalis, non multo minus licitũ puto in natiuitate Domini, quando primum cœpit audiri ab hominibus in terris, qualiter ab angelis canebantur in cœlis. Proferant contradictores in medium, ubinam sit à sanctis patribus, uel ab ipso sanctissimo Papa Gregorio interdictum, & si ad hæc respondere non ualemus, meritò manus damus. Quisquis enim vult ex sacræ scripturæ authoritate aliquid confirmare, debet ex prophetarum oraculis, Apostolorum dictis,

antiquorum Patrum conciliis, necnon & eorum scriptis uel gestis, & quod omnibus his maius est, ex sancti Euangelii ueritate locum ostendere, undè uelit sententiam suam corroborare. Vndè solemus dicere, Scriptum est in illo, & in illo loco: & legimus in decretis pontificum, uel in tali concilio, in illo capitulo: Sed cùm sanctum Gregorium nusquàm legamus ipsum hymnum interdixisse, liceat nostros quoquè testes idoneos introducere, quo eorum testimonio possit probari, utrumnàm iure debeat decantari. Nam cùm scriptũ sit, in ore
Matt. 5. duorum aut triũ testium stat omne uerbum, prius proferam duos, deinde multos. Deniquè Telesphorus Papa à beato Petro octauus, constituit, ut ante sacrificium hymnus diceretur angelicus; hoc est, Gloria in excelsis Deo. Qualiter eius debeat credi testimonio, testatur martyrium, quod sustinuit pro Domino. De Symmacho quoque Papa ita legimus Hic constituit, ut omni die Dominica uel natalitijs martyrum, Gloria in excelsis, hymnus diceretur. Cuius sanctitatis uir iste fuerit, de bonis eius operibus, quæ fecit, ex libro Dialogorum legere uolentibus, satis liquebit: Vbi beatus Papa Gregorius narrat, quòd quidam Paschasius sanctæ Romanæ Ecclesię diaconus, cùm tanti meriti apud Deum esset, vt quidam dæmoniacus tacta eius post mortẽ Dalmatica, à dæmone sit liberatus, tamen quia tanti Pontificis ordinationi restitit, cuidam religioso uiro in purgatoris pœnis constitutus, non per somniũ, sed uisibiliter apparuit, ac pro qua culpa hæc pateretur, innotuit. Eccè de hoc hymno angelico duo testes inuenti sunt idonei, qui à nemine, ut
Concil. Tolet. 4. c. 12. habet de cõ. d. 1. puto, possunt refelli. Quòd si adhuc tertius quæritur, non iam unius, sed sexaginta episcoporum in medium profero testimonium, qui in quarto Toletano concilio, in nomine Domini congregati, tam

super

super hoc, quàm super aliis huiusmodi hymnis promulgauerunt decretum cap.12.De hymnis,inquiunt,etiàm canendis & saluatoris & Apostolorum habemus exemplum. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur,Matthæo Euangelista testante:Et hymno dicto, exierunt in montem oliueti.Et Paulus Apostolus ad Ephesios subscripsit, dicens:Implemini spiritusancto, loquentes uobis in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus. Et quia cernebant nonnullos in Ecclesia eos hymnos spernere, qui humano ingenio uidebantur in laudem Apostolorum & martyrum triumphos compositi esse,uehementer arguebant eos huiusmodi uerbis,dicentes:Respuant & illum ergò ab hominibus compositum,quem quotidiè publico priuatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus Gloria, honor patri & filio & spiritui sancto in secula seculorum. Amen. Pro quo nos canimus, Gloria patri & filio & spiritui sancto usq; in finem.Et post hæc inferunt: Nam & ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerũt, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis,angelicus est: Reliqua quæ ibi sequuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergò nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, quia in sanctarum scripturarum locis non inueniuntur.Com ponuntur Missæ siue preces, uel orationes siue cõmendationes, seu manus impositiones, ex quibus si nulla decantantur in ecclesia, uacant officia omnia ecclesiastica.Et paulò post: Sicut igitur orationes,ita & hymnos in laudem Dei compositos,nullus nostrorum ulterius improbet, sed pari modo* Gallia Hispaniaque celebrent, sintque excommunicatione plectendi, qui hymnos reijcere fuerint ausi. Vndè sanctus Pater Benedictus iubet nos monachos ad omnes regulares cursus celebrare

Matth.26.

Ephe.5.

*In Gallicia.

hym-

hymnos, quos ille uocat Ambrosianos. Ad hæc potest aliquis dicere, tunc temporis Gallos & Hispanos in Missarum suarum celebritate nondùm habuisse usum sanctæ Rom. Ecclesiæ. Quod & nos non negamus. Testatur hoc Abbas Hilduuinus, uir in diuina lege adprimè eruditus, in ea epistola quam ad*Ludeuuicum Imperatorem direxit pro passione sanctorum martyrum Dionysii & sociorum eius. ubi inter alia, quæ suæ narrationi uidebantur congrua, hæc adiecit: Cui adstipulari uidentur antiquissimi & nimia uetustate penè consumpti Missales libri, continentes Missæ ordinem more Gallico, qui ab initio receptæ fidei usus in hac Occidentali plaga est habitus, usquequò tenorem, quo nūc utitur, Romanum suscepit. In nostri quoque monasterii archiuo habetur Missalis lōgè aliter ordinatus, quàm Romanæ Ecclesiæ se habeat usus. Et quod ijs omnibus maius est, cùm una sit fides, cur super Missarum celebratione, Galliarum ecclesiæ à Romana discordent, Augustino requirenti, Gregorius respondit: Nouit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, ut siue in Romana, siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti; quod plùs omnipotenti Deo possit placere, solicitè eligas, & Anglorum Ecclesiæ, quæ adhuc noua est, ad fidem institutione præcipua, quæ de multis Ecclesiis colligere potuisti, infundas. Non enim pro locis res, sed pro bonis rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergò quibusque ecclesiis, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, eligas, & hæc quasi uasculo collecta, apud Anglorum mentes in consuetudinē uertas. His satis instruimur exemplis nil nos delinquere, si ea, quæ ex authoritate Pontificum, qui illum sanctum uirum tempore præcesserunt, instituta suscepimus, & uel ex Gallicanarum Ecclesiarū,

Extat hæc epistola.

aut

aut Hispanicarum usu mutuauimus, fideli deuotione seruamus, imitantes ipsius beatissimi Papæ prædicandam humilitatem. Qui cùm repræhenderetur à quibusdam, quòd aliarum ecclesiarum morem sequeretur, inter alia fatetur, dicens: Si quid boni uel ipsa, uidelicet Constantinopolitana, uel altera Ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibebo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, ut bona, quæ uiderit, discere contemnat. Nam si ideò, ut sæpè dictum, illum angelicum hymnum prohibemur in festiuis diebus canere, eo quòd Romanorum presbyteri non solent eum canere, possumus simili modo post Euangelium Symbolum reticere, quod Romani usque ad hæc tempora diuæ memoriæ Henrici Imperatoris, nullo modo cecinerunt. Sed ab eodem interrogati, cur ità agerent, me coram assistente, audiui eos huiusmodi responsum reddere, uidelicet quòd Romana ecclesia non fuisset aliquandò ulla hæreseos fæce infecta, sed secundùm sancti Petri doctrinam, in soliditate Catholicæ fidei permaneret inconcussa: & ideò magis his necessarium esse illud Symbolum sæpius cantando frequentare, qui aliquando ulla hæresi potuerunt maculari. At dominus Imperator non antea desiit, quàm omnium consensu id domino Benedicto apostolico persuasit, ut ad publicam Missam illud decantarent. Sed utrum hanc consuetudinem seruent adhuc, affirmare non possumus, quia certum non tenemus. Eo etiam modo possunt abiici multa, quæ post Sancti Gregorij tépora causa decoris uidentur*adducta, cùm econtrario psalmista dicat: Adiiciam super omnem laudem tuam. Et mirum ualde uidetur, cum certa sit ratione discretum, quid soli liceat episcopo, non autem presbyteros: uidelicet ut ad Episcopum pertineant ordi-

*for. adiecta

Psal. 70.

ordinationes clericorum, dedicationes ecclesiarum sacri Chrismatis confectio, ad dandum Spiritum paraclytum sacra impositio manuum, quid aliud esse possit in sacramentis diuinis, quod non sit presbyteris commune cum episcopis, præcipuè cùm id quod excellentissimum est in omnibus sacramentis, sanctum uidelicet corpus & sanguinem Christi, quotidiè sicut Episcopi, ità & consecrent presbyteri, nec sanctius sit illorum, quàm istorum. Vndè sanctus Hieronymus dicit de iisdem presbyteris: Hi nanque in benedictione cum episcopis consortes sunt mysteriorum, ac nullo in conficiendo corpore Christi ac sanguine inter uos & episcopos credenda distantia est, quia & eucharistiam pridem per presbyteros benedictam, si necessitas exegerit, accipere debent. Et post pauca: Nam si quis ad iniuriam reuocat, ut putet non debere se accipere Eucharistiam, quam presbyter benedicit, is profectò peruersus est, credens Deum duo corpora habuisse, unum maius, aliud minus: quòd episcopus conficit maius, quòd presbyteri minus: qui Christum ita diuidit, Deo iniuriam facit, super hæc omnia cùm in capite libri Missalis, quando presbyteri Romani Gloria in excelsis Deo, canere & non canere soleant, legimus solummodo prætitulatum: nusquàm autem uel à beato Papa Gregorio, uel aliquo sanctorum patrum nobis interdictū puto, quin omni die Dominica uel in sanctorum natalitiis liceat nobis sæpè dictum hymnum canere ad augmentum laudis diuinæ.

De octaua pentecostes. cap. III.

His ità utcunque digestis, non absimile uidetur, si quid de octauis Pentecostes loquamur. Nam dum adhuc apud Gallos essem constitutus,

tutus, non modicam super hac re quæstionem cognoui exortam in illis regionibus, aliis adfirmantibus, quòd sicut Dominicæ natiuitatis ac resurrectionis, ità oporteret celebrare & octauas Pentecostes, præcipuè cum sæpius in nostris officialibus libris scriptum legamus, post octauam pẽtecostes. Aliis e regione contendentibus, in hac solemnitate, qua spiritus sanctus super Apostolos in linguis igneis apparuit, non plus quàm septem dies debere expendi, iuxta dona eiusdem spiritus sancti. Sed ad hanc litem inter utrasque partes dirimendam, ipso sancto spiritu adiuuante, ostendamus cui parti meritò fauere debeamus. Nam cum. S. Augustinus doctor egregius de sermone Domini in monte habito disputaret, & singulas beatitudines septem donis spiritus sancti cõpararet: nam prima beatitudo incepit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorũ, cùm ad octauam perueniret, ita intulit: Octaua tanquàm ad caput redit, quia consummatum perfectumque ostendit & probat. Itaque in prima & octaua nominatum est regnum cælorum. Cùm dicitur autem, Quis nos separabit à charitate? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Septem sunt ergo quæ perficiunt. nam octaua clarificat, & quod perfectum est demonstrat, ut per hos gradus perficiantur & cęteri, tanquàm à capite rursum exordiens: Videtur ergò mihi etiam septiformis operatio spiritus sancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus sententiisque congruere. Et post aliquanta: Hæc octaua sententia quæ ad caput redit, perfectumque hominem declarat, significat fortasse & circuncisionem octaua die in ueteri testamento, & Domini resurrectionem post Sabbatum, qui est utique octauus dies idemque primus dies, & celebrationem octauarum feria-

Rom.8.

Esa.11

feriarum,quas in regeneratione noui hominis celebramus & numero ipso Pentecostes. Nam septenario numero septies multiplicato, quo fiũt 49. quasi octauus additur,ut 50. compleãtur, & tanquam redeatur ad caput, quo die missus est spiritus sanctus,quo in regnum cœlorum inducimur, & hæreditatem accipimus & consolamur, & pascimur,& misericordiam consequimur,& mundamur, & pacificamur.atque ita perfecti omnes extrinsecus illatas molestias pro ueritate & iustitia sustinemus.Ex his S.Augustini uerbis liquidò potest intelligi,quid de octauis Pentecostes possit sentiri. Sed interim uel breuiter de Sacramento nostri baptismatis aliquid loquamur,quod in similitudinem mortis, sepulturæ,resurrectionis Christi regitur,Apostolo teste qui ait: Quicunque baptizati sumus. in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo surrexit Christus à mortuis per gloriam patris,ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius,simul & resurrectionis erimus & cætera. Vnde & beatus Papa Leo:In baptismatis, inquit, regula & mors interuenit interfectione peccati: sepulturam triduanam imitatur dimersio, & ab aquis eleuatio,resurgentis instar est de sepulchro. Vnde rectissimè sancti patres duo tantum legitima tempora ad baptizandum, si nulla necessitas interuenit, constituerunt,sabbatum uidelicet Paschæ, & sabbatum Pentecostes. Quæ utraque per octo dies celebrantur. Meritò consepeliuntur CHRISTO baptizati in sabbato,ut cum ipso ualeant resurgere die Dominico. Sicut enim sabbatum requiem animarum,sic Dominicus Dies, qui est primus & octauus, significat resurrectionem corporum. Si enim certi gratia mysterii per octo dies noster baptismus

Rom.6.

ptiſmus colitur, ita ut octaua die ueſtimenta mutentur baptizatorum, cur non magis celebratur per octo dies baptiſmus Apoſtolorum? Quòd enim Apoſtoli per aduentum ſpiritus ſancti, qui in igne apparuit, baptizati ſunt in die ſancto Pentecoſtes, teſtatur in Euangelio Iohannes Baptiſta, qui confluentibus ad ſe turbis, ait: Ego quidem uos baptizo in aqua in pœnitentiam. Qui autem poſt me uenturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare. Ipſe uos baptizabit in ſpiritu ſancto & igne. Et ipſe Dominus ad Apoſtolos: ait Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini ſpiritu ſancto nō poſt multos hos dies. De qua quidem octauæ Pentecoſtes ſolennitate dicit quidam doctor egregiè: Octauus dies eſt, qui & primus, ſecundum formam octo beatitudinum. Prima beatitudo dicit: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Octaua ita, Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum. Ad regeneratos pertinent hæ ſententiæ, ut qui pauperes ſunt, in hac uita propter regnum cœlorum uſque ad finem uitæ perſeuerantes ſint, ut accipiant regnum, pro quo hic laborauerunt. Baptiſmus uerò Neophytorum, quamuis in ſabbato agatur, ad illum baptiſmum pertinet, quem Apoſtoli acceperunt in die ſancto Pentecoſtes, cuius octaua eſt dies Dominica ſequens, quam ſolemus appellare octauas Pentecoſtes. Et iterum poſt aliqua: Celebratur per ſeptem dies opus ſeptiformis ſpiritus, & octaua die conſummatio & declaratio & glorificatio eiuſdem operis, Quod ſi ita eſt, merito eandem glorificationem in noſtris officiis recolit 8. dies, quæ redit ad caput, quæ & 1. dies. Itaque ſicut celebrauimus maieſtatem ſpiritus ſancti in pentecoſte, celebremus & in octauis eiuſdē feſtiuitatis, quatenus ſæpiſ-

Matt. 3.

Act. 1.

ſimè

sancti Euangelii leguntur, ita & hic agendum esse, rectè & præcipuè cum eadem Missa lectio apocalypsis Ioannis & euangelium, quæ eodem die legũtur, miro inter se concordant modo. Nam sacerdos & sua & ecclesiæ uoce deprecatur sibi præstari supplicandi affectum, & defensionis auxilium: & in lectione scriptum est. Et prociderunt uigintiquatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant uiuẽtem in secula seculorum, Amen. Et in Euangelio princeps Iudæorum Nicodemus uenit ad Iesum nocte, rogans & interrogans de animæ suæ salute. Et deinceps finita hac eadem hebdomada usque ad aduentum Domini, par numerus inuenitur tã officiorum, quàm & Missarum. Nam uigintitres hebdomadæ computantur ita concordes, ut aliquãdo omnis cantus uidelicet antiphonarum, quæ dicuntur. Introitus gradualium, offertoriorum, communionum, cum lectionibus Apostolicis & euangelicis ita conueniant, ut uelut quoddam organum distantis inter se uocis concordem Symphoniam reddãt. Vt enim exempli gratia pauca ex plurimis proferamus, primam Dominicam post octauam Pentecostes intendamus, ubi Introitus ità incipit: Domine, in tua misericordia speraui. & responsorium. Ego dixi Domine, & uers. Beatus qui intelligit super egenum. Offerenda quoquè, Intende uoci orationis meæ. Nonne suis uocibus uidetur tibi, prophetam in uoce pauperis Lazari uel in persona sanctæ ecclesiæ, hoc quidem tempore pauperis & afflictæ, ad Deum proclamare, ut in hac conualle lachrymarũ dignetur misereri membrorum suorum? Et quid ipso die lectio Ioannis, nisi tota charitatis melle redũdat, dum dicit, Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo? Et paulo superius: Deus dilexit nos & nos debemus inuicem diligere. Quid autem sanctum euangelium sonat, nisi

Apo. 4.
Ioan. 3.
Psal. 12
Psal. 41.
Psal. 5.
1. Ioan. 4.
Ibid.

ut ad misericordiæ opera nos prouocet, quando &
Luc.16. pauperis Lazari patientiam in sinu Abrahæ remuneratam, & diuitis superbi auaritiam ostendit damnatum? Pro huiusmodi re sacerdos illum deprecatur, qui est in se sperantium fortitudo, ut adsit inuocationibus nostris propitius, & quia sine illo nihil potest nostra mortalis infirmitas, sicut nec Lazari sine eius adiutorio potuit, præstet nobis auxiliũ gratiæ suæ, ut in exequendis mandatis eius illum diligendo ex toto corde, & ex tota anima, & ex omnibus uiribus, & proximum nostrum sicut nosmetipsos, & uoluntate illi & actione placeamus, ut quandoquè post huius uitæ terminum, in sinu Abrahæ recepti, unusquisque nostrum, læto cordis iubilo cã-
Psal.9. tare possit cum Lazaro: Narrabo omnia mirabilia tua, lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo altissime. Et in hunc modum per uigintitres hebdomadas, si illa Missa superius dicta, tertio loco prætermittitur, aut omnia cum omnibus, aut aliqua cum aliquibus, maximè autem, si diligenter inspicitur, Missæ concordant cum Euangelicis lectionibus. Et ne multiplex sermo lectori fastidium gignat, præter missis plurimis, pauca adhuc dicamus sub exẽplis:
Luc.5. Qualiter illa euangelica lectio, qua Dominus Petro prædicit, Noli timere, ex hoc iam homines eris capiens: & ille subductis ad terram nauibus, cum sociis suis secutus est illum, congruat orationi Missæ, non est laboriosum inuestigare, quę huiusmodi componitur prece: DEVS qui diligentibus te bona inuisibilia præparasti, infunde cordibus nostris tui amoris affectum, ut te in omnibus & super omnia diligentes, promissiones tuas, quæ omne desiderium superant, consequamur. Vt hæc omnia cum Apostolis mereamur consequi, hortatur nos Petrus in lectione, omnes unanimes in oratione existere. Iterũ illi Euangelicæ lectioni, ubi Dominus quatuor mil-

lia

lia hominum septem panibus & pisciculis paucis pauit, hæc Missa congruit: DEVS, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur, te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas. Prouidit enim DEVS, quid esurienti populo esset facturus. Meritò populi diuinæ largitatis pabulo refecti, cum Daniele Propheta decantant læti: Sicut in holocausto arietum, rogantes, ut sic fiat sacrificium in conspectu Domini, ut placeat sibi. Et quia hæc uerba ad legalia pertinebant sacrificia, & ea nunc in mysterium corporis CHRISTI & sanguinis sunt mutata, testantur uerba secreta, quæ ita incipiunt: DEVS qui legalium differentia hostiarum unius sacrificii perfectione sanxisti: Illi Euangelio, in quo Dominus super ciuitatem Hierusalem fleuit, hæc oratio congruit: DEVS qui omnipotentiam tuam parcendo maximè & miserando manifestas, multiplica super nos misericordiam tuam. Illud Euangeliũ, Duo homines: & illa Apostolica lectio, quæ ea die legitur, benè concordant, dum Apostolus dicit: Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus uocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Et publicanus à longè stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori. Inter hos medius stans Sacerdos, orat & dicit: Omnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuæ & merita supplicum excedis & uota, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas quæ conscientia metuit, & adijcias quod oratio non præsumit. Nunc uideamus de duodecima Dominica post octauas Pentecostes, quæ concordia in illo officio esse possit. Nam in Euangelio secundùm Marcum eo die legimus, qualiter adducunt Domino surdum & mutum, & depreca-

Luc. 19.

Luc. 18.

1. Cor. 15.

Marc. 7

bantur illum, ut imponat illi manus. Et post pauca: Et statim apertæ sunt aures eius, & solutum est uinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Quod intuens propheta ex persona infirmantis in Introitu
Psal. 69. deprecatur Deum, dicens: Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina. Congruit etiam titulus eiusdem psalmi, qui ita inscribitur: In finem Dauid in rememorationem, eo quòd saluum me facit Dominus. Cernens sacerdos hanc sanitatum gratiam, nonnisi ex diuino munere euenire orat ad Dominum huiusmodi prece: Omnipotens & misericors Deus, de cuius munere uenit, ut tibi à fidelibus tuis dignè & laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Vndè & in lectione Apostolus profitetur fiduciam se habere per Christum ad Deum. Et in responsorio iam quasi soluto linguæ uinculo, propheta laudes se Deo
Psal. 33 promittit referre, dicendo: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. In Domino laudabitur anima mea. In lectione introducitur nomen Moysis, & in offerenda, precatus est Moyses in conspectu Domini pro peccatis
Exo. 32 populi sui, ut sicut in Euangelio corpore infirmũ, ita hic sanet Dñs populũ ĩ anima lãguidũ. Vndè scriptũ est. Et placatus factus est Dñs de malignitate,
Exo. 33. quam dixit facere populo suo. Et in uersu, Dixit Dñs ad Moisen inuenisti, gratiã in cõspectu meo, & scio te præ omnibus. Sic uterque populus noui
Psal. 103 ac ueteris testamenti curatus, diuina conmemorat beneficia: ita canens cum propheta, De fructu operum tuorum Domine satiabitur terra, ut educas panem de terra, & uinum lætificet cor hominis. Terra quæ in primo homine maledicta, spinas & tribulos germinauit, nunc cælesti imbre perfusa, ac bonorum operum fructu satiata, illum panem pro-

ducit,

dicit: Introiuit mors per fenestras uestras, quatenus in his quinque hebdomadibus hospitium mẽtis illi regi nostro præparetur, quem prophetica lectio in ipsa hebdomada quinta his uerbis pronunciat uenturum: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Quaternarium uerò numerum, quem, ut suprà notauit sanctus Gregorius, in quatuor Dominicis de Aduentu Domini diebus posuit, tali celebrãt sacramento, ut homo qui quatuor consistit elementis, per quatuor hebdomadas eius expectet aduentum, quem per tres ordines librorum, legis scilicet, prophetarum, psalmorum, olim promissum, & per quartum, id est, principij euangelij angelo sanctæ Mariæ semper uirgini conceptum, ac natiuitatis eius ordinem narrante, ad salutem humani generis certissimè sciunt huic mundo præsentatum. Et ne tantilla paruitatis meæ attestatio, quam ex aliorum magis, quàm ex propria protuli sententia, uideatur paruipenda, Maiorum dicta ponantur in medio, ut uel ex his liquidò comprobetur, quorũ usus rectior habeatur. Ait nempe Amalarius diuinorum officiorum scrutator nõ contemnendus: In antiquis libris Missalium & lectionariorum reperitur scriptum, hebdomada quinta ante Natiuitatem Domini. Totidem enim lectiones habemus in lectionario, & totidem euangelia a tempore memorato per dies Dominicos usque ad Natiuitatẽ Domini. Antiphonarius habet tria officia diurna, & quartum in die Dominico, qui uacat post lectiones duodecim: Nocturna uerò quatuor, ut superius dixi, per dies Dominicos. Author lectionarii excitat fidem nostram ad recolendum Domini nostri Iesu Christi uenturi in mundum præconium per quinque ætates mundi. Author Missalis, qui nominatur

Gregorialis, & Antiphonarii nos tangit, ut recolamus Natiuitatem Domini celebratam per tres ordines librorum, scilicet legis, prophetarum, & Psal-
Luc.1. morum, necnon & per quartum, id est, principium Euangelij, in quo narratur Gabriel Archangelus missus ad Zachariam, uidelicet nuncius præcursoris Natiuitatis Domini, uerum etiam & prophetia Zacharię de aduentu Domini, & Gabriel missus ad Mariam uirginem, narrans ei conceptionem saluatoris nostri, & cætera talia usque ad ipsam Natiuitatem. Nempe & ipsa quarta hebdomada, hoc est, quæ proxima est ante Natiuitatem Domini, siue in qua celebratur, singularis est: Habet in matutinali officio per unamquanque feriam antiphonas proprias in psalmis. Et alio modo author lectionarii docet nos, quàm fortis sit Dominus, qui uenturus est ad nos, & intraturus domum nostram, ut in ea habitet, quam nos solemus sordidare quinque sensibus nostris: Illices formæ intrant per oculos: Suspicio mala de fratre, per aures: odor libidinosus ꝑ nares: ꝑ os ingluuies polluit, ꝑ tactũ crudelitas. In sordibus nõ uult habitare rex uenturus, nisi ita purgetur hospitium, ut nec saltem puluis talium phantasmatũ remaneat, non dignabitur hospes uenturus intrare in illud. Ideò scribit author lectionarii quinque lectiones quinque hebdomadarum, ut nos hortetur circuncidere quinque sensus nostros
Iere.31. ab omni uitio, & parare mansionem dignam regi & Domino atque uero prophetæ. De ipso rege dicit prima lectio: Ecce dies ueniunt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex, & sapiens erit. At uerò de Domino, Et hoc est nomẽ,
Ioan. 6. quod uocabunt eum, Dominus iustus noster. Et iterum in Euangelio de propheta: Quia hic est uerè propheta, qui uenturus est in mundum. Author Missalis siue antiphonarii, eandem præparationem hortatur

hortatur nos facere per quatuor hebdomadas. Sicut enim homo internus quinque sensibus ad animam benè aut male operatur, ità per quatuor elementa aut ruit ad mala opera, aut surgit ad bona. Quapropter, ut dixi, hortatur nos author memoratus, ut si usque modò torpuimus negligētia, dehinc surgamus ad mundandam domum nostram, ut qui non excitatus est in quinta hebdomada, saltem in quarta surgat. Ipsum enim sonat lectio, quæ legitur in quarta hebdomada, Scimus quia hora est iā nos de somno surgere, & reliqua. Non dubito propterea cantorem in memorata hebdomada cum tuba sua exaltare uocem. Ad te leuaui animam meam, ut excitet eos qui in quinta hebdomada sopore negligentiæ oppressi sunt. Quomodò nostram domū præparare debeamus, in sequentibus memorata lectio monstrat: Non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitiis, non in contentione & æmulatione, sed induimini Dominum Iesum Christum. Eandem præparationem inculcat in*aras cordis nostri sacramentarium: Suscipiamus, inquiens, Domine misericordiam tuam in medio templi tui, ut reparationis nostræ uentura solennia congruis honoribus præcedamus. Hæc autem causa est, qua patrum sententia fulcitur,* Omnis enim omnipotentis uerbi humanati dispensatio, sanctæ Trinitatis indiuidua est operatio. Et quamquàm ad solum filium respiciat humanitatis assumptio, tamē ad totam Trinitatem pertinet effectiua nostræ redēptionis consummatio. Quapropter æquum per omnia fore & conducibile censetur, quatenus tres tantum hebdomadæ obseruentur in aduentu Domini. Quòd si aliquid supercreuerit, synecdochicōs accipitur, nè tanti mysterij ordo & regula præsumptuosè (quod absit) annulletur. Est autē & alia eiusdem negocii ratio haudquaquàm uilipendenda,

Rom. 13.
Psal. 24.
Forte aures*
Psal. 47.
*forte deest hic, * qui tria in antiphonario ordinarunt diurna officia aut aliquid simile.*

ui, quando facies de persequentibus me iudiciũ: Iniqui ꝑsecuti sunt me, adiuua me Domine Deus meus. Nunc superest tantum, ut dicamus, de Dominica uigesimasecunda post octauas Pentecostes, quam conuenientiam illud officium totum cum euangelio habeat: in quo introducitur persona regis, qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Cui cum oblatus esset debitor decem millium talētorũ, nec haberet unde redderet, misertus eius dimisit ei debitũ. Sed quia ille noluit misereri conserui sui, iratus Dñs, debitum, qđ dimisit, repetit, tradiditq; eũ tortoribus, quoadusq; redderet uniuersum debitum. Quo hæc parabola tendat, Dñs mani festè denunciat, dicens: Sic & pater meus cœlestis faciet uobis, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus uestris. Quam sententiam propheta pertimescēs, in Introitu clamat ad Dominum, dicens: Si iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? Et quoniam sciebat eum iustum iudicem esse, hac uoce studebat eum beneuolum reddere. Quia (inquit) apud te propitiatio est Deus Israel. Vnde sacerdos confidenter Dominum rogat, dicens: Deus refugium nostrum & uirtus, adesto pijs ecclesiæ tuæ precibus author ipse pietatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, efficaciter consequamur. Tunc enim fideliter petimus, si conseruis nostris debita dimiserimus, ut & nos à nostris debitis per Dominum absolui ualeamus. Nam & Apostolica lectio de obseruanda fraternæ charitatis unitate satis nos admonet, dum Apostolus seipsum in exemplum ponens, inter cætera sic dicit: Testis enim mihi est Deus, quomodo cupiam uos omnes in uisceribus Iesu Christi. Et hoc oro, ut charitas uestra magis ac magis abundet in scientia et in omni sensu, ut probetis potiora, ut sitis sinceri, & sine offensa in diem Christi, repleti

Mat. 18.

Psal. 129.

Psal. 45.

Phil. 1.

ti

ti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei. Quam charitatem commendat
Psal.132. responsorium, dicens: Ecce quam bonum & quam iocundum, habitare fratres in unum. In offerenda, beata Hester ecclesiæ typum gerens, Dominum rogat recordari sui, & ut det sermonem rectum in os eius. Si enim rectus sermo in ore nostro sonuerit, uidelicet peccata nostra confitendo, pœnitendo, proximis nostris debita remittendo, statim in com munione illa ad nos diuina dirigitur promissio: Di-
Matt.15. co uobis, gaudium est angelis DEI super uno pec catore pœnitentiam agente. De uicesima autem tertia Dominica, quoniam tractaui in quadam epistola, quam ad Aribonem Archiepiscopum de aduentu Domini composui, nunc aliquid dicere supersedeo.

Cap. VI.

INter hæc non ociosè quærendum puto, cur author officiorum tantummodo uigintitres inter octauas Pentecostes & aduentum Domini, Ordina tor uero lectionarijs uigintiquinq; lectiones posuerit, exceptis his, quæ in octaua Pentecostes & Do minica quinta ante Natiuitatem Domini, & in san cta Trinitate legi solent. Quæ si uigintiquinq; adduntur, xxviij. numerus adimpletur. Qui officia ordinauit, embolismales annos in decemnouenali cyclo attendit, in quibus Pascha tardius solet occur rere, & breuiora tẽporũ spatia, inter octauas Pẽteco stes & aduẽtum Dñi conficere alter uerò cões, in q bus eadem paschalis festiuitas maturius consueuit prouenire. Dicamus sub exemplo, quando ultimus terminus paschalis 14. Kalendis Maij, & ipse Pascha lis dies septimo Kalendas eiusdem mensis occurrit, qui diligenter computare uoluerit, non plus quam uigin-

uigintitres hebdomadas ab octaua pentecostes usq; ad aduentum Domini inuenire poterit. Et ita acci dit ut officium , *Domine in tua* , neccessario debeat cantari in ipsa octauæ pentecostes hebdomada . Quando uerò terminus primi paschæ duodecimo Kalendas Aprilis,ipsum uerò sanctum Pascha statim in crastinum, hoc est, 11. Kalendas Aprilis euenit, tunc ab octaua Pentecostes usque ad Aduentum Domini , completur numerus uigintiocto hebdomadarum,iuxta computationem lectionarij ,dignus profecto numerus, qui inter has solennitates Spiri tus sancti & Domini aduentus medius incedat, quia non solum iuxta huius mundi sapientes , eo quod partibus suis consistat, perfectus esse dinoscitur, uerum etiam magis propter sacramentum septiformis gratiæ & euangelicæ doctrinæ.Nam septenario quater ducto, in hanc perfectionis summam excrescit,ut sicut senarius infra denarium,ità & iste infra centenarium numerum perfectus inuenitur. Quod prudens calculator facile intelligere quibit, si parti um eius diuisiones diligenter in unum colligit.Nulli uerò dubium,quin septem ad Spiritum sanctum, quatuor uerò pertineant ad euangelium, quia per septi formē gratiam spiritus sancti prædicatur euangelium per quatuor plagas mundi. Si quis uerò cō tentiosè conatus fuerit repræhendere, quod in prædictis officijs non æquæ omnia omnibus ex toto cōueniant , huiusmodi responsum à B . Augustino percipiat: Non sanè omnia quæ gesta narrantur, aliquid etiam significare putanda sunt,sed propter illa quæ aliquid significant, adduntur . Solo enim uomere terra proscinditur : sed ut hoc fieri possit, etiam cætera aratri membra sunt necessaria .Et soli nerui in citharis atque huiusmodi uasis musicis aptantur ad cantum , sed ut aptari possint, insunt & cætera in compagibus organorum , quæ non

per-

percutiuntur à canentibus, ſed ea quæ percuſſa reſonant, his conneƈtuntur: Ita in prophetica hiſtoria dicuntur etiam aliqua, quæ nihil ſignificant, ſed quibuſdam adhæreant, quæ ſignificant, & quodam modo religantur.

De ieiunio quatuor temporum. Cap. VII.

TErminos reƈtæ fidei ſanƈtæque doƈtrinæ poſuerunt ab initio patres Catholici, quos omnino nefas eſt tranſgredi. Sed & multæ conſuetudines eccleſiaſticæ inueniuntur a ſanƈtis Patribus infra canonicæ regulæ terminos cõſtitutæ, ſicut ſunt aduentus Domini, ſeptuageſima, ſexageſima, quinquageſima, quadrageſima, Litania maior, dies rogationum ante aſſcenſionem Domini, uigiliæ quorundam Sanƈtorum, necnon & hæc ipſa quatuor temporum ieiunia, quæ præ manibus habentur, aliaq; perplura, quæ omnia iure perpetuo abſque ulla tranſgreſſione nobis ſunt obſeruanda ac pro lege tenenda; dicente ſanƈto Auguſtino ad Caſulanum presbyterũ de ieiunio ſabbati: In his enim rebus, de quibus nihil certi ſtatuit ſcriptura diuina, mos populi Dei uel inſtituta Maiorum pro lege tenenda ſunt. Accedit etiam hoc, quòd nihil ſine ratione in eccleſiaſticis conſuetudinibus à ſanƈtis patribus conſtitutum reperitur, ſi cauſa diligenter inquiritur. Vt ex ueterum ac præcipuè S. Auguſtini ſermonibus intelligi poteſt, neceſſarium eſt noſtræ religioni, annuatim quatuor ieiunia celebrare. Nam quatuor temporibus uoluitur annus: Vere, æſtate, autumno, hyeme. Hæc quatuor tempora ſolent nos per deleƈtamenta ſua reuocare ab amore creatoris. Qua de re ieiunandum eſt in unoquoque tempore, ut caſtigentur noſtra quatuor elemẽta, ne ſurripiantur à deleƈtatione mundi. Ipſa quatuor

ducit, qui de cælo descendit, cuius gustu reficimur, & uini poculo in mysterio sanguinis Christi potamur, ut oleum diuinæ misericordiæ faciem interioris hominis exhilaret, & panis eiusdem cor hominis confirmet. Illi euangelio, ubi Dominus legisperitum de mandato interrogat, & ille respondens, dixit: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus uiribus tuis, & ex omni mente tua, & proximum tuum sicut teipsum. & Samaritanus curat illum uulneratum, & stabulario dat, & promittit præmium, congruit hæc oratio ad Dominum: Omnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Hæc & alia, quæ uel prætermissa, uel dicta sunt, uel quæ adhuc restant, si diligenti cura obseruentur, concordi fine concluduntur, si tamen illud officium, Exultate Deo, nullo canitur die Dominico. Nam cùm cæteræ Dominicæ, quæ post ieiunia uacant, lectiones & euangelia habeant constituta, & hæc Dominica, quæ hic uacat, ita non habeat, iure illud officiũ prætermittitur, ut in cæteris cõcordia reseruetur. Si quis uero obiicit, cur officium quartæ feriæ non hic similiter cantetur, sicut in aduentu Domini, & in Quadragesima, respondemus, quia cum quatuor hebdomadæ in Dominico aduentu ante Natale Domini sint prænotatæ, & in quadragesima per singulos dies singula sint officia constituta, ut in aduentu Domini quarta, & in Quadragesima, secunda Dominica uacent, meritò ab ecclesiasticis uiris est constitutum, qualiter illi duo dies supplerentur per officia quartarum feriarum: At uerò finita Pentecostes hebdomada, & sequenti Dominica, quæ uacat, non iam officium quartæ feriæ repetitur, sed, Spiritus Domini canitur: ita & finito

Matt. 22.

Luc. 10.

ſeptimi menſis ieiunio, non repetendum puto quartæ feriæ officium, ſed magis, ſi neceſſe fuerit aliquod officium obſeruandum, & non occurrit aliqua feſtiuitas ſanctorum, rectius prioris hebdomadæ officium, ſicut ſolet fieri in Galliarum eccleſiis, repetitur, quàm concordia euangeliorum & officiorum diſſipetur. Nec ſatis mirari queo, quid cauſæ obſiſtat, cur non liceat unum officium, ſi ita euenerit, cantari per duas, ſicut & unam hiſtoriam cum ſuis reſponſoriis, per duas uel per tres uel per quatuor hebdomadas. Nam finita hebdomada quæ uacat, in Introitu Miſſæ cantor pacem à Domino rogat, ut prophetæ eius fideles inueniantur. Et reſponſorio propheta Dauid, Lætatus ſum (in-
Pſal. 121. quit) in his, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini ibimus: & in uerſu, Fiat pax in uirtute tua. In
Matt. 23. euangelio facit Dominus mentionem prophetæ Moyſis, dicens: Super cathedram Moyſis ſederũt ſcribę & Phariſæi. Sequens offerenda ita incipit: Sanctificauit Moyſes altare Domino. & primus uerſus, Locutus eſt Dominus ad Moyſen: Secundus uerſus, Orauit Moyſes Dominum. Et in commu-
Pſal. 95. nione hortatur nos pſalmiſta cum Moyſe tollere hoſtias, & introire in atria Domini, adorare Dominum in aula ſancta eius. Et quia Deo nec in ſacrificio, nec in oblatione hoſtiarum ſine eius adiutorio placere poſſumus, nec in atria eius introire, nec in aula eius adorare eum, merito ſacerdos ex ſua & noſtra uoce Deum deprecatur, dicens: Dirigat corda noſtra Domine quęſumus tuæ miſerationis operatio, quia tibi ſine te placere non poſſumus. In ſequenti Dominica in Introitu, conſolatur nos ipſe, dicens: Salus populi ego ſum, & cætera. Vndè &
Matt. 9. in Euangelio non ſolum ſanat paralyticum, quem ei offerebant, iacentem in lecto, uerùm etiam dimittit peccata, ſicut eidem dicit: Confide fili, remit-

tuntur

tuntur tibi peccata tua: Vnde & merito nos Domi
num in oratione Missæ rogamus, ut omnipotens
& misericors Deus uniuersa nobis aduersantia
propitiatus excludat. & sicut paralyticus ex mise-
ratione Dei libero gressu incedebat, ita & nos men
te & corpore expediti, quæ Dei sunt liberis menti
bus exequamur. Et quia Apostolus quosdam de
scribis sciebat intra se dixisse, Hic blasphemat: in
epistola sua præmonebat, dicens: Propter quod lo-
quimini ueritatem unusquisque cum proximo
suo, & nolite locum dare diabolo. Deinde occurrit *Ephe. 4.*
illa Dominica, ubi illud euangelium legitur, in quo
quidam ad nuptias filii regis inuitati, neglexerunt
uenire, sicut scriptum est: Et abierunt, alius in uil-
lam suam, alius ad negociationem suam: Reliqui
uerò tenuerunt seruos eius, & contumelia affectos
occiderunt. Quod nos præcauere uolens Aposto
lus, in epistola sua admonet, dicens: Nolite inebria
ri uino, in quo est luxuria, sed implemini spiri-
tu sancto. Vbi etiam inter discumbentes rex uidēs *Matt. 22.*
hominem non uestitum ueste nuptiali, iussit eum
ligatis manibus & pedibus mittere in tenebras ex
teriores: ibi erit fletus & stridor dentium. Quod
intuens populus pœnitens, super flumina, inquit,
Babylonis sedimus & fleuimus, dum recordare-
mur Sion. Et cantor uolens iustum iudicem pla-
care, & beneuolum reddere, huiusmodi uerbis cō
fitendo incipit canere: Omnia quæ fecisti nobis *Dan. 3.*
Domine, in uero iudicio fecisti, quia peccauimus
tibi, & cætera. In responsorio iam adspirans ad cō
uiuium Dei, ita canit: Oculi omnium in te sperant
Domine, & tu das illis escam in tempore oportu- *Psal. 144.*
no. Propter hæc omnia rogat sacerdos pium iudi
cem, ut fidelibus suis largiatur indulgentiam placa
tus & pacem, ut pariter ab omnibus mundentur
offensis, & secura tibi mente deseruiant. Et in com-

communione

tuor elementa coniuncta sunt quatuor temporibus anni. Ver est humidum & calidum, & in eo facimus unum ieiunium, ut elemētum humoris in nobis castigetur, nè consentiat falsæ pulchritudini ueris. Ex humore enim & calore nascitur pulchritudo terræ. Aestas sicca est & calida, in qua alterum ieiunium facimus, ut castigetur elementum caloris in nobis, nè consentiat incendio carnali. Tertiū fit ieiunium in autumno, qui est frigidus & siccus, ne aliquo languore animi arescamus ac defluamus, & inueniamur sine pinguedine olei in æterno tabernaculo: etenim illo tempore congregamus, quo fruamur in futuro. Quartum ieiunium fit in hyeme, quæ est frigida & humida, nè membra nostrã fluxu atque luxu soluantur in comessationibus & potationibus, & per hoc negligatur amor Dei. At quia quatuor tempora annorum nos impediunt* ad amorem Dei, quatuor ieiunia facimus, per singula quæque tempora suum ieiunium, unūquodque pro suo tempore. Simili modo diurna curricula quatuor nos impediunt ab amore scilicet cœlestium, Matutinum, meridianum, uespertinum, nocturnum. Per hæc etiam quotidie ab amore æternorum retrahimur. In unoquoque tres dies sunt. Quia unumquodque tempus tres menses habet, pro unoquoque mense singuli dies ieiunio consecrantur. At uerò quia quotidiana peccata adgrauant, non sufficit unum ieiunium per unumquodque tempus, ac per hoc quadragesimale tempus inducimus, quo quotidiana peccata affligantur. Eadem uerò quatuor temporum ieiunia his diebus solent celebrari scilicet quarta feria, sexta, & sabbato. Ideo quarta, quia iudæi in ea fecerūt consilium, ut occiderent Christum. Sexta, quoniam occiderūt [illegible]m: sabbato, ex auctoritate sanctæ Romanæ eccle[illegible], concluditur ieiunium, propter tristitiam Apo-

*ab amore.

ſtolorum, quam de morte noſtri redemptoris habuerunt, ſicut Innocentius Papa in ſuis Decretalibus narrat. Sabbato (inquit) ieiunandum eſſe ratio euidētiſſima demōſtrat. Nā ſi diē dominicū ob uenerabilē reſurrectionē Domini noſtri Ieſu Chriſti nō ſolū in Paſcha celebramus, uerū ēt per ſingulos circulos hebdomadarū ipſius diei imaginē frequentamus, ac ſi ſexta feria propter paſſionē Domini ieiunamus, ſabbatū prætermittere non debemus, qui inter triſtitiam atque lætitiam temporis illius uidetur incluſus. In quo etiam ſabbato conſecratio ordinum eccleſiaſticorum celebratur, cauſam etiam eiuſdem conſecrationis ſancto Auguſtino dicente ad Ianuarium: Sabbatum, inquit, commendatum eſt priori populo in ocio corporaliter celebrandum, ut figura eſſet ſanctificationis in requie ſpiritus ſancti. Nuſquàm enim legimus in Geneſi ſanctificationem per omnes priores dies, ſed de ſolo ſabbato dictum eſt Sanctificauit Deus diem ſeptimum. Quia ergo charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis, ideò ſanctificatio in ſeptimo die commemorata eſt, ubi requies commendatur. Nunc de lectionibus uideamus. In quarta feria duæ lectiones leguntur, ut hi qui in ſabbato ſunt conſecrandi, admoneantur, ut notitiam legis & prophetarum habeant, quæ maximè in quarta ætate uigebant. Sexta feria una tantùm legitur quia lex & prophetia in uno euangelio recapitulantur, quod nunc in ſexta mundi ætate prædicatur ac legitur. De duodecim lectionibus, quæ prætitulantur in libro Sacramentorum, die ſabbati, ſic in literis Patrum reperitur ſcriptum: Sex lectiones ab antiquis Romanis Græcè & Latinè legebantur. Qui mos apud Conſtantinopolim hodiè quoque ſeruatur propter duas cauſas: unam,

quia

quia aderant Græci, quibus incognita erat Latina lingua: aderantque Latini, quibus incognita erat Græca: alteram quoque, propter unanimitatem utriusque populi. Duodecim lectiones dicuntur propter duodecim lectores, non propter duodecim sententiarũ uarietates. Sex Lectiones sunt tantũmodò in sentẽtiis. Neq; enim si dixerimus amẽ, uerũ: propterea duas ueritates intelligere debemus, sed unam. Sed de his hactenus: nunc ad propositum redeamus. Quæstio tua, si ritè recordor, talis erat, ut scire optares, utrumnam statim in primo sabbato Martij sit ieiunandum, etiamsi idem mẽsis quinta, sexta, aut septima feria incipiant, an ad aliud sabbatum propter quartam feriam sit differendum. Ad quod tibi ex consuetudine sanctæ ecclesiæ, quæ pro maxima authoritate tenenda est, respondeo; quòd absq; ulla refragatione semper eiusdem mensis quarta feria debeat expectari, quoniam idẽ ieiunium quod quarta feria incipitur, sabbato finitur: nequaquàm Februario, sed totam Martio deputatur, ea uidelicet ratione, ut in eo mense primum ieiunium nostrum Domino consecretur, in quo principium anni ac ipsa creatio mundi cœpit. Vndè iste terminus firmiter est obseruandus, ut nec ante IIII. Nonas Martii, nec post VI. Idus eiusdem mensis aliquis statuat ieiunandum, sed in his septem diebus ubicunque primum euenerit, ieiunare licitè ualebit. Ex quo uelut intellectuali quodam filo rectissimæ regulæ linea, per quatuordecim hebdomadas usque in secundum Iunii mensis sabbatum, itemque indè per alias quatuordecim ad tertiũ Septẽbris sabbatũ: itẽ siue per tredecim, siue p quatuordecim, ad illud ꝓximũ ante natiuitatẽ Dñi sabbatũ, ut absq; errore eorũdẽ sabbatorũ termini possint inueniri. Ad hoc demonstrandum constituantur feriæ septem cum d ebus toti-

dem mensis Martii, id est, à quarta Nonarum, usque in septimam Idus, per quos primi sabbati termini solent uariari, ut his inspectis res ipsa de nobis aperiat. Vt enim ab ultimo incipiamus, Martius aut quinta feria incipit, & sabbatum in quo est ieiunandum, sexto Idus occurrit: aut mensis sexta feria, sabbatum uerò septimo Idus, aut ille feria septima, istud uerò octauo Idus: aut mensis prima, quæ est Dominica, & sabbatum Nonis: aut si ille feria secunda, istud pridie Nonarum. Si uerò tertio, illud tertio Nonas, at si Martius feria quarta, sabbatum quarto Nonas. Si ex his singulis terminis adhibita computatione ad terminos Septembris per quatuordecim hebdomadas aciem rectè dirigis, liquido peruidebis, in quarto seu septimo mense quartas ferias iuxta sui quantitatem suis sabbatis n i ius deesse, excepto Septembri, quando ipse incipit feria quinta, Iunius quarta, Martius tertia. Qua ex re sic eueniat, prudenti calculatori ad indagandum nequaquam erit difficile. Ex his omnibus ratio manifesta docet, firmius ac stabilius esse argumentum, quod ex hebdomadarum numero collectum nunquam nutat, quàm quod ex feriarum consideratione compilatum aliquando uacillat. De mense uero decimo nihil aliud dicendum est, nisi ut proximum ante natiuitatem Domini semper obseruetur sabbatum, excepto quando uigilia euenerit in sexta feria. Scio me pro certo ita dixisse, & quàm uerum sit etiam in hac re, de qua præsens tractatus habetur, qua potero breuitate ex dictis maiorem curabo demonstrare. Igitur Amalarius diuinorum officiorum indagator solertissimus, cuius dicta Catholicorum uirorum sententiis fulgentem unita, cum de iisdem disputaret ieiuniis, sic inter alia dicit. Primi Apostolici semper in Decembri mense, in quo Natiuitas Domini

Amalarius lib.2.ca.1.

ni nostri IESV CHRISTI; celebratur, consecrationes ministrabant, usque ad simplicium, qui fuit à beato Petro quadragesimusnonus. Ipse primus consecrauit in Februario, ni fallor, nullam ob aliam causam, nisi intimando coniungendos propinquius Christi corpori, qui per sacrum mysterium prouehuntur. Quod nullo modo satius fieri potest, quàm si ꝑ eos patriarchas, ex quibus Christus natus est, generentur. Quod impossibile est secundum carnem, secundum spiritum dignum & habile, hoc est, ut per interpretationes nominum patriarcharum nascantur mente, qui genealogiæ Christi uidentur familiaribus adsciscì. Et quia incō gruum est, sicut unicuique generationi singularis hebdomada deputatur, ita per unamquanque hebdomadam consecrationem celebrari, causa congruenti per singula tpā, quæ conuenire possunt uirtutibus & interpretationibus Patriarcharum, qui in articulis genealogiæ positi sunt, cōsecratio celebratur spiritualis. Per tres tesseradecades annuales, sūt hebdomadæ quadragintaduę. Tot generationes secundum Matthæum Christi sunt cum ipso, tot. n. hebdomadæ inueniuntur, a primo sabbato primi mensis, usq; ad quartū sabbatū decimi mēsis. Consecratio prima celebratur primo sabbato primi mensis, quæ quasi in loco Abrahæ generat Christum. Abraham interpretatur pater multarum gentium, cui dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Si quis consecratus stat in semine multorum conuertentium per sua exempla ad Deum, est a primo patriarcha Abraham genitus, est ipsum semen Christus, in quo semine promissum est Abrahæ, benedici omnes gentes. Ipsa consecratio uerno tempore celebratur, quod tempus habile est, procreationibus. Nam & Abraham tertia ætate fuit huius mundi, quæ ætas com- *Gen. 22.*

paratur adolescentiæ, quę habilis est generationi filiorum. Secunda consecratio est in quarto mense, secundo sabbato, quod est initium secundi catalogi quatuordecim hebdomadarum. Hæc deputatur in loco filiorum Dauid. Dauid interpretatur manu fortis, ipse prostrauit Goliath, id est, humilitas superbiam. Qui consecrantur, propterea consecrantur, ut fortes sint & per humilitatem deiiciant superbiam. Ipsa celebratur in Iunio mense, quando feruor magnus solis est super terram. Omnibus notum est, Dauid bellicosum fuisse. tempus Iunij aptum est bellis. Tertia consecratio celebratur in Septembrio tertio sabbato, quod est initium tertii catalogi. Hæc deputatur generationi Iechonię. Iechonias interpretatur præparatio Domini. Nullique dubium, si omnes oportet pręparari in aduẽtum Domini, quin potissimum eos, qui consecrantur. Neque hoc sine ratione est, si computetur catalogus nouissimæ tesseradecadis, & semel computetur Iechonias, non amplius inueniuntur cum ipso Christo quàm tredecim generationes: si ipse bis cõputetur, quatuordecim inueniuntur. Sanctus augustinus cã mysterij perhibet factum esse, quòd Iechonias, qui interpretatur p̃paratio domini, bis nũmeretur, in fine prioris, & in capite sequentis catalogi, lapidem angularem, i. Christum significans: in quo præparauit Deus pater duos populos quasi parietes in unam iungere domũ. Quanquàm beatus Hieron. uitio scriptorum & longitudine temporum inter Græcos & Latinos confusum esse narret, & patrem qui in Hebræo Ioachim nominatus est, non in Chaldæam ductum, sed defunctum in terra sua, & filium Ioachim de captiuitate redeuntem Salathiel genuisse affirmet. Igitur supradictus doctor hoc uoluit intelligi, ut tredecim & quatuordecim hebdomadæ præfigurarent in mysterio, quę

Iecho

Iechonias semel aut bis poneretur in catalogo. Enimuerò omnibus annis tredecim inueniūtur, exceptis his, hoc est, quando Martius feria tertia uel quarta, natiuitas uero Domini nostri Iesu Christi Dominica aut secunda feria acciderint. De hoc ieiunio, quod in ipsa solebant uigilia antiquiores celebrare, supra nominatus dixit Amalarius: Quæ consecratio habet finem in ipsa natiuitate Christi, sicut quorundam Italorum, nescio an omnium, adhuc mos est agere, ut ego ipse ibidem positus cognoui: sed usus in nostris excreuit ecclesiis, ut in anteriori hebdomada anticipetur, quia illa duo officia ieiunii & natalis Domini, non conueniunt simul celebrari. Nam sicut præueniendo istud anticipamus, ita secundum sabbatum Iunij mensis cum uigilia Pentecostes si prouenerit, prolongando in proximum differimus, licèt nostri antecessores utrunque in ipsa uigilia sancta simul celebrarent, sicut prætitulatione librorum euidens habemus testimoniū. Quid adeò opus est, nunc inquiri, quod tam longo tempore cœpit dedisci? at tamen nè huiusmodi scientia frauderis, talis inscriptio super hac re habetur in libris nostris: Si euenerint duodecim lectiones in sabbato sancto Pentecostes, tūc in quarta feria cantetur & legatur antiphona, Exaudi Domine *Missa, preces nostras quæsumus Domine. Require in prima hebdomada quadragesimæ. Lectio, Dixit Salomon. Item oratio, Deuotionem populi. Lectio Esaiæ Prophetæ, Audi Iacob. Alleluia, Domine Deus salutis. Euangel. secundùm Lucam, Accedentes discipuli. Offert. Viri Galilæi, Cōmunio: Pater, cū essem. Feria sexta antiphona, Exaudi Domine *Missa: Esto Domine propitius. Lectio, Exultate filij Sion. Alleluia, Domine refugium factus es. Euangelium secundùm Lucam: Venit ad Iesum uir nomine Iairus. Offertor. Viri Galilæi.

*Oratio

*Oratio

Communio, Pater, cùm essem. Sabbato omnes parati primitus cantent Litaniam. Deinde Kyrieleyson. Gloria in excelsis Deo. Postea oratio, Mẽtibus nostris, Alia, Illo nos igne. Tertia, Deus qui ad animarum. Quarta, Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut salutaribus ieiuniis. Quinta, Præsta quæsumus omnipotens Deus, sic nos. Subsequuntur lectiones cum gradualibus: Propitius, Protector, Ad Dominum, dirigatur, & Benedicite. Ad Missam, Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut claritatis. Lectio: Cum Apollos esset Corinthi. Alleluia, Confitemini. Tractus. Laudate Dominum. Euangelium secundum Ioannem. Si diligitis me. Offert. Emitte spiritum, Comm. Vltimo. Vtique secundùm cõsuetudinem antiquam. Gradualia, sicut non solùm in nostris libris habetur insertum, sed etiã ut in quodam ordine secundùm sancti Gelasii Papæ auctoritatem repperi prætitulatum. Qui mos usq; hodie, ut compertum habemus, in sancta Romana seruatur ecclesia. Videtur quoque id huic narrationi assensum præbere, ꝙ in authenticis antiphonarijs duo tantum alleluia inueniũtur, descripta, hoc est, Emittes spiritum. Spiritus Domini, cætera uerò a modernis sunt composita. Quapropter intuendum est, quia si in monasteriis Alleluia cantus abundat, quid simplices uillarum presbyteri agunt, qui uix duorum tantum notitiam habent? Vt omnium uulgari prouerbio utar, Aut cantant quod sciunt, aut tacere compelluntur quod nesciunt. Non tamen hæc scribens, sanctissimorum auctoritatem sacerdotũ præiudico, quos in sancto spiritu congregatos, iamdudum audiui in synodalibus suis decretis statuisse, ut magis debeant Alleluia decantari. Sed simpliciter quæ sentire potui, ad interrogata respõdere curaui, consulere uolens ẽt, si possum, mei simillimis imperitiæ, qui tot alleluia nõ norunt cãtare.

re. Sic in quodam libello de hoc ordine legi per singulas orationes, debemus mentis humilitatem per genuum flexionem ostendere, excepto, infra Pentecostén. In sola oratione de camino ignis, non flectimus genua, quando Nabuchodonosor compellebat populum adorare statuam quam fecerat: ut separata sit nostra oratio, quæ est ad unum Deũ, ab errore gentium. Similem ob causam etiam in parasceue genua non flectimus pro perfidis Iudæis, q illudendo genua flectebant coram Deo, nè uideamur illos imitari, qui opus bonum studebant male operari: quemadmodùm tunc ab osculo abstinemus, propter Iudæ traditoris exemplum, qui per simulatæ pacis osculum, tradidit Dominum Iesum Christum. Si quis ieiunia quatuor temporum legitimo ordine celebrare desiderat, supra scriptum argumentum ex sententiis sanctorum patrum collectum, obseruare non negligat. Primum sabbatum Martii, cum præcedente eiusdem mensis quarta feria, nota diligènter, & ab ipso quatuordecim hebdomadas usque in secundum Iunij mensis sabbatũ computa, iterumque alias quatuordecim hebdomadas abhinc usque in tertium Septembris sabbatũ, quod nullo modo te fallit, connumera, indeque proximum sabbatum ante natiuitatem Domini, siue quatuordecim siue tredecim fuerint, semper obserua, & in his singulis quatuor sabbatorum diebus, absque ullo errore occurret tibi legitimè illud ieiunium, quod in sacramentorum libris prætitulatur cum duodecim lectionibus celebrandum. Quòd si uigilia natalis domini in sabbato uenerit, in hebdomada priori idem ieiunium debet anticipari.

HILDEBERTI CENOMANENSIS Episcopi, de Mysterio Missæ.

VERSUS

Qui claruit Anno Do. 1124.

HILDEBERTI Cenomanensis Epis. Vita, Ex Guilielmo Eisengrein.



ILDEBERTVS Cenomanensis Episcopus quem Honorius Pontifex, quòd plurimum heroico carmine ualeret, tanta beneuolentia est complexus ut nullum genus officii prætermitteret, quo cum ad honestiorem dignitatis gradum euehi posse existimaret, & Turonensem Archipræsulem crearet, Berengarii Turenensis auditor

ditor quondam, ſed perſequutor erroris. Scripſit de Officio Miſſæ. Alium de Sacramento altaris, & alium de uitæ huius miſeria. Qui ſi Honorio II. familiaris fuit, ſub annum Domi. 1124. quo hic eſt Pontifex deſignatus floruiſſe conſtat.

HILDE-

HILDEBERTI CENOMANENSIS EPISCOPI VERSUS:

DE MYSTERIO Missæ.

SCribere proposui, quid mystica sacra priorũ.
Missa repræsentet, quidve minister agat.
Pro multis una, pro quotidie repetitis
Est oblata semel hostia uera Deus.
Inuolucrum legis Christus patefecit, ouemque
Significatiuam uera remouit ouis.
Presbyter hanc offert, & in hac cessare figuras,
*figuratam Remque * figurarum testificatur agi.
Sic etenim templi, sic & crucis exprimit aram,
Vt sacra commemoret illius, huius agat.
Ergo quid in Missa uel agatur, uel memoretur,
Quæ quibus aßimiles, sub breuitate canam.

TVrba Prophetarum uenturi nuncia Christi,
Mysterium fertur præcinuisse crucis.
Huc desiderijs, hunc laudibus, hunc prece multa
Præsuspirauit, extulit, expetiit.
Hæc tria commemorat, similique sub ordine ponit
Introitus Missæ, quem chorus ante canit.
Ante recensentur suspiria, postea laudes,
Inde preces, in quo quæque notentur, habes.

Exprimit

Exprimit officium suspiria: gloria, laudes:
Kyrieeleison ter triplicata preces.
Interea ueniens in sacra ueste sacerdos,
Altaris dextram, dona daturus adit.
Illius aduentus, quibus o Iudæa reuisit
Te tuus Emanuel tempora plena notat.
Secreta siquidem procedit ab æde minister,
Ortu secreto uenit ad ima Deus.
Vestibus ille sacris tegitur, texit caro uerbum,
Tota carens macula, tota sacrata Deo.
Ille stat à dextris, quia quæsiit author inanes,
Execrata Deos gens, quasi dextra fuit.
Angelicum post hæc sacrifex pater incipit hymnum,
Inceptum complet uociferando chorus.
Incipiens memorat, quæ Saluatoris in ortu
Gaudia pastores angelus edocuit.
Cantica quæ post hunc Superi cecinere, recenset
Gloria, quam complet uociferando chorus.
Hinc oraturus, alios hortatur ut orent.
Discipulis Christus iussit, & egit idem:
Nam turbas in monte docens, orauit, & ipsis
Orandi formam fratribus instituit.

Lectio quæ sequitur, doctrinam signat eorum,
Qui sunt præmissi septuagintaduo.
Morum monitis, dum responsoria cantat,
Edocet assensum se tribuisse chorus.
Alleluia sequens, memorat, quæ gloria mentis,
Quam pia laus oris sit comitata fidem.

Inde sinistrorsum Domini sacra uerba leguntur:
Plebs baculos ponit, stat, retegitque caput.
Neve superueniens zizania seminet hostis,
Frontibus imprimitur mystica forma crucis.
Reiiciente fidem Iudæa, gratia Christi
Transit ad gentes: Israel errat adhuc.

Transitus

Transitus is, quoties Euangelium recitatur,
Mentibus occurrit, exprimiturque loco.
Ad leuam legitur, quia quò transiuit aberrans,
Et uelut à læua gens idolatra fuit.
Vt sis attentus, patiens, erectus in hostem,
Et caput, & baculus, & status ipse docet.
Quippe caput retegens, attentè audire moneris:
Parcere, cum baculum reiicis, instrueris.
Stans discis, quoniam stantes pugnare solemus;
Quòd te pugna grauis sub uigili hoste manet:
Succinit ecce chorus fidei compendia nostræ,
Assensum uerbo se tribuisse docens.
Hinc etenim monstrat, quantum profecerit, in quem
Crediderit, quæ sit, quidve datura fides:
Ordo bonus, quoniam quò rex uocat atque magister;
Respondet miles, discipulusq; sequor:
Quamque notam pastor nouit, propriamque fatetur;
Hac se signatam testificatur ouis.
Quæq; probant opifex, & signifer, & caput idem;
His opus, his proceres, his sua membra fouent.
Sic confessa fidem pia plebs, orare monetur,
Vt sit in hac stabilis, insuper aptet opus.
Effectum spondet chorus, offertoria cantans:
Tanquam si dicat, credo, fatebor, agam:
Hinc est quòd post hæc offert sacranda minister
Dona, dehinc populus, quod sibi lege licet:
Ordo decens: Euangelium præcedere cernis,
Pone fidem pandi, dona deinde dari,
Audis; ut credas: & credis, ut hostia fias:
Taliter incipimus esse, sumusque Dei.
Pæterea donis, quæ plebs deuotior offert,
Dona domus Iudæ commemorare licet:
Cum Salomon templum, Salomon altare sacraret,
Oblata à populo uictima multa fuit.
Exemplo, Iudæa, tuo plebs usa fidelis,
Altari dat se, dat sua, tu neutrum.

Non

Non sine mysterio, sine re, uel panis ad aram,
Vel uinum fertur, cui superaddis aquam,
Vtraque danda Deo præsignauere figuræ,
Traditio docuit, sanctior usus habet.
Vtraque sub typico ritu formaque futuri.
Melchisedech Domino sacrificasse ferunt.
Vtraque discipulis cænantibus ipse redemptor
Tradidit, in corpus utraque uersa suum.
Vsus & ipse placet, quo sic mactetur in imis,
Vt sit in excelsis inuiolata caro.
Admixtum uino laticem miraris, at ipsum
Grande sacramentum est, nec ratione uacat.
*Vnda fluens, homo præteriens: ea*mixta Lyæo,* *iuncta
Est Christo Christi sanguine iunctus homo.
Diuidit unitos, uel aquam, uel uina ministrans,
Et caput à membris separat ipse suis.
Præterea nil fons sine sanguine, nil sine fonte
Sanguis, utrunque simul saluat, utrunque sacrat.
Cum rimaretur pendentis uiscera Christi
Lancea, manauit sanguis & unda simul:
Sicut utrunque simul fluxit, simul offer utrunque:
Vnum deme, crucis non imitaris opus.
His ita præmissis, secreto presbyter orat,
Secretas memorans, assimilansque preces,
Quas egit Christus, cum te iam Iuda remoto,
Abscessit modicum, terque precatus ait:

(In exemplari manuscripto erant hic inserta uerba hæc minio descripta:) PATER, SI FIERI POTEST, TRANSEAT A ME CALIX ISTE. (Ea ipsa metro sic reddi poterant.

Velle tuo saluo, poterit si rite precari,
Alme parens, à me transeat iste calix.)

HIs precibus ueluti labiorum uictima quædam
Est oblata, typum legis & ipsa gerens.
Pro se, pro populo, pro principibusq; Sacerdos
Supremus Domino mystica dona dedit.
Nam sua, nam populi, nam pontificum malefacta
Portarunt aries & caper & uitulus.
Pontificum uitulus, populi mala pertulit hircus,
Ipsius excessum dux gregis ipse luit.
Hæc tria Saluator triplici prece commemorauit,
Iam tunc pro nobis omnibus unus agens.
Nam ter humiliato contritio cordis, & ille
Sanguineus sudor, crux fuit ante crucem.
Iam tunc anxietas finem spondentibus umbris
*una. Et ueteri ritu gratior * unda fuit.
His actis, populum sublimi uoce salutat
Presbyter, & sursum corda leuare monet.
Indè patri grates per Christum semper agendas
Asserit, & post hæc, dona sacranda sacrat.
Si benè cuncta notes, hoc totum filius egit,
A prece discipulos, indè, petendo crucem,
Primum iussit eos uigilare, statimq; precari,
Post dormire, dehinc agnus & ara tulit.
Nimirum dum dicit eis, uigilate, salutat:
Quippe salus animæ, si uigilemus, adest.
Dum iubet orari, sursum cor suadet habere,
Orari siquidem sola superna iubet.
Dum tandem uocat ad requiem, monet edere grates.
Mentis enim requie gratificamur ei.
Nam grates agere est Domino, nos reddere gratos.
Quod facit, à uitiis mens, manus, osq; uacans,
Vt talis fiat, quisquis sub iudice Christo
Sacrificat, sub quo iustus & ipse tremit.
Cum superum cantu, quos aræ constat adesse,
Admitti proprias postulat ille preces.

CVM QVIBVS ET NOSTRAS VOCES VT ADMITTI.

Postulat ut sua uox laudi concordet eorum,
Quos adstare sacris pagina multa docet.
*Si uerbis * hominis, quem nectar ubique supernum* S. Gregorius is est.
Eructasse liquet, uis adhibere fidem,
Tempore quo supplex assistit Presbyter aris,
Mactaturq; patri filius ipse manens:
Aethra patet, cælestis adest chorus, ima supernis
Iunguntur: fiunt author & actus idem.
Cœtibus his dum mens, dum uox, dum uita ministri
Concordant, grates indubitanter agit.
Hinc bene cum populo, ter sanctus, quæque sequuntur
Antea quàm sacret mystica dona, canit.
Credimus has laudes assumptas ex Isaia,
In quibus innuitur trinus & unus apex.
Ter positum sanctus, trinum notat esse: sed unum
Declamat Dominus, atque Deus Sabaoth.
His tribus; huic uni sacrifex litat, angelus offert,
Asscribit clerus, plebs ueneratur idem.
Et quia percipiunt in sacro munere quiddam,
Pro sacro Dominum munere glorificant.
Laudibus his uenerantur eum, quibus æthra resultat
Quas duo de Seraphin, nocte dieque canunt.
Has pro perceptis quasi grates rite rependunt,
Ne quando frustra percipienda petant.

Hactenus explicui, quid representet in ipso
Officio Missæ, quidve minister agat.
Ex quibus hoc totum, quod in æde priore iubetur
Offerri, coram commemorare licet.
Quicquid enim fit in Ecclesia, tantummodo prosit
Moribus aut fidei, uictima grata Deo est.
Offerimus uitulos linguæ, mactamus & hircos,

Soluimus in cineres thus, ouiumque uirum.
Dum canimus, uel dum legimus quod praua refrenet,
Quod populum, quod nos ad meliora uocet:
Tunc etiam uitulus, tunc sacrificatur & hircus,
Cum fastum calcas, luxuriamque premis:
Agnus ab innocuis, à simplicibusque columba,
Turtur ab his qui flent, gaudia summa procul.
In clibano coctos panes altaribus offers,
Si robur mentis nulla flagella mouent:
Conspersos oleo, si ius pietas moderetur,
Inque reos infra, quàm liceat, libeat.
Non fermentatos, si mens tibi purior aßit,
Excoquat & carnis fluxa supernus amor.
Offers & similam, si quos diuiserat error,
Colligis, inque fidem iungis, idemque facis.
Hos catechizans, molis: in baptismate mergens,
Vnis: informans aspera ferre, coquis.
Sic eadem mores q; docent, Christumque figurant,
Sic geminos usus cætera legis habent.
Quod uero Missæ *superest, ita sacra recenset*
Legis, ut exhibeat sub cruce sacra crucis.
Quippe recensetur, quicquid lex præco futuri
Intra sanctorum sancta iubebat agi.
Hæc aperire labor, quia metro, nominibusque
Ignaris metri, materiaque premor.
Da ueniam Lector: rem tantum pandere & usum,
Non speciem, nostris uersibus esse sat est.
Non tamen expectes, ut singula uerba uel actus
Quos libet aggrediar clarificare tibi.
Ad summam rerum curret stylus, & quibus umbram
Legis, opusque crucis exprimat ara, canam,
Et semel & soli sanctorum sancta patebant.
Pontifici, precibus plebe uacante foris.
**Vero* *Angulus is *uelo distabat ab æde priori,*
Aduentu Superum, colloquioq; sacer.
Idem thuribulo, simul & thymiamatis ara,

Et

Et testamenti fœdere clarus erat.
Clarus & insigni tabula quæ præminet arcæ,
Quam super obnubit pronus uterque Cherub.
Summus eo præsul semel accedebat in anno,
Pro se, pro populo mystica dona ferens.
Scilicet illius hirci uituliq; cruorem,
Quos proles Aaron immolat ante fores,
Carbonesq; simul, quos desuper exteriorem
Sumendos aram pagina sacra docet,
Hos in thuribulo ponit, tantumq; sacerdos
Thus cremat, ut fumus uber obumbret eum.
Adspergit tabulam, post hæc adspergit & aram
Exterius sacram sanguine pacifico.
Hinc redit ad populum, uestem lauat, attamen idem
Non nisi sub sero uespere mundus erat.
Hic locus, hic sacrifex, ea munera signa fuere:
Signa recesserunt, significata manent.
Exprimit Ecclesiam prior ædes, altera cœlum,
Antistes Christum: sanguis, amara crucis:
Carbones, summam uirtutum Christe tuarum:
Thuribulum, carnem: thura cremata preces.
Summa tabella patrem, cœlestes ara cohortes,
Veste notatur homo, uespere mors hominis.
Hæc perstricta tibi rerum uelamina pandunt,
His ea, sed ueluti se miretecta, uides.
Ex his non aliter fit res tibi peruia, quàm si
E foribus spectes interiora domus.
Interiora sacri, te Christe docente, patebunt,
Cuius morte patent interiora poli.
Quas igitur partes perstringere nitor, easdem
Sicut habet series Canonis, exposui.
Sic leuius disces quod opus, quæ uerba ministri
Quid reminiscantur legis, agant ve crucis.

TE IGITVR CLEMENTISSIME PATER. *usque,* ILLIBATA.

INtrabat præsul uitulorum sanguine sacrum,
Intrauit proprio Christus & ipse polum.
Intrat agens sacrifex in sanguine semper ad aram,
Effusi semper sanguinis ipse memor.
Nam quoties fusum, uerbo, cruce mente retractat,
Hunc specie toties in sacrosancta gerit.
Quippe uelut quiddam cruor est, meminisse cruoris,
Huius nos memores crux iterata facit.
Mentio mortis adest, ubicunque perennibus escis
Imprimit uncta manus mystica signa crucis.
Sic Aaron, Christumq; sequens altare frequentat,
Presbyter, hunc haustum sanguinis ipse gerit.
In primo si quidem uersu uexilla salutis
Ter super appositas prærogat ille dapes.
In quo iam mortis, mitisq;, piusq; recordans,
Appellat triplici nomine munus idem.
Dona uocat primum, mox munera nuncupat escas,
Post sacrificij nomine censet eas.
Dona uocat, quoniam Deus has donauit, ut inde
Sustentaretur lege modoq; caro.
Munera sunt, quoniam Deus his donatur, & inde
Munerat authorem, cui dedit author eas.
Nam quòd sacrifici censentur nomine, monstrat,
Qua ratione prius munera dicat eas.
Scilicet idcircò, quia sacrificantur, & aptè
Munerat authorem, qui data reddit ei.
Sic eadem quæ dona uocat, cùm sacrificantur,
Munera sunt, quoniam munerat inde Deum.
His quoquè nominibus pulchre satis hostia triplex
Innuitur, scripto iam recitata meo.
Hoc etenim totum quod spondebatur in illis,
Completum memorant, subspecieq; gerunt.
Nam quòd sperauit prius in ueruece sacerdos,
In capro populus, in uituloq; duces:
Crux dedit, esca sapit, totum canit esse tributum.
Nominibus trinis hæc tria sacra notans.

IN PRIMIS QVAE TIBI OFFERIMVS *usque*, ANTISTITE NOSTRO.
MEMENTO DOMINE FAMVLORVM. *usque*, DEO VIVO ET VERO.

INgrediens sacra sanctorum Leuiticus orat.
Pro se, pro suo principe, gente domo.
Ante crucem Christus *rogat & se clarificari,*
Et custodiri, quos dedit ipse Deus:
In cælis etiam semper pro plebe sacerdos,
Pro seruo Dominus, pro grege pastor agit.
Noster in hoc sacrifex Aaron, *christumq; secutus,*
Pro tota primum supplicat Ecclesia.
Hinc etiam pro pontificis, regisq; salute,
Pro reliquis infra sicut oportet agens.

COMMVNICANTES ET MEMORIAM *usque*, MVNIAMVR AVXILIO.

LEge iubebatur sumptos altaris ab igne
Carbones uiuos in sacrosancta geri.
Lege iubebatur Aaron festinus eisdem
Thuribulo positis thus adolere Deo.
Thuribulum carnis tanquam carbone refertum
Virtutum cumulo Christus ad astra tulit.
Hos ex igne Deo quo mentis fluxa cremantur,
Quo laxæ carnis lubrica sumpsit homo.
Tanquam carbones inter sacrosancta Sacerdos,
Nomina sanctorum commemorando gerit.
Hos etenim uiuis carbonibus assimilamus,
Qui splendent actu, iuris amore calent.
Denique qui sequitur, quod lex iubet, umbra figurat,

Dum litat, hunc ignem mente minister habet.
Ingrediens etenim sanctorum sancta sacerdos,
Pectore gestabat nomina scripta patrum.
Scilicet insinuans exempla, fidemq; priorum
His imitanda, quibus mystica mensa patet.
Nec satis esse Deo, uerbis meminisse bonorum,
Si non exhibeas moribus ipse bonos.
Sic sacrifex, intusq; calens, extraq;, coruscans,
Carbones carbo factus & ipse gerit.
Sic benè contexit multorum nomina patrum,
Sic meritis multos exprimit ipse patres.

HANC IGITVR OBLATIONEM *usque*, NVMERARI. PER CHRISTVM. QVI PRIDIE QVAM PATERETVR. *usque*, HOC EST ENIM CORPVS MEVM. SIMILI MODO POSTEAQVAM COENATVM. *usque*, MEMORIAM FACIETIS. VNDE ET MEMORES DOMINE. *usque*, IMMACVLATAM HOSTIAM.

HAc nebula fumi tegitur, Leuiticus orans,
Vt pateat nulli dum thymiama cremat.
Hac prece pro nobis, hac sedulitate precatur
Christus, ut angelicum transeat intuitum.
Nescitur quantum sumptæ præsentia carnis
Possit apud patrem, qui sine uoce preces.
His precibus cedit, quicquid Leuiticus offert,
*Et quocunque modo, tempore, *siue gradu,* *fine,
His patrem precibus dediscere iudicis iras,
Et flecti constat, & meminisse patris.
Tanquam sub nebula sacra dona frequentat & offert,
Quisquis agit Christi, Christus & ipse uices.
Hæc etenim uirtus, hæc efficientia uerbi
Et crucis est, ut mens, linguaq; cedat eis.

Ne-

Nescit homo, latet & superos, quò prouehat escas
Gratia uerborum, mysteriumq; crucis.
Incipit his uerbis supplex instare sacerdos,
Quæ salua specie munus utrunque nouant.
Incipit, & toto contritus corde, cremansq;
Thuribulo mentis lucida thura precum.

QVAESVMVS VT PLACATVS.

ORat ut accipiat placatus dona, suaq;
Ordinet in pace tempora nostra Deus.
Orat ut accipiat de massa perditionis,
Inter & electos nos numerare uelit.
Orat ut hic idem benedicat, quas dedit escas:
Orat ut asscriptas, atque ratas faciat.

ORat ut hoc altaris opus ratione geratur,
Sitq; quod acceptet, quod probet ipse Deus:
Dum rogat ut Dominus, quæ condidit, hæc benedicat,
Vt nouet in melius, promoueatq; rogat.
Dum rogat asscribi, quòd eam sibi præroget escam,
Atque dicet propriam sanctificando rogat.
Dum rogat esse ratam ne frustra speret in illa,
Sed sit quæ prosit, sint rata uota, rogat.
Dum rogat hanc ratione geri, quæ munera rectè
Offert, ut rectè diuidat, ipse rogat.
Ius ergò dapis benedictio, gratia maior,
Vberior fructus, perpetuansq; uigor.
Hoc sanè totum uerbis confertur in illis,
Quæ subdit sacrifex, non sua, sed Domini.
Quippe recensurus, quæ protulit ille uel egit,
Cùm cœnans idem, cœna beata fuit.

QVI PRIDIE QVAM PATERETVR, ACCEPIT PANEM.

Panis in hoc uerbo, sed adhuc communis, ab ara
Sumitur, & sumptum tollit utraque manu
Presbyter hinc idem, cum peruenit ad Benedixit,
Imprimit elato mystica signa crucis.
Nec priùs in mensam demittit, quàm tua Christe
Verba repræsentans explicit ista super:

ACCIPITE ET MANDVCATE EX HOC OMNES.

Hinc leuat & calicem, signatq; nec ante reponit,
Quàm super anthoris uerba retractet ita:

ACCIPITE ET BIBITE EX EO OMNES. *usque,* IN REMISSIONEM PECCATORVM.

Si quà fides patribus quos uita beata perennat.
Esca fit hæc animæ, quæ modò carnis erat.
His uerbis utrùnque nouas acquirere uires,
Maioresq; suis scripta probata docent.
Sub cruce, sub uerbo natura nouatur, & aram
Panis honorificat carne, cruore calix.
Presbyter idcircò, cùm uerba uenitur ad illa,
In quibus altari gratia tanta datur:
Tollit utrunque notans, quòd sit communibus escis.
Altior, & quiddam maius utrùnque gerat.
Quæq; parens animæ, carnis fomenta parauit,
Omnia sacratis inferiora cibis.

Et quoniam quoties libauerit ista Sacerdos,
Christus eum memorem præcipit esse sui,
Hoc sacramento nos commemorare fatemur.
Quòd mortem tulerit omni creator homo.
Quòd surgens cœlos ascenderit, hæc tria sanè,

Qua

Qualem sacrificem uult cibus ille notant:
Scilicet ut carne moriatur, mente resurgat,
Ter quinis gradibus templa superna petat.
*Sic memores passi, surgentis, ad astra *uolantis,* *meantis.
Et nos & pariter plebs tua, magne Deus.
De donis propriisq; datis tibi munera pura,
Munera sancta, sed & immaculata damus.
Dona quidem nobis Domino data: nam quod in escam
Donat, nos ipsi sacrificando damus.
Pura damus, quoniam non his est mixta uetustas,* *admixta.
Aut ad saluandum non ope legis egent.
Sancta damus, quia qui sacris diiudicat escas,
Proficit, & libans sanctificatur eis.
Immaculata damus, quia quod sint immaculata
Hostia, quodq; dedit, nostra sit, & dat idem.*
Presbyter insistens implorat, ut ille serenus *fit.
Respiciat clemens ac beet illa Deus.*
Nec minus hæc placeant, quàm quod puer obtulit Abel, *approbet
Quam quod Abram, quam quod rex sacrifexq; Salem
His tribus innuitur uariorum forma sacrorum,
Quæ ratio, quæ lex, quæ sacra cœna dedit.
Lex naturalis, lex tradita, lex breuiata,
Placauere Deum munere quæque suo.
Et tamen impariter, quia speq;, fideq; supremè
Dicitur in reliquis plena fuisse salus.
Hæc sibi sufficiens, nec eget perfecta futuris,
Nec de præteritis, unde iuuetur, habet.

SVPPLICES TE ROGAMVS. MEMENTO ETIAM DOMINE. NOBIS QVOQVE PECCATORIBVS. *usque*, OMNIS HONOR ET GLORIA.

ADspergi tabulam lex, umbra iubebat & aram,
Exteriusque sacrum sanguine pacifico.
Filius asseritur toties adspergere patrem,

Adsper-

Adsperso quoties sanguine placat eum.
Adspergit semper superos, quia semper eorum
Adsperso reparat, restituitque gregem.
Adspergit semper homines, quia semper & ipsos
Adspersos renouat, conciliatq; patri.
Hos adstans aris adspergit & ipse sacerdos,
Cum memor adspersi sanguinis unit eos.
Vnit eos placando Deum, supplendo ruinam
Spirituum, uitam restituendo reis.
Vita Deus moriens, hoc totum praestitit orbi,
Hoc per eum mortis mentio praestat adhuc.
Tunc igitur sacrifex adspergit sanguine patrem,
Cum semel adspersi mentio placat eum.
Tunc idem coetus adspergit caelicolarum,
Cum semel adspersi mentio supplet eos.
Tunc adspergit & hos, quos abluit unda salutis,
Cum semel adspersi mentio purgat eos.
Presbyter haec satagens, sumpta sibi supplice forma,
In sublime geri mystica dona rogat.
Addit & erectus, ut participatio mensae,
Quotquot eam sument, prosit, & intus alat.
Neve sepultorum pia mentio praetereatur,
Et bene defunctis, & sibi poscit idem.
Poscit idem sibi, dum sanctis rogat associari,
Quos & nominibus nominat ipse suis.*
*exprimit *Angelus is, cuius manibus sacer ille minister*
In sublime geri munus utrunque rogat,
Angelus est eius, uel quos reuerenda uetustas,
De sursum missos dicit adesse sacris.
Ara superna, Dei conspectus, eo sacra ferri,
Est etiam meritis sacra placere Deo.
Angelicas ea ferre manus, est plaudere nostro
Affectu superos misteriisque sacris.
Quae tam secreto plausu perlata, feruntur
In sublime: placant, pacificantque Deum.
Ergo pius sacrifex adspergit sanguine patrem,

Cum

Cum sic adspersi mentio placat eum,
Cum uiuis ueniam, refrigeriumque sepultis,
Impetrat & partem, quam petit ipse sibi,
Et superos & mortales adspergere fertur:
Nam quæ nos purgat mentio, supplet eos.
Porro cum sacrifex sublimem nominat aram,
Quo supplex orat dona sacrata geri.
Commemorat liquido uelaminis interiora,
Quo semel intrabat pontificalis apex.
Cum sacra perferri sursum rogat, innuit hircum,
Quem lex deserti uasta subire iubet.
Quippe duos foribus templi lex applicat hircos,
Vni desertum destinat, alter obit.
Christus diuersis respectibus hircus uterque:
Nam tulit in ligno, uiuit in arce poli.
Viuit & hic humilis, deserto regnat in illo,
*Quo propriis humeris, ipse*reduxit ouem.* *remexit
Sic meminit legis, meminit crucis ipse Sacerdos,
In sublime uehi munus utrunque petens.
Idem dum memorat sanctos, humerale recenset,
Quod bis sena patrum nomina scripta gerit.
Pectus enim logion, scapulas humerale tegebat
Præsulis, intrantis interiora sacri.
Hic in utroque gerens gemmis insculpta priorum
Nomina, uenturi præco typusque fuit.
Nos etenim gerimus logion, cum nomina patrum
Circa principium Canonis exprimimus.
Nos humeralis onus gerimus, cum nomina patrum
Hac in parte sacri canonis inserimus.
Tunc etiam logion, tunc fert humerale minister,
Cum mores patrum, cum labor ipse placet.
Ecce subinfertur, quòd tu bone conditor orbis,
Per Christum semper hæc bona cuncta creas.
Sanctificas, & uiuificas, idem benedicis.
Glorificans primæ conditionis opus.
Nam quia sic homini uerbum Deus hæret, ut una

Sint

Sint persona, creans atque creatus homo,
Quidquid per uerbum Deus ordinat aut operatur,
Per Christum fieri dicitur illud idem.
Ergo per Christum rerum natura nouatur,
Communisque cibus fit spetiale bonum.
Per Christum quoque sanctificat Deus unus utrunque,
Viuificat pariter & benedicit idem.
Sanctificat, quoniam datur hæc quoque gratia rebus,
Vt bene percipiens, sanctificetur eis.
Viuificat, quoniam datur hæc uegetatio rebus,
Vt moriens, intus uiuificetur eis.
Hic idem benedicit eas, quia prouenit inde,
Vt benedicatur, qui bene sumit eas.
Est honor, est etiam per Christum gloria patri,
Per quem cuncta pater glorificanda facit,
Est & cum Christo, quia glorificatur & ipse,
Cum quo cuncta pater glorificanda facit.
Est simul in Christo, quoniam Deus unus uterque.
Et quod in hoc uno est, est in utroque simul.

OREMVS. PRAECEPT. PATER NOSTER. LIBERA NOS QVAESVMVS &c.

AD populum regredi, uestes q; lauare supremum
Pontificem, legis mystica iussa uolunt.
Ipse tamen mundus, eadem sic iussa canebant,
Non nisi, cum iam Sol occubuisset, erat.
*Ecclesiæ Christus, *quia non abeundo reliquit,* *quam
Subueniens, ad eam compatiendo redit.
Has eius uestes, has uiuis abluit undis
*Fons, qui perpetuo*uulnera nostra sanat.* * menstrua nostra lauat
Fons tamen illa lauans, donec famulabitur orbi
Sol, uelut immundus, atque lauandus erit.
Eius enim membris, dum Sol aget iste labores,
Hærebunt maculæ, quod q; lauetur, erit.
Dicitur ad populum tanquam remeare Sacerdos,

Pro

Pro populo rursum multiplicando preces.
Iamque uelut foris est, cum uocem mutat, & orans
Admonet, ut pariter oret & ipse chorus.
Admonet orandi formam, sublime retractans,
Quam statuit Christus, edocuitque suos.
Talibus officiis, interuentuque sacrorum,
Et simul intinctu sanctificantis aquæ
Ipse lauans populum, sua uestimenta lauare
Fertur, & apta Deo reddere fonte precum.
Est tamen immundus, donec Sol occidat, idem.
Nam dum uiuit, habet, quòd lauet, omnis homo.
Sic sacrifex remeans, ut dignus percipiendis
Fiat, & ad uitam sumat utrunque simul:
Iam quasi cum populo septem sibi dona precatur,
Quæ uoluit Christus, instituitq; peti.
Illorum tria prima quidem sine fine manebunt,
Sed reliquis finem spondet amara dies.
Semper enim sanctum nomen patris, idque beato
Quod metuat, quod amet, quod uereatur, erit.
Semper & ipse bonus, regnum patris, unde profectò
Scandala cuncta procul, quodque resistat, erit.
Semper ut in cælo, sic in tellure uoluntas
Fiet, & in neutro, quod reprobetur, erit.
Fit uero pariter in utroque paterna uoluntas,
Cum quod amat, quod uult angelus, hoc & homo.
Præterea sicut quidam sensere priorum,
Terra, caro: cælum, spiritus accipitur.
Consummatur in his pariter diuina uoluntas,
Cum caro subijcitur, spirituique fauet.
Hæc tria nunc iusto uariis euentibus adsunt,
Post mundi finem nescia finis erunt.
Quatuor esse finent, nam pasci nullus egebit,
Cui ve remittantur debita, nullus erit.
Tentari nemo poterit: mala nulla deinceps,
A quibus electos liberet author, erit.
Nam uerbum uitæ, panem puto quotidianum,

Siue

Siue sacramentum, quo uiget intus homo.
Tunc neque doctrina, nec ea dape iustus egebit,
Qui sciet omne bonum, cui Deus ipse cibus.

ET *quia præteriti meminit, præsente grauatur,*
Venturum metuit Presbyter ipse malum.
Vt prece sanctorum Deus illum liberet, utque
Pax data tranquillet tempora nostra, rogat.
Officit Ecclesiæ cum perturbatio feruet:
Pax in spe fructus semina iacta fouet.
Hinc sequitur panis infractio tradita nobis
A Domino, quiddam legis & ipsa gerens.
Legis præcepto minui similago iubetur,
Non nisi frustatim sacrificanda Deo.
Sic sacrum panem cœnans fregisse Redemptor
Dicitur, & fractum distribuisse suis.
Nos quoque non frustra legem Christumq; sequentes.
Apte partimur dona dicata Deo.
Nam tres ecclesiæ sunt partes, una laborat
In terris, partem iam fouet alta quies.
Partem quæ restat, clementior excoquit ignis,
Excocteq; patet transitus ad requiem.
Diuersas meritis, diuersas sorte locorum,
Tres istas partes hostia fracta notat.
Pars intincta mero, uiuis aptatur, opusque
Sanguinis & carnis expiat ipsa caro.
Pro bene defunctis. quorum purgatior unus
Hoc interuentu non eget, alter eget.
Offerri reliquas ratio iubet, obtinet usus,*
**docet,* *Nec tamen hinc idem fructus utrique datur.*
Nam dum pro iusto sacris aßistitur aris,
Pro iusto grates ipse minister agit.
Cum pro saluandis nunc pœnam temperat ultor,
Nunc & plena quies acceleratur eis,
His epulis epulas illius summus agni,
Quem lex præcinuit, crux tulit, ara sapit.

Presby-

Presbyter hunc in mysterio sumpturus, ab ipso
Tam sibi quam populo munera trina petit.
Inter eos siquidem primum rogat enumerari,
Quos in carne pudet turbine carnis agi.
Hinc in eo regno petit idem glorificari,
Quo sua membra caput glorificanda trahit.
Postremò quia spiritui caro lenta resistit,
Cedit & infelix spiritus, ipse caro.
Implorat pacem, qua fiat uterque quod alter.
Concordesque uelint, atque sequantur idem.
Nam nisi re bene composita, nec iustificatur
Nunc, nec in æternum, glorificatur homo.
Hoc intellectu distinguit prisca uetustas, Agnus Dei ter.
Quod clerus triplici uoce precatur ita.
Ad Christi reditura fidem Iudæa notatur,
Cum pater ad dextram cedit, & explet opus.*

* partem

Tollimur e medio fatis urgentibus omnes,
Et trahimur, quo nos uita peracta uocat:
Hi nunquàm, hi semper, alii plectuntur ad horam,
Purgatisque datur transitus ad requiem.
Hanc illis altare sacrum uel criminis expers
Vita, uel obsequiis emptus amicus emit.
Perfectos, ualdeq; malos nil uota suorum,
Nil impensa precum, nil holocausta iuuant.
Nam nec iustus eget, nec pessimus ista meretur:
In medio est, ueniam cui sacra mensa parat.
Ipsa tamen uiuos à uitæ calle uagantes,
Vt redeant, saltem sero iuuare solet.
Vnde fit ut sacris quoties assistitur aris,
Particulis cedat hostia fracta tribus.
Pars intincta mero pro uiuis orat, opusque
Sanguinis & carnis expiat ipsa caro.
Pro bene defunctis, quorum purgatior unus
Hoc interuentu non eget, alter eget.
Offerimus tibi summe duas, sed propter eosdem

Oblatæ pariter non operantur idem.
Nam pars pro sanctis, pars est pro sanctificandis,
Mentio pro reliquis, causam agit alterius.
Fit cibus hic ex pane caro, Deus ex elemento,
Mysterio simplex, utilitate triplex,
Fit cibus hic ouis in ligno, leo fortis in urna,
Ales ad astra uolans, rex super astra sedens.
Neve putes illi tumulumve crucemve deesse,
*Ipse calix tumulum denotat, ara crucem.**
Vtq; fides adsit, terrorq; recedat & horror,
Fit cibus ipse caro, panis imago manet.

Ara, crucis: tumulíq;, calix, lapidisq;, patena: Sindonis officium cãdida byssus habet.

F I N I S.

ORDO

ORDO MISSAE PRO INFORMATIONE ſacerdotum,

QVA'M ACCVRATISSIME per R.P. Dominum Iohannem Burcardum Argentinum, decretorum doctorem, & Sedis Apoſtolicæ prothonotarium,

CAPELLAEQ'VE, S. D. N. PAPæ Cæremoniarum Magiſtrum, hunc in libellum redactus.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS, Apud Franciſcum Zilettum.
M D LXXII.


EVERENDISS. in Christo patri, & Domino D. Bernardino miseratione diuina Sacrosanctæ R. E. tituli S. Crucis in Hierusalem Presbytero Cardinali Saguntinen. præsidio suo. Iohannes Burcardus Argentinen. decretorum doctor, & Sedis Apostolicæ Prothonotarius, ac Magister Cæremoniarum Capellæ. S.D.N. Papæ: se humiliter commendat. Versatus ab adolescentia circa sacras Cærimonias Reuerend. Domine, cum uiderim quamplures presbyteros in celebratione Missarum multas abusiones, & diuersos ritus, & gestus inconuenientes frequenter imitari: indignum existimaui, non esse a S. R. E. omnium Ecclesiarum matre & magistra traditum Sacerdotibus certum modum qui in celebratione huiusmodi uniuersaliter obseruaretur. Collegi propterea alias in unum, & in publicum tradidi ex diuersis decretis sanctorum patrum: quæ summi Pontifices pro celebratione prædicta instituerunt. Et cum nuper collecta huiusmodi reuiderem: comperi plura esse omissa: quam tradita. Addidi igitur quæ occurrebant: &

prout potui compleui opus: quod offero correctioni Reuerendissimæ D. V. quæ est sacrorum expertissima: & omnium dubiorum circa diuina uerus resolutor: cui suppli co dignetur ex eo euellere & reformare, pro ut uiderit opportunum: ut ex eius correctio ne auctoritatem recipiat: & omnibus utile fiat.

Responsio Reuerendissimi D. Cardinalis Sanctæ Crucis.

REVERENDE pater. Vidimus ordinarium Missæ: quod non sine labore & magno fructu ex antiquis & modernis compilastis: & quantum nobis in præsenti occurrit: nihil in se habet diminuti aut superflui. Habemus itaque uobis ingētes gratias quod consuetudinem S.R.E. in celebratione maximi sacramenti presbyteros nostros plene docuistis. Et certe oportuit eius rei unicum ordinem tradi; ut uidelicet sacramentum unionis Ecclesiæ Sacerdotes omnes uniformiter administrent. Beneualete.

ORDO

ORDO MISSAE PRO INFORMATIONE SACERDOTUM,

QVAM ACCVRATISSIME per R. P. D. Iohannem Burcardum Argentinum, decretorum doctorem, & Sedis Apostolicæ Prothonotarium, Capellæque S. D. N. Papæ, Cæremoniarum Magistrum, hunc in libellum redactus.

ORDO seruandus per sacerdotem, in celebratione Missæ sine cantu, & sine ministris, secundum ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & dici debet ex libro expedite, non tamen nimis festinanter: & fieri omnia, ut iacent: nihil omisso, nihil addito, aut in eis mutato, uel de ipsis minuto. Et ordinem huiusmodi obseruant etiam summus Pont. Domini Cardinales, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi quando non celebrant Pontificaliter: sed in priuato. Cum autem in Pontificalibus celebrant, obseruant cæremonias in Pontificali, & cæremoniali positas.

De tempore, & loco dicendi Missam.

MIssa debet dici ab Aurora usque ad horam nonam, in loco, & altari ab Episcopo consecratis. Potest tamen de licentia Episcopi

ordinarij, aut superioris sui dici etiam in loco non consecrato: alias tamen congruo, & honesto: & super altari portatili consecrato, & duobus præsentibus, si est publica: uel si priuata, uno præsente qui respondeat in persona totius populi: quam soli sacerdoti rite ordinato, & indumentis debitis parato, detecto capite dicere licet. Et debet seruari ordinarium Missæ tam in dicendis, quàm etiam in actibus.

Sacerdos igitur Missam celebraturus: in primis ad minus matutinas, & primam, horas canonicas dicat deuotè: nisi statuto, uel consuetudine Ecclesiæ, aut aliàs habeat infra, uel immediatè post matutinas ante horam primarum celebrare: quo casu poterit, antequàm primam dicat, id peragere: & si in peccato mortali se constitutum cognouerit, ante omnia, coram alio sacerdote absoluendi eum iurisdictionem, seu potestatem habente, genuflexus capite discooperto, confiteatur eidem cooperto capite inconuenienti loco sedenti omnia peccata sua: & ab eodem absolutionem, & pœnitentiam salutarem pro commissis criminibus recipiat. Deinde, si uoluerit, poterit pro deuotione orationem sequentem, quæ est sancti Ambrosij ante altare, uel alio conuenienti loco genuflexus dicere.

Oratio sancti Ambrosij Episcopi, dicenda ante Missam, & ante sumptionem sacramenti.

SVmme sacerdos, & uere Pontifex Iesu Christe qui te obtulisti Deo patri hostiam puram & immaculatam in ara crucis pro nobis peccatoribus. Quique etiam dedisti nobis carnem tuam ad manducandum, & sanguinem tuum ad bibendum, & posuisti mysterium illud in uirtute spiritus tui dicés, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam fa-

cietis. Rogo te per eundem sanguinem tuum preciosum, magnum salutis nostræ precium. Rogo per hanc mirabilem, & inenarrabilem charitatem tuā, qua nos miseros, & indignos sic amare dignatus es: ut nos lauares à peccatis nostris in sanguine tuo. Doce me indignum seruum tuum, quem inter cætera misericordiæ tuæ dona, etiam ad officium sacerdotale uocare dignatus es sola dignatione misericordiæ tuæ. Doce me quæso per spiritum sanctū tuum, tantum tractare mysterium, ea reuerentia, & honore: ea deuotione, & tremore, quibus decet; Fac me domine per gratiam tuam semper illud de tanto mysterio credere, & intelligere, dicere & cogitare, quod tibi placet, & expedit animæ meæ. Ingtret spiritus tuus bonus in cor meum, qui sine sono uocis loquatur omnem ueritatem tantorum mysteriorum. Propter tuam magnam misericordiam, & clementiam, concede mihi missarum solemnia puro corde & munda mente celebrare. Libera cor meum ab immundis, & nefandis, uanis, & noxiis cogitationibus. Muni me quæso beatorum angelorum pia & fida custodia, ac tutela fortissima: ut hostes omnium bonorum confusi discedant. Mortifica in membris meis stimulos, omnesque motus libidinosos: & da mihi perpetuam, & ueram utriusque hominis sanctimoniam, cum cæteris bonis tuis, quæ tibi placent in ueritate: ut tantum sacrificium casto corpore, & mundo corde ualeam tibi offerre: ubi caro tua in ueritate sumitur: ubi sanguis tuus in ueritate potatur: ubi ima summis: terrena iunguntur diuinis: ubi adest præsentia angelorum: ubi tu es sacerdos, & sacrificium mirabiliter, & ineffabiliter. Quis dignè hoc celebrare potest nisi tu omnipotens Deus offerentem feceris dignum? Scio, uereque scio, & idipsum bonum à te confiteor esse, ꝙ non sum dignus accedere ad tantum mysterium,

propter peccata mea nimia, & infinitas iniquitates meas. Scio, & ex toto corde meo, & ore confiteor, quia tu potes facere mundum de immundo conceptum semine, & de peccatoribus iustos & sanctos facis. Per hanc omnipotentiam & maximam misericordiam tuam, te rogo Deus meus, concede mihi peccatori hoc cæleste sacrificium celebrare cum timore & tremore, cum cordis puritate, & lachrymarum fonte, cum lætitia spirituali, & cœlesti gaudio. Ecce enim memor uenerandæ passionis tuæ accedo ad altare tuum, licet peccator, ut offeram tibi sacrificium quod tu instituisti, & offerre præcepisti in commemorationem passionis tuæ pro salute nostra. Suscipe illud quæso summe Deus pro ecclesia tua sancta, pro populo tuo, quem acquisiuisti precioso sanguine tuo. Et quoniam me peccatorem inter te, & populum tuum medium esse uoluisti, licet in me boni operis aliquid non agnoscas, officium saltem creditæ dispensationis non recuses: ne per me indignum eorum salutis pereat precium, pro quibus uictima factus salutaris dignatus es esse redemptio. Profero etiam domine, si digneris propitius intueri, pericula populorum, gemitus captiuorum, miserias orphanorum, necessitates peregrinorum, inopiam debilium, desperationes languētium, ac totius demum populi tui miserias & necessitates. Tu enim misereris omnium domine, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. Memorare, quæ sit nostra substantia tu Deus noster: ne irascaris satis, neque multitudinem uiscerum tuorum super nos cōtineas ultra. Non enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitates nostras, & ignem sancti spiritus in nobis clementer accende. Aufer cor lapideum de carne nostra: & da nobis cor carneum, quod te timeat, te amet, te dili-

gat, in te delectetur, te perfruatur. Panis sancte, panis uiue, panis pulcher, panis munde, qui descendisti de cœlo, & das uitam mundo, ueni in cor meum, & munda me ab omni inquinamento carnis, ac spiritus. Intra in animam meam, sana, & sanctifica me interius, & exterius. Esto mihi tu tamen, & cõtinua salus animæ, & corporis Saluator mundi Deus, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuis, & regnas in secula seculorum. Amen.

Oratione huiusmodi completa, uel etiã omissa, si eam dicere non sit dispositus. Sacerdos induitur paramentis sacerdotalibus in sacristia: uel ante altare, ubi est celebraturus, aut alio loco ad hoc ordinato. Si huiusmodi paramenta est recepturus in sacristia: uel alio loco adhoc ordinato: lauat manus in loco deputato: & alia facit, ut infra dicetur. Si autem eisdem paramentis indui uelit ante altare, in quo est celebraturus: antequam ascendat ad ipsum altare: genuflectit in eius infimo gradu: & detecto capite iunctis manibus ante pectus: extensis & iunctis digitis, ita quod summitas digitorum humeros non transcendat: posito pollice dextro super sinistrum in modum crucis: quod in omni iunctione manuum ante pectus obseruatur: uel si paramenta ipsa accipit in sacristia, uel alibi: antequam ascendat ad altare, genuflexus coram eo (ut prędfertur) secrete dicit.

Introibo in domum tuam: in holocaustis reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia mea.

Surgit, ascendit ad altare: accipit Missale: perquirit, & perlegit Missam: & ad commemorationem, & alia, quæ est dicturus, ordinat signa: ne in Missa audientibus sit tediosus: sibi prouidet de ministro qui ei in receptione paramentorum sacerdotalium, & Missa seruiat: ac ubi opus erit, respõdeat: nisi prius talem habeat: uel sit in Ecclesia ad hoc aliquis specialiter deputatus uel ordinatus, lauat manus mini

ſtro detecto capite, ampullam aquæ dextra manu tenente, & aquam fundente, & ſiniſtra peluim ſubmittente: quod ſi non eſt peluis: apponit ſiniſtram manum pedi ampullæ, quam dextra manu retinet: ut ambabus nudis manibus ſeruiat: quod etiam in alia lotione obſeruat. Similiter ſumpto per celebrantem ſacramento, eidem pro purificatione, & ablutione uinum fundit in calice nudis manibus: detecto capite (ut præmittitur) id facit. Lotis manibus ſacerdos abſtergit eas mappula ad hoc ibi ordinata: antequam autem manus lauet, uel cum eas lauat, dicit ſecrete.

Ad lauandum manus.

DA dñe uirtutem manibus meis ad abſtergendum omnẽ maculã immundam: ut ſine pollutione mẽtis & corporis ualeã tibi ſeruire. Amen.
Deinde ſupra ueſtes communes, ſiue quotidianas, quibus communiter utitur: quarum exterior debet ſaltem talum, ſiue collum pedis attingere, & ſuper rochetum, ſi eſt prelatus ſecularis: uel ſuper ſuperpellicium, ſi eſt religioſus, qui rocheto non utatur, aut alius ſacerdos: & ſuperpellicium commode poſſit haberi. Alioquin etiam ſine ſuperpellicio calciatus pedibus: paramentis ſacerdotalibus ſe induit: dicens ad ſingula ſingulas orationes ſequentes, antequam paramenta ipſa accipiat. In primis accipit circa extremitates, & cordulas hinc, & inde Amictum, quem in medio deoſculatur; & ponit ſuper caput: & mox declinat ad collum: & circum circa ueſtium collaria tegit: ducit cordulam a ſiniſtro latere pendentem ſub brachium dextrum: & aliam a dextro latere pendentem ſub brachium ſiniſtrum per dorſum circunducens, ad uentrem reducit, & ligat: prius dicens.

Ad Amictum.

IMpone domine capiti meo galeam salutis ad expurgandos diabolicos incursus Amen. Tum alba induitur: manicam dextram brachio dextro, deinde sinistram brachio sinistro imponens: ac alias ipsam albam corpori adaptans: prius dicens.

Ad Albam.

DE alba me Domine, & munda cor meum: ut in sanguine agni dealbatus, gaudiis perfruar sempiternis. Amen. Eleuat ante & à lateribus hinc & inde albam: ac cingulo sibi per ministrum à tergo porrecto, se cingit, dicens.

Ad Cingulum.

PRæcinge me dñe cingulo puritatis: & extingue in lumbis meis humorem libidinis: ut maneat in me uirtus continentiæ, & castitatis. Amen. Minister eleuat albam supra cingulum circa: ut honestè dependeat: tegat uestes: & eius fimbrias diligenter aptat: ut ad latitudinem digiti, uel circa supra terrã æqualiter fluant. Sacerdos accipit manipulum in brachium sinistrum, dicens.

Ad Manipulum.

MEreat Domine portare manipulum fletus, & doloris: ut cum exultatione recipiã mercedem laboris. Amen. Stolam ambabus manibus accipit: deosculatur eam in medio: imponit medium eius collo: & transuersando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram, & partem a dextro

hume-

humero pendentem ad sinistram: sicque utranque partem stolæ extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo coniungit, dicens.

Ad Stolam.

REdde mihi domine obsecro stolam immortalitatis, quam perdidi in præuaricatione primi parentis: & quamuis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium: merear tamen gaudium sempiternum. Amen.

Ad Casulam.

DOmine, qui dixisti: iugum meum suaue est, & onus meum leue: fac ut istud portare sic ualeam: quòd consequar tuam gratiam. Amen.

Suprascriptæ orationes non ex præcepto, sed ex deuotione dicuntur. Poterit etiam sacerdos his orationibus dimissis, dum se parat dicere Psalmum. Miserere mei Deus, usq; ad finem, cum Gloria patri, & filio, aut aliũ Psalmũ conuenientẽ. Sic omnibus paramẽtis indutus sacerdos: si illis in sacristia, uel alio loco ab altari, in quo est celebraturus, distanti indutus est, accipit manu sinistra calicem cũ patena simul ligata: quæ debent esse de auro, uel argento, aut de stanno: nec debent esse rupta: ita ꝙ amiserint formam: & desuper ponit bursam cum corporali, & palla, quæ debent esse de puro panno lineo, non de panno intincto, aut de serico: & bursam ipsam, ne cadat manu dextra tenens, cooperto capite accedit ad altare, ministro cum Missali, cussino, ampullis uini, & aquæ: hostiario cũ hostiis, candelis, & intorticio mortuis: seu non ardentibus, ipsum præcedente: ubi ante infimum gradum stans sacerdos: caput altari imagini crucifixi desuper po-

sitæ profundè inclinans: debitam ei reuerentiam facit: tum ascendit ad medium altaris. Vel si paramẽta ante altare huiusmodi accepit: ibidem explicat corporale: & calicem de suo sacculo soluit: exponit: & iuxta corporale collocat cum patena uersus cornu Epistolæ: ac hostiam super patenam reponit: & palla cooperit. Si est cõsecraturus unam, uel plures hostias pro communione unius, uel plurium illa die dispensandas: aut pro aliis diebus reseruandas, etiam ponit illam, uel illas super patenam sub hostia pro se parata: si illæ commodè super patenam stare possunt, alioquin locat eas super corporale ad dextram prope: ubi post Offertorium calix erit locandus: hoc est ad sinistram sui celebrantis: aut in aliquo calice, uel uase mundo cõsecrato ponit eas retro locum, ubi calix Missæ erit locandus, & alia patena cooperit: conspicit tobaleas, siue mappas super altare positas (quæ debẽt esse tres) an sint omnes: & si qua desit, faciat eam apportari, & super altare extendi. Interim minister accendit candelas, & apponit candelabris hinc inde super altare positis. Si altare non est consacratum, habere debet altare portatile desuper in medio positum. Aduertat sacerdos an lapis in ipso altari portatili consecratus sit longitudinis unius palmi, & latitudinis ad minus medii palmi, uel circa: hoc est tantæ quãtitatis, quod possit commodè desuper poni calix, & hostia, distantia competenti, qꝫ si lapis ipse illius quantitatis non est, nullatenus celebret super eo. Tum descendit ante infimum gradũ altaris iunctis manibus ante pectus, detecto capite. Et si est celebraturus coram summo Pontifice, aut Cardinali, uel Patriarcha, Archiepiscopo, uel Episcopo in eorum residentiis, uel loco iurisdictionis eorum, facit prius ei coram quo ex prædictis est celebraturus, reuerẽtiã cõuenietẽ: & mox ad altare se conuer

tit

tit. Aut si nõ est corã aliquo præmissorũ celebraturus, quamprimum ad infimum gradum descendit de altari, conuertit se ad ipsam altare, ubi eodẽ modo stans, producens manu dextra à fronte ad pectus signum Crucis, sinistram ponit infra pectus. In aliis benedictionibus cum est in altari, ponit eã super altare, uel si quando manica albæ eum impedit, retinet ipsa manu sinistra manicam huiusmodi brachii dextri. Cum sibi ipsi benedicit, uertit ad se palmam manus dextræ, & omnibus illius digitis iunctis, & extensis à fronte, quam tangit ad pectus, ac ab humero sinistro ad humerum dextrum signum crucis format. Si uero aliis, uel rem aliquam benedicit, paruum digitum uertit ei, cui benedicit, ac benedicendo totam manum dexteram extendit, omnibus illius digitis pariter iunctis, & extensis, quod in omni benedictione obseruatur, dicit intelligili uoce. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Amen. Et postquam id dixerit, non debet aduertere quemcunque in alio altari celebrantem, etiam si sacramentum eleuet: sed continuatè prosequi missam suam usque in finem. Iungit manus ante pectus, dicens simili uoce Ver.

Cum Missam incipit.

INtroibo ad altare Dei. Minister ad eius sinistrã aliquantulum tamen retro genuflexus, respondet. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Qui autem intersunt huiusmodi missæ, quæ legitur, genuflectere debent à principio usque ad benedictionem post eius finem per celebrantem datam, excepto cum Euangelium legitur, ad quod stare debẽt attenti. In missa uero, quæ cantatur, si est de Dñica, uel de festo, aut de feria inter Pascha, & festũ Sãctæ Trinitatis, genuflectunt ad confessionẽ. Quã finita, stant

ſtant uſque ad adorationem Sacramenti, cum celebrans illud oſtendit populo adorandum. Qua adoratione facta, ſurgunt ſtantes uſque ad finem miſſæ. Si autem miſſa ipſa cantatur pro defunctis, uel de feria extra tempus Paſchale prædictum, genuflectunt uſque ad finem confeſſionis, & ad orationes ante Epiſtolam, & in quadrageſima ad ultimum uerſum Tractus.

Quando genuflectendum.

DOmine non ſecundum peccata. & à dicto per celebrantem Sanctus, quouſque miſſa compleatur: ad omnes alias partes eiuſdem miſſæ ſtare debent, niſi eſſet locus conueniens ſedendi: & tunc poſſent ſedere in miſſa, quę cantatur à dicto Kyrie eleiſon per celebrantem, uſque ad Gloria in excelſis, & ab illo per eundem dicto, uſque ad Dominus uobiſcum: ante orationes, & ad epiſtolam, & quouſque dicatur Dominus uobiſcum, pro euangelio, à dicto Credo in unum. per celebrantem, quouſque dicat Dominus uobiſcum ante offertorium, & à dicto per eundem offertorio, quouſque incipiat Præfationem. & à purificatione celebrantis, quouſque dicat, Dominus uobiſcum ante, & poſt communionem. Ad uerba autem, Et incarnatus. uſque, Et homo factus eſt incluſiuè, in Credo in unum Deum: & in Euangelio Iohannis, Et uerbum caro factum eſt: & in Euangelio Matthæi, quod in Epiphania Domini habetur: Et procidentes adorauerunt eũ, in omni miſſa, qua dicuntur genuflectitur. Nec debet alia officia, uel alias orationes, dicere, etiam ſi celebrantem, uel latinum non intelligat; ſed deuote attendere celebrantem, & intentionem ſuam dirigere ad ea, quæ dicit, & facit celebrans: & in animo ſimul cum eo offerre, ſupplicare, & orare,

orare, quæ ipse celebrans offert, supplicat, & orat, excepto tempore adorationis sacramenti, & infra Canonem, dum celebrans secretè orat: quo tempore licet specialiter orare: & se, & quos quis uoluerit Deo commendare. Celebrans prosequitur. Iudica me Deus, & discerne causam meam, de gente nō sancta ab homine iniquo, & doloso erue me. Minister, & qui intersunt dicūt singulos alios, siue secundarios uersus, & ad alia (ut infra ponitur) respondent. Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Sacerdos. Emitte lucem tuam, & ueritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua. Clericus. Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Sacerdos. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus, quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Clericus. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei, & Deus meus. Celebrans inclinat caput Deo, dicens. Gloria patri & Clericus. Sicut erat. Versus. Introibo ad altare Dei. Respon. Ad Deum qui lætificat iuuentutem meam. Celebrans manu dextra, producit à fronte ad pectus signum Crucis dicens. Versus. Adiutorium nostrum in nomine Domini. Respon. Qui fecit cœlū & terram. Celebrans caput humiliter & profunde Deo inclinat dicens.

Hic psalmus nunquàm in principio Missæ prætermittitur nisi in Missis defūctorum. & in missis de tēpore a dominica paßionis inclusiue, usque ad sabathū sanctum, exclusiuè, in quibus semel tantū dicta Antiphona Introibo, cū ministris ut supra, sacerdos statim subiungit, Ver. Adiutorium nostrum. Vide ordinē Missæ, nouißime instititum sub Pio. V.

Confiteor.

Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper uirgini, beato Michaeli Archangelo, beato Iohanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro, & Paulo, & omnibus sanctis, & uobis fratres, quia peccaui nimis, cogitatione, uerbo, & opere. manu

dextra

dextra percutit pectus suum, interim dicens.
Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper uirginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Iohannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum, & Paulum, omnes sanctos, & uos fratres orare pro me ad dominum Deum nostrum. Si est coram summo Pontifice, aut Cardinali in Ecclesia, uel loco sui tituli, seu Cardinalatus, aut Legato sedis Apostolicæ, uel Patriarcha, Archiepiscopo, seu Episcopo, in eorũ prouincia, Ciuitate, uel Diœcesi constitutis, non alias, stat coram altare remotius, aliquantulum uersus ipsum summum Pontificem, Cardinalem, Legatũ, uel Patriarcham, Archiepiscopum, uel Episcopũ, omissa confessione prædicta, dicit sequentem.
Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper uirgini, beato Michaeli archangelo, beato Iohanni Baptistę, sanctis apostolis Petro & Paulo, omnibus sanctis, & *uobis pater, & fratres quia peccaui nimis cogitatione, uerbo, & opere. Manu dextra percutit pectus suum, interim dicens. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa, Ideo precor beatam Mariam semper uirginem, beatum Michaelem archangelum, beatum Iohannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum & Paulum: omnes sanctos: & * uos pater, & fratres orare pro me ad dominum Deum nostrum. Summus Pontifex, Cardinalis, Legatus, Patriarcha, Archiepiscopus, uel Episcopus, ac minister, & qui intersunt, genuflexi, dicunt.

*uel dicat tibi pater. ut. d. Ordo Missæ. P.ij. V.

*te Pater.

Misereatur tui omnipotens Deus & dimissis peccatis tuis, perducat te ad uitam æternam. Resp. Amẽ.
Subsequenter dicunt iidem genuflexi, celebrante se erigente.

CONfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper uirgini, beato Michaeli Archangelo, beato

Iohanni Baptistæ, sanctis apostolis Petro, & Paulo, omnibus sanctis, & tibi pater, quia peccaui nimis, cogitatione, uerbo & opere. Manu dextra percutiunt pectus suum, interim dicentes. Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatã Mariam semper uirginem, beatum Michaelem argelum, beatum Iohannem Baptistam, sanctos apostolos Petrum, & Paulum, omnes sanctos, & te pater orare pro me ad dominum Deum nostrum. Respondet celebrans. Misereatur uestri omnipotens Deus, & dimissis peccatis uestris perducat uos ad uitam eternam. Respon. Amen. Celebrans, producens manu dextra à fronte ad pectus signũ Crucis, dicit. Indulgentiam, absolutionem, & remissionem peccatorum nostrorum tribuat nobis omnipotẽs & misericors dominus. Respon. Amẽ. Celebrans stans capite inclinato, dicit. Deus tu conuersus uiuificabis nos. Respon. Et plebs tua lætabitur in te. Ver. Ostende nobis domine misericordiã tuam. Resp. Et salutare tuum da nobis. Ver. Domine exaudi orationem meam. Respon. Et clamor meus ad te. Ver. Dominus uobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Oremus. Et dicit secr. celebrans. Aufer a nobis quæsumus domine cunctas iniquitates nostras, ut ad sancta sanctorum mereamur puris mentibus introire. Per Christum dominum nostrum. Si celebrans sit coram summo Pontifice, aut aliis prælatis, facta summo Pontifici genuflexione, aliis uero prælatis profunda reuerentia, accedit ad infimum gradum ante medium altaris, & ibi dicit Aufer, &c. Prædicta omnia celebranti ordinata: excepto, Aufer à nobis, dici debent per eum intelligibili uoce: ita quod ab interessentibus missæ intelligibiliter audiantur. Similiter, & Introitus cum suo Psalmo, & Gloria patri. Kyrie eleis. Gloria in excelsis Deo. Dominus uobiscum. Oremus. Flectamus

genua,

genua,leuatæ.Orationes.Prophetiæ.Epistola.Gra
duale. Alleuiah.Tractus cum suis uersibus.Euange
lium.Credo. Dominus uobiscum. Offerto. Orate
fratres.Per omnia secula seculorum.Præfatio.San-
ctus.Nobis quoq; peccatori. Per oīa secula secu-
lorū.Pax domini.Agnus Dei.Pax tecum. Domine
non sum dignus. Communio. Dominus uobiscū.
Oremus Post communiones. Humiliate capita ue
stra Deo.Dominus uobiscum.Ite missa est. Benedi
camus Domino.Requiescant in pace. Benedicat
uos Omnia alia,quæ in missa dicuntur:dici debēt
secretè:ita quòd a circunstantibus: seu interessenti
bus Missæ non audiantur.Dicto.Aufer a nobis.ce-
lebrans ascendit ad medium altaris: & coram eo
stans capite inclinato:manibus iunctis super altare
positis: posito pollice dextro super sinistrum: quæ
ita super altare ponuntur: quòd digiti parui dunta
xat frontem seu medium anterioris partis tabulæ:
seu mensæ altaris tangant, residuo manuum inter
altare,& se retento:quòd semper obseruatur cum
manus iunctæ super altare ponūtur: secretè dicit.
Oramus te domine:ut per media sanctorum tuo-
rum: quorum reliquiæ hic sunt: & omnium san-
ctorum indulgere digneris omnia peccata mea.
Amen. Osculatur altare in medio manibus exten-
sis hinc & inde super ipsum altare positis:quod in
omni deosculatione altaris ante consecrationem sa
cramenti obseruatur.Similiter & post consecratio-
nem eiusdem:solo dempto, quòd pollices ab indi-
cibus propterea tunc non disiungantur:accedit ad
cornu sinistrum altaris:uidelicet Epistolæ:ubi stās
uersus altare, producens manu dextra a fronte ad
pectus signum Crucis,iunctis manibus supra librū
positis,ex libro uel missali ibidem existente,qui re
cte inter anteriorem,& posteriorem partem altaris
poni debet.dicit intelligibili uoce, Introitum mis-

sæ cum Psalmo, & Gloria patri. si est dicendū, deinde repetit Introitum. Si uero legit pro defunctis, uel alias: Gloria patri. non sit dicendum post psalmum: omisso Gloria patri. repetit Introitum. Postea manibus ante pectus iunctis: accedit ad mediū altaris: ubi stans uersus illud manibus (ut supra) iūctis, dicit simili uoce.

Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.
Christe eleison. Christe eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Kyrie eleison. Kyrie eleison.

Si minister uel interessentes celebranti non respōdit: celebrans ipse solus omnia dicit: tum in eodē loco stans manibus iunctis ante pectus: uoce prædicta, dicit, si sit dicendum.

De *Gloria in excelsis*.

GLoria in excelsis. Quod dicēdo, continuo manus extendit, & iterum iungit ante pectus, & caput, Deo, inclinat: quo ibidem per ipsum dicto: iunctis manibus ut prius, in eodem loco, ac eodē modo stans prosequitur. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Caput, Deo, inclinat. Glorificamus te. Gratias agimus tibi. quod dicendo, caput Deo inclinat, & prosequitur, propter magnam gloriam tuam. Domine Deus rex cœlestis, Deus pater omnipotens. Domine fili unigenite Iesu Christe. Deo caput inclinat. Spiritus & alme orphanorum paraclite. Domine Deus Agnus Dei filius Patris Primogenitus Mariæ uirginis matris. Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe deprecationem nostram. quod dicendo caput Deo inclinat. Ad Mariæ gloriam. Qui sedes ad dexteram patris, miserere nobis. Quoniā tu solus sanctus. Mariam sanctificans. Tu solus dominus.

minus.Mariam gubernans.Tu solus altissimus.Mariam coronans. Iesu Christe. Caput Deo inclinat. Cum sancto spiritu.Quod dicendo:seipsum signat manu dextra signo crucis a fronte ad pectus:interimperficiens. In gloria Dei patris . Amen. Nota quod Textus in nigro positus: dicitur tantum in missis beatæ Mariæ uirginis tam festiuis: & eorum octauis si infra ipsam octauam de dominica, uel aliquo alio festo agatur: quam uotiuis eiusdem ex consuetudine tantum:quia in quibusuis missis uotiuis quocunque tempore regulariter non dicitur. Gloria in excelsis Deo. exceptis uotiuis beatæ Mariæ uirginis, & angelorum : pro eo, quod angeli hunc hymnum primitus decantarunt.Si infra hebdomadam in aduentu dicitur officium missæ dominicæ,non dicitur in ea,Gloria in Excelsis Deo.nec in missis defunctorum quocunque tempore: nec in missis de tempore a dominica.lxx.inclusiue,usque ad diem Iouis sanctum exclusiue. Dicitur autem quando extra aduentum infra hebdomadam, missa dominicæ præteritæ celebratur.Dicitur etiã. Gloria in excelsis.Deo.in missis officii singulorum dierum in quo dictum est in matutinis, Te Deum laudamus.& non alias, nisi die Iouis sancto, quæ Cœna domini appellatur, & sabbatho sancto. In quibus etiam Gloria. huiusmodi in missa dicitur, licet in matutinis.Te Deum laudamus. non habeatur & in ij iij.& iiij.feriis, quæ Rogationum, seu Litaniarum minorum nuncupantur ante festum Ascensionis Domini. Gloria in excelsis, in missis dierum earundem non dicitur, licet in matutinis. Te Deum laudamus habeatur. Dicitur autem in missa eisdem diebus, si de festo missa celebratur.

Quo ibidem per ipsum completo, uel si non sit dicendum illo omisso,si legenda est propheria, dicto Kyrie eleison,celebrans reuertitur ad cornu Epi-

stolæ, ubi stans ante librum extendit, & iungit manus ante pectus, dicens eadem uoce. Oremus.

De Flectamus genua.

TVm iunctis manibus subiungit simili uoce, Flectamus genua. & ibidem rursus (ut stabat) manibus extensis hinc & inde super altare positis, ut ad seipsnm altare sustineat, quod in omni genuflexione ante altare fieri consueuit, excepto a consecratione usque ad ablutionem digitorum post communionem, quo tempore medios, annullares, & paruos digitos dumtaxat extendit, dum ad altare se sustinens genuflectit, & sine mora dicit, eadē uoce. Leuate. Surgit, & stans ibidem manibus extēsis ante pectus intelligibili uoce dicit orationem ordinatam in missali cum sua conclusione, ad quā iungit manus, & orationem perficit. Extensio autē manuum ita fit: quòd una manus aliam respicit digitis non disiunctis, quorum summitas altitudinē humerorum non transcendat, & eorum distantiam non excedat: quod in omni extensione manuum ante pectus obseruatur. Deinde manibus iunctis, uel disiunctis, prout sibi magis placet, super librū, uel altare positis, legit prophetiam. qua finita, minister dicit. Deo gratias. Tum celebrans stans eodem modo legit ibidem Grad. Et si plures prophetiæ sunt dicendæ, ante singulas prophetias, dicit. Oremus. Flectamus genua, Leuate. & facit. ac minister in fine singularum dicit, Deo gratias. prout de prima dictum est, nisi missale aliter contineat, prout in diebus Veneris sancti, & sabbathi sancti. In uigilia autem Pentecostes, & diebus Mercurij, ac sabbathi Pentecostes immediate sequentibus, non dicitur. Flectamus genua, Leua. prout etiam in missali ordinatur: Dicto Graduali post prophetiam, uel si non

sit

sit legenda prophetia, aliis (ut præmittitur) dictis, celebrans stãs ante medium altaris manibus hinc & inde desuper positis, illud osculatur in medio, tum iunctis ante pectus manibus, demissis oculis ad terram, ad manum sinistram, hoc est ad latus dextrum, uertit se ad populum, & dicit uoce prædicta. Dominus uobiscum, quod dicendo extẽdit, & iungit manus ante pectus digitis tamen non disiunctis. Resp. Et cum spiritu tuo. Tum iunctis, (ut prius) manibus reuertitur per eandem uiam ad medium altaris, & facta ibidem cruci reuerentia, accedit ad librum, & dicit simili uoce, Oremus, quod dicendo, extendit: & iungit manus ante pectus. & caput Deo inclinat, cum extensis manibus ante pectus, eadem uoce, dicit ibidem orationem diei conuenientem usque ad Per dominum nostrum. uel aliam conclusionem, quam dicendo iungit manus ante pectus, & sic tenet eas usque ad finem orationis, quam cum sua conclusione ante librum perficit, dicendo Iesum Christum filium. Et quotiescũque hoc nomẽ Iesus nominat caput Deo inclinat. Conuenit etiam, quòd cum nomen Gloriosæ uirginis Mariæ nominatur, caput ei inclinetur. Et si sunt plures orationes dicendæ, idem in eis in uoce extensione, & iunctione manuum, & capitis inclinatione, quod supradictum est, obseruatur: sed ante primam tantum orationem ex pluribus huiusmodi dicitur Oremus & sub conclusione ultimæ orationis omnes terminantur. Aduertẽdum: quod si altare est uersum ad populum, & in eo celebrans stat facie populo uersa, non se uertit aliter, cum dicturus est Dominus uobiscum. ante orationem, sed osculato altari stans ad populũ uersus, ut erat dicit Dominus uobiscum. Idem obseruatur ad monitionem Orate fratres. Dominus uobiscum. ante Offertorium ac ante, & post commu-

gionem. Ite missa est & Benedictionem populi fi- est danda. Cum autem in alio altare celebrat, se uertit ad populum: bis tantum: uidelicet ad Orate fratres & cum in fine populo benedicit, circulũ perficit: aliis uicibus semicirculo facto ad eandem manum, ad quam se populo uerterat, ad medium altaris se conuertit.

De Orationibus.

SCiendum quòd Ecclesia Romana in festis duplicibus una tantum oratione utitur: nisi festum ipsum extra aduentum, & quadragesimã in dominica uenerit: cuius officium non possit in alium diem illius hebdomadæ transferri, & de qua fit cõmemoratio facienda: & tunc oratione festi sub sua conclusione dicta: dicitur alia de ipsa dominica tantum, etiam sub conclusione: nisi sit infra aliquam octauam de qua sit agenda commemoratio. tunc commemoratio dominicæ subiungitur commemorationi octauæ: & sub conclusione orationis Dominicæ, ambæ ipsæ orationes concluduntur. Si uero in aduentu, uel quadragesima huiusmodi festum in dominica uenerit, festum ipsum transfertur in diẽ sequentem: in qua similiter, & quocunque die tũc huiusmodi festum uenerit: dicta oratione festi sub sua conclusione: dicitur alia oratio de feria, siue de tempore: etiam sub sua conclusione: nisi sit infra octauam de qua uenit commemoratio habenda: quia tunc dicta oratione de festo huiusmodi sub sua conclusione, subiungitur oratio octauæ: quam sequitur oratio de feria: siue de tempore: sub cuius conclusione ambæ terminantur. Nec unquam cũ prima oratione missæ concluditur secunda oratio, nisi in collatione ordinum: consecratione Episcoporum: uirginum: Ecclesiarum: & altarium: & benedictione

nedictione Abbatum: Abbatissarum, & cœmeterii benedictione, & consecratione Regum, & Reginarum. In dominicis uero, & aliis festiuis, ac ferialis diebus: etiam in aduentu, & in xl. tres orationes dicuntur: exceptis festo sanctorum Innocentiũ: & ipsum sequentibus diebus usq; ad diẽ S. Siluestri inclusiue, & aliis diebus quibus in missali, commemorationes habendæ specificantur: in quibus dicuntur orationes ibidem ordinatæ. Et si de sanctis orationes huiusmodi sunt dicendæ: debet post primam orationem in aliis ordo litaniarum obseruari. scilicet de sancta Trinitate: uel de Sancto Spiritu: aut de Sancta Cruce: seu de beata uirgine: si de eorum altero commemoratio ueniat, agenda, sit prima: sequatur de apostolis: deinde de Martyribus: Confessoribus, uirginibus respectiue, & sic de alijs de quibus erit agẽdũ: nisi esset infra aliquam octauam: quia tunc oratio de octaua haberet primum locum post primam orationem: extra tamen diem dominicam. Si uero orationes de pace: contra paganos: pro Papa: pro benefactoribus: pro seipso, uel similes celebrans sit dicturus: quibus omnibus orationes de sanctis sunt præponendæ, utatur discretione huiusmodi: præponendo, & postponendo orationes: prout magis conueniat. Non tamen licet sacerdoti coram prælato suo, aut principe, uel domino temporali celebranti orationem pro seipso dicere.

De missis propriis.

Conuenit autem, dum celebrat in priuato: si in uigilijs festorum, & aliis diebus, de quibus sũt propriæ missæ ordinatæ, uel in quibus horæ canonicæ dicuntur de alio quam ordinarium officium illius diei requirit, celebratur alia missa, quam de uigilia, siue die currente, debet missa huiusmodi de

 ipsa

ipsa uigilia, siue die commemoratio haberi, & orationi uigiliæ, siue diei addi alia oratio conueniens: nisi esset infra aliquam octauam, de qua ageretur: quia tunc prius fieret commemoratio de octaua. deinde de uigilia, siue die huiusmodi. Quando autem missa dicitur de uigilia: & horæ canonicæ dicuntur de festo, uel sancto, in ipsa missa post dictam orationem uigiliæ, sub sua conclusione dicitur oratio de festo, uel sancto prædicto: cui additur alia oratio conueniens. Idem obseruatur si in quadragesima agitur de festo simplici: quòd non habet propriam missam. etiam si habeat propriam orationem cum secreta, & post communionem: & missa celebretur de die currente quadragesimę: post conclusionem orationis ordinariæ missæ huiusmodi dicitur oratio de dicto festo: cui alia oratio conueniens adiungitur. Si concurrant eadem die duo festa: agitur de digniore eorum. aut si sunt paria de eo quod habet plura de proprio: de alio autem non fit commemoratio, sed transfertur in alium diem, quo agi possit de eo conuenienter. Et si in dominica, uel infra aliquam octauam uenerit festum, cui dominica, uel octaua non cedit: etiam si non fit de huiusmodi festo commemoratio: sed transfertur in alium diem extra dominicam, & octauam huiusmodi: quo non habetur aliud festum: & tunc de ipso agitur. Et si festum uigiliam habens uenerit secunda feria: uigilia, & officium uigiliæ huiusmodi agitur in die sabbati præcedentis: & non in dominica: siue per integrum officium: siue per commemorationem (ut pdiximus) conueniat peragi. Si quarta Feria, uel sabbato quorumcunque quatuor temporum: aut alia quacũque die, qua in missa ante epistolam habetur prophetia, dicitur in missa de aliquo sancto, uel uotiua, aut alia, in qua feriæ huiusmodi currentis commemoratio sit facienda, prima oratio, quæ post in-

introitum missæ illius feriæ posita est, dicitur pro eiusdem feriæ commemoratione.

Vbi plures sunt Sacerdotes.

IN ecclesiis, in quibus sunt plures beneficiati, si in quadragesima, aut Dominicis, uel aliis diebus, in quibus habetur propria missa quæ non potest in alium diem transferri dicenda sit missa de festo currente, unus sacerdotum eorundem dicit missam de Dominica, uel de feria, seu aliam propriam illius diei ordine solito: alius de festo absque alterius commemoratione.

Vbi unus fuerit Sacerdos.

In ceteris autem Ecclesiis unicum sacerdotem habentibus, in quibus in missis festorum de dominica, uel feria, seu die alias proprium officium habente, commemoratio debet haberi, ut supra diximus, conuenit q; sacerdos, qui missam celebrauit, dicto per eum post benedictionem in fine Missæ data, Euangelio sancti Iohannis, deposita casula stãs in cornu Epistolæ uersus altare, legat ex missali officiũ propriæ missæ illius diei, excepta Secreta, quam non legit, & ante orationem, & post communionẽ nõ dicit Dominus uobiscum, neq; Oremus, sed eas legit absolute, similiter ad Euangelium omittit Dominus uobiscum, & incipit, Sequentia sancti euãgelii, prout etiam dicemus infra de missa sicca.

De festo ueniente in Dominica.

QVando autem officium missæ dominicalis potest conuenienter in alium diem illius hebdomadæ transferri, prout communiter fieri potest de officiis dominicarum extra aduentum. lxx. lx. l. & xl. debet dici officium missæ festi eo die quo occurrit absque commemo. dominicæ, &

infra hebdomadam tunc currentem, missa officij dominicæ huiusmodi celebrari.

De Missis uotiuis.

IN missa uotiua, dicta oratione ordinaria sub conclusione sua, subiungi potest alia de feria, aut de festo, uel de sanctis, de quibus illa die agitur, & eidem addi alia ipsi, & ipsi missæ conueniens, uel conuenienter omnes commemorationes prætermitti. Si non celebrat pro defunctis, sed uelit pro defuncto, uel pro pluribus orare, ponit orationem ipsam pro defunctis huiusmodi ante ultimam, ita quod oratio pro defunctis non concludat, sed sub ultimæ orationis conclusione concludatur. Si uero celebrat pro defunctis in die exequiarum, una tantum oratio dici consueuit. In tertio autem vij. xxx. & anniuersario, ac aliis missis pro defunctis, prima oratione sub sua conclusione terminata, possunt aliæ duæ orationes addi pro defunctis, quæ sub ultima conclusione terminantur: & conuenit, quod ipsa ultima oratio huiusmodi sit generalis pro omnibus fidelibus defunctis, uidelicet. Fidelium Deus omnium conditor. in ipsa quoque missa defunctorum, oratio de sanctis, uel de feria, aut alia quam pro defunctis dici non debet. Finitis orationibus, celebrans, positis super librum, uel altare manibus, iunctis, uel disiunctis, prout sibi magis placet, dicit eadem uoce intelligibili Epistolam ibidē, cuius ultimam syllabam aliquantulum protrahit, qua dicta minister dicit. Deo gratias.

De Grad. Haleluiah. Tractu.

TVm eodem modo stans celebrans dicit simili uoce, uel paululum mutata Grad. & Halelu-

iah, cum suo uersu, ac prosam uel sequentiam si habetur, aut omissis Haleluiah cum suo uersu & prosa, uel sequentia; si missæ, aut tempori non conueniat, uel non habeantur, dicit Tractum si sit dicendus, nam Haleluiah non dicitur in missis pro defunctis, & a Dominica lxx. inclusiue usque ad uigiliam Paschæ exclusiue. & in quatuor temporibus Aduentus & mensis Septembris, & omnibus uigilijs totius anni, in quibus est indictum ieiunium, exceptis uigiliis Paschæ, Pentecostes, & Natiuitatis Christi si uenerit in Dominica, ac festo Innocentium, si uenerit in dominica, in quibus tunc dicitur Haleluiah. Si autem in diebus huiusmodi, in quibus Haleluiah. non dicitur, dicenda est aliqua missa uotiua, uel alia in qua Tractus non habeatur, poterit post Graduale, cum suo uersu loco Tractus omisso Haleluiah, dici eius uersus, uel ēt eo omisso dicto Graduale, cum suo uersu, dici, Munda cor meum. & alia prout habetur infra.

In dicendo autem Haleluiah hic modus seruatur: Ante uersum bis haleluiah dicitur: & post uersum semel replicatur. Ab octaua uero Paschæ usque ad octauam Pentecostes, quo tempore Gradua. non dicitur: sed illius loco secundum Haleluiah. primo iungitur: ante uersum primi bis Haleluiah dicitur: & post uersum semel. Similiter & post secundi uersum Haleluiah semel replicatur. Quocunque autem tempore prosa, seu sequentia est dicēda: illa post uersum dicitur: antequam Haleluiah replicatur: quod post dictam prosam, seu sequentiam huiusmodi repetitur. Et si extra tempus Paschale in quocunque festo prout in festis Purificationis, & Natiuitatis beatæ Mariæ uirginis, sancti Iohannis Baptistæ: Ludouici episcopi, & confess. Exaltationis sanctæ Crucis: sancti Francisci: omniū sanctorum, & aliis quibuscunque diebus, duobus

Ha-

Haleluiah cum duobus uersibus,uel prout in festo Dedicationis sancti Michaelis archangeli tria Haleluiah cum tribus uersibus habeantur,dicitur tantum unum ex eis cum suo uersu, una etiam prima die festi,alia uero die,siue uice omisso dicto, poterit dici aliud cum suo uersu. Et ubi tria habentur cum tribus uersibus: alia die, uel uice poterit dici tertium cum suo uersu:omissis prius dictis.Si uero habeantur duo uersus sub duo Haleluiah,ambo uersus huiusmodi dicuntur absque intermissione sub eodem Haleluiah seruato alias in omnibus modo supra dato. Quibus dictis minister seu celebrans ipse portat Missale ad cornu dextrum altaris:uideli cet Euangelii:si altare ipsum non sit magnæ longitudinis:sin autem,ponit missale inter ipsum cornu dextrum,& medium altaris: ut celebrans in medio altaris stans, possit omnia dicenda ex eo commode dicere:missale ita locat. quod caput missalis respiciat ipsum cornu altaris in parte prædicta: & non parietem,siue ad partem eius contra se directum. Tum celebrans stans in medio altaris uersus ad illud:leuatis ad Deum oculis, iunctis manibus ante pectus, secrete dicit. Munda cor meum & labia mea omnipotens Deus, qui labia Isaiæ prophetæ calculo mundasti ignito, ita me tua grata miseratione dignare mundare,ut sanctum Euãgelium tuum digne ualeam nuntiare.per Christum.

Tum similiter stans,dicit eodem modo. Dominus sit in corde,& in labiis meis:ut digne,& competenter annuntiem Euangelium suum. Amen.

De Euangelio.

His dictis,uertit se ad missale(ut præmittitur) positum:ubi sic stans iunctis manibus ante pectus,dicit intelligibili uoce. Vers. Dominus

nus uobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Deinde pollice dextræ manus signat primo librum super principium Euangelii, quod est dicturus; postea seipsum in fronte, ore, & pectore signo Crucis, dicés eadem uoce. Sequentia sancti Euangelii secũdum N. uel si est dicendum. Initium sancti Euangelii secundum N. Respon. Gloria tibi domine. Tum iunctis iterum (ut prius) manibus stans uersus (ut supra) prosequitur Euangelium uoce prædicta usque ad finem, & eius ultimam syllabam aliquantulum protrahit, quo completo minister dicit. Laus tibi Christe. celebrans osculatur Euangelium per eum dictum in eius principio, nisi celebret pro defunctis, quia tunc non osculatur Euang. uel celebret coram summo Pontifice, aut Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, uel Episcopo, cui liber, & textus Euangelii portatur per eum osculandus: quo casu celebrans Euangelium ipsum etiam non osculatur. Tum stans in medio altaris uersus ad ipsum altare manibus iunctis ante pectus, & aliquantulum eleuatis, intelligibili uoce, dicit, si est dicendum. Credo in unum Deum. quod dicendo extendit, & iterum iungit manus, & stans manibus iunctis ante pectus, in eodem loco prosequitur usque ad finem eadem uoce. Patrem omnipotentem: factorem cœli, & terræ uisibilium omnium, & inuisibilium. Et in unum dominum Iesum Christum. Caput Deo inclinat. filium Dei unigenitum. Et ex patre natum ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum uerum de Deo uero, Genitum non factum consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. In eodem loco ubi stabat genuflectit coram altari dicens. Et incarnatus est de spiritu Sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Surit, & in eadem uoce prosequitur. Crucifixus et

pro

pro nobis ſub Pontio Pilato, paſſus, & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram patris. Et iterum uenturus eſt cum gloria iudicare uiuos, & mortuos: cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominum & uiuificantem, qui ex patre, filioque procedit. Qui cum patre, & filio ſimul adoratur, & conglorificatur, qui locutus eſt per prophetas. Et unam ſanctam catholicam, & apoſtolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptiſma in remiſſionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et uitam uenturi ſeculi. Amen. Et dum hæc ultima uerba profert, producit manu dextra ſignum Crucis a fronte ad pectus.

De Credo quo tempore dicendum.

CRedo autem dicitur omnibus diebus dominicis totius anni, etiam ſi de feſto miſſa celebretur, uel octaua, in qua alias Credo non eſſet dicendum, aut uotiua dicatur, in qua tantum de dominica commemoratio habeatur. Item ad miſſam noctis, & ambas alias miſſas diei natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſex diebus ſequentibus. In circuncifione domini. In octaua ſancti Stephani, quia infra octauam ſancti Iohannis Euangeliſtæ. In octaua eiuſdem ſancti Iohannis Euangeliſtæ. In Epiphania domini, & per octauam eius. In conuerſione ſancti Pauli apoſtoli, In omnibus feſtiuitatibus glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, & per earum octauas, quæ habentur. In cathedris S. Petri. Fer. v. Cœnæ domini. In feſto reſurrectionis domini, & ſex diebus ſequentibus. In feſtiuitate Aſcenſionis domini, & per octauam. In Pentecoſte, & ſex diebus ſequentibus. In corpore Chriſti, & per octauam. In ſancto Iohanne ante portam latinam. In die apo

ſtolorum

stolorum Petri, & Pauli, & per octauam. In octaua beati Iohannis Baptistæ. In sancto Petro ad uincula. In trasfiguratione domini. In octaua sancti Laurentij. In inuentionis, & exaltationis sanctæ crucis. In angelorum. In omnium sanctorum, & per eius octauam. Ac singulorum Apostolorum, Euangelistarum, ac quatuor Doctorum festiuitatibus. In omnibus consecrationibus ecclesiarum, altarium, & Pontificum, & in singulis ecclesijs, in festo illius sancti, uel sanctæ, in cuius honorem ecclesia ipsa, uel altare specialiter sunt consecrata, etiam si in ipsius festo alias dicere non liceret, ac per octauam eiusdem festi, & anniuersarijs dedicationum ecclesiarum, uel altarium, & eorum octauis, si eas habent. Dicitur quoque infra singulas octauas supra scriptas, Credo etiam si non de ipsa octaua, sed de quocunque alio festo tunc currente, missa celebretur in quibuscũque autem missis uotiuis etiam beatæ Mariæ uirginis, Credo, non dicitur, nisi esset in die dominica, uel infra aliquam octauam, infra quã hoc liceret dicere, quia tunc in omni missa uotiua dicitur Credo, si in ipsa fit de dominica, aut de octaua huiusmodi commemoratio, alias non. Nec dicitur in missis defunctorum, uel quibuscunque aliis superius non specificatis. Dicto Symbolo, uel si non sit dicendum, illo omisso, osculatur altare in medio, & iunctis manibus ante pectus ibidem ad manum sinistram. hoc est ad latus dextrum uertit se ad populum, & dicit intelligibili uoce, Dominus uobiscum quod dicendo extendit, & iungit manus ante pectus. Resp. Et cum spiritu tuo. Iunctis manibus reuersus per eandem uiam in medium altaris, facta reuerentia Cruci, manibus (ut supra) iunctis stans ibidem uersus ad ipsum altare, dicit uoce simili, Oremus. quod dicendo similiter extendit, & iungit manus ante pectus, & caput Deo inclinat.

De Offertorio.

TVm iunctis (ut prius manibus) dicit eadem uoce Offertorium, prout in ordinario, & omnia, quæ usque ad finem missæ in medio altaris dicenda sunt, dicit ibidem stans uersus ad ipsum altare, & non ad aliam partem, nisi ubi infra aliter ordinatur. Dicto Offer. siqui sint uolentes offerre, celebrans accedit ad cornu Epistolæ, ubi stans detecto capite, latere suo sinistro altari uerso, deponit manipulum de brachio sinistro, & accipiens illud in manu dextram, porrigit summitatem eius singulis offerentibus osculandam, dicens singulis.
Acceptabile sit sacrificiũ tuũ omnipotenti Deo. uel sic Centuplum accipias, & uitam æternã possideas.

De Hostia, & Hostiis.

ACcepta omnium oblatione celebrans reponit manipulum in brachiũ sinistrũ, & reuertitũ ad mediũ altaris, uel si non sint offerẽtes, stans in eodẽ medio altaris uersus ad illud, accipiat patenam cũ hostia, & hostiis desuper posita, & positis, siqua sit, uel quæ sunt pro alterius, uel aliorum communione consecrandæ, dispensandæ, uel conseruandæ, illam, ambabus manibus usque ad pectus eleuatam tenens, & si sint aliæ hostiæ non super patenam, sed super corporale, uel alio calice, seu uase ad hoc conuenienti positæ pro communione populi consecrãdæ, calicẽ illum, seu uas manu dextra discooperit, & intentionem suam dirigens, uel ẽt illas offerre, & consacrare oculis ad eũ intentis, dicit secrete. Suscipe sancte pater, &c. Facit signum crucis cum patena super corporale, & locum in quem positurus est hostiam, quam deinde cum patena ponit in mediũ, seu circa medium anterioris, siue proximioris partis

tis corporalis ante se, & patenam ad manum dextrã aliquantulum subtus corporale, & calicem, seu vas aliarum hostiarum si sit sua patena cooperit. Postea accipit calicem, quem purificatorio diligenter mundat, & ampullam uini de manu ministri, quam ille manu dextra nuda detecto capite sibi porrigit, & accipiens imponit uinum in calicẽ ad sufficientiam, nihil dicẽs. Tunc si non celebrat pro defunctis, facit signum crucis super ampullam aquæ, quam ẽt de manu eiusdem similiter manu dextra nuda detecto capite illam sibi porrigentis accipit: & ex ea.

Deus qui humanæ substantię dignitatem mirabiliter condidisti, & mirabilius reformasti: &c.

Si uero celebrat pro defunctis: non producit signum Crucis super ampullam aquæ, sed imponit absque signo huiusmodi ex ea pusillum aquæ in calicem, dicens eandem orationem proxime scriptã. Imposita aqua, & finita oratione prædicta: accipit ambabus manibus Calicem discoopertum: uidelicet cum sinistra pedem: cum dextra autem nodum infra cuppam Calicis, & stans in medio altaris, Calicem ipsum discoopertum usque ad pectus eleuatũ tenet: & intentis ad Deum oculis, dicit secrete. Offerimus tibi dñe Calicẽ salutaris: tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu diuinæ maiestatis tuæ, pro nostra, & pro totius mundi salute cum odore suauitatis ascendat. Amen. Signat cum Calice super corporale: & ipsum in medio, seu circa mediũ eius post hostiam collocat: & palla cooperit: ac iunctis manibus super altare positis, capite inclinato, dicit secrete. In spiritu humilitatis, & animo contrito suscipiamur a te domine, & sic fiat sacrificium nostrũ in conspectu tuo hodie: ut placeat tibi dñe Deus. Eleuat manus extensas: & iungit eas ante pectus: secrete dicens. Veni sanctificator omnipotens æterne Deus: & bene✠dic: signando manu dextra com

muniter super hostiam, & calicem. Hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum. Tum iunctis ante pectus manibus: accedit ad cornu Epistolæ: ubi stās ministro aquam fundente, lauat, & tergit manus: dicens secrete.

De Lauabo.

LAuabo inter innocentes manus meas: & circũdabo altare tuum domine. Vt audiam uocem laudis tuæ: & enarrem uniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum uiris sanguinum uitam meam. In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorũ repleta est muneribus. Ego aũt in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes enim meus stetit in directo, in ecclesiis benedicam te dñe. Gloria patri, & filio: & spiritui sancto. Lotis & tersis manibus, & illis ante pectus iunctis: ad medium altaris reuertitur: ubi stans ad Deum eleuatis oculis manibus iunctis super altare positis: inclinato capite uersus ad ipsum altare dicit secrete. Suscipe sancta Trinitas &c. Extensis manibus hinc inde super altare positis: osculatur altare in medio: tum iũctis manibus ante pectus dimissis oculis ad terram: uertit se ad manum sinistram: hoc est ad latus dextrum ad populum; & sic uersus ad illum: dicit uoce aliquantulum eleuata. Orate fratres & secrete prosequitur: ut meum & uestrum sacrificium, acceptabile fiat apud Deum omnipotentem. Quod dicendo, extendit: & iungit manus ante pectus: & continuo ad altare reuertitur perficiendo circulum inceptum. Minister uero & alii interessentes genuflexi detectis capitibus respondent dicentes secrete. Suscipiat dominus sacrificium de manibus tuis, ad lau

dem,

dem, & gloriam nominis sui:ad utilitatem quoque nostram:& totius ecclesiæ suæ sanctæ. Quod si minister,uel alii interessentes non responderint,celebrans ipse dicit secrete, Suscipiat dominus sacrificium de manibus meis:ad laudem & gloriam nominis sui:ad utilitatem quoque nostram: & totius ecclesiæ suæ sanctæ. Tum celebrans ipse extensis manibus ante pectus stans ante librum, dicit secrete. Orationem secretam dici conuenientem usque ad Per dominum nostrum uel aliam cõclusionem quã dicendo iungit manus ante pectus, & ad uerba Iesum Christum filium tuum caput Deo inclinat,sicque manibus iunctis continuat usq; ad uerba, per oĩa secula seculorũ exclusiue,si unica est secreta.

De Secretis.

SI uero plures secretæ sunt dicendæ,addit cõclusioni primæ ẽt illa uerba:Per omnia secula seculorum.Amẽ.Deinde absolute subiũgit alias orationes secretas prioribus orationibus conuenientes, quia tot,& conuenientes,ac eodem ordine dici debent secrete,& post cõiones,quot, quo ordine, & de quibus dictæ sunt ante Epistolam orationes, peruento in conclusione ultimæ secretæ ad uerba.

De Præfatione.

PEr omnia secula seculorum exclusiue, celebrãs stans in medio altaris,depositis super eo hinc& inde manibus extensis dicit conuenienti uoce, & intelligibili præfationem sequentem,quæ cõis est omnibus missis,ẽt defunctorum, nisi specialis habeatur.Et ubi specialis præfatio habeatur, illa dicitur tam in festo, quam infra eius octauam, si octauam

habeat, etiam si infra ipsam octauam agatur de dominica, uel de aliquo alio festo specialem præfationem non habente. Si uero ipsum festum, de quo infra octauam agitur habeat specialem præfationem, illa specialis dicitur, omissa præfatione octauæ, nisi in missali aliter ordinetur. In missa quoque uotiua dicitur præfatio propria illius diei, uel festi, de cuius uotiua agitur, si dies ipsa uel festum Præfationem propriam habet. Per omnia secula seculorum. Respon. Amen. Dominus uobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Manus extensas eleuet hinc & inde usque ad pectus, dicens. Sursum corda. Resp. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino Deo nostro. Quod dicendo iungit manus ante pectus, & caput Deo inclinat. Resp. Dignum, & iustum est. Eleuatis, & extensis (ut prius) manibus prosequitur Præfationem sequentem, si non habetur alia propria. Vere dignum, & iustum est, æquum & salutare, nos tibi semper, & ubique gratias agere, domine sancte, pater omnipotens, æterne Deus, per Christum dominum nostrum. Quod dicendo caput Deo inclinat. Tum extensis manibus (ut prius) prosequitur. Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, Cœli, cęlorumque Virtutes, ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant: cum quibus, & nostras uoces, ut admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicentes. Iunctis manibus ante pectus uoce mediocri dicit. Sãctus, Sanctus, Sãctus Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua hosanna in excelsis. Manu dextra producendo signum Crucis a fronte ad pectus seipsum signat, dicens, Benedictus, qui uenit in nomine domini hosanna in excelsis. Manibus iunctis super altare positis, stans ante medium altaris uersus ad illud, eleuatis oculis ad Deum, &

sine

sine mora demissis capite inclinato, dicit secrete.

TE igitur clementissime pater, per Iesum Christum filium tuum, Dominum nostrum supplices rogamus ac petimus. Osculatur ante se altare, erigit se, & stans eleuatis, & iunctis manibus ante pectus, dicit. Vti accepta habeas & benedicas. Dextra manu ter signat communiter super hostiã, & calicem, dicens. Hæc do✠na, hæc mu✠nera, hęc sãncta✠ sacrificia illibata. Extensis manibus ante pectus prosequitur. in primis, quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica, quam pacificare, custodire, adunare, & regere digneris toto orbe terrarũ, una cum famulo tuo Papa nostro N. Exprimendo nomen Papæ. Sede uero apostolica uacante, uerba prædicta una cum famulo tuo Papa nostro N. omittuntur, Antistite nostro B. specificando nomen Patriarchæ, Archiepiscopi, uel Episcopi ordinarii sui; qui si est uita functus, illa uerba, & Antistite nostro B. omittitur. Si celebrans est Episcopus, Archiepiscopus, uel Patriarcha, omissis uerbis, & Antistite nostro B. dicit & me indigno seruo tuo, Si aũt est Papa, qui celebrat, dictis uerbis toto orbe terrarum. dimissis. una cum famulo tuo Papa nostro N. & Antistite nostro B. dicit, una cum me indigno famulo tuo, quem gregi tuo præesse uoluisti. Et continuat omnes, ut sequitur & omnibus orthodoxis, atque catholicæ, & apostolicæ fidei cultoribus.

MEmento domine famulorum famularumq; tuarum stans in quiete manibus iunctis, & usque ad faciem, uel pectus (prout sibi magis placet) eleuatis agit commemorationem uiuorum Christi fidelium ad suam uoluntatem: eorum

tamen non est necesse, quòd exprimat nomen sed solum in mente eorum memoriam habeat. Potest tamen celebrans si pro pluribus orare intendit(ne circunstantibus sit molestus)ante missam in animo suo proponere omnes illos,tam uiuos, quàm defunctos pro quibus in ipsa missa orare intendit: & in hoc loco generaliter unico contextu ipsorum uiuorum commemorationem agere, quibus ante missam proposuit in ipsa missa suis orationib⁹ subuenire: qua facta, seu habita, demissis & extensis manibus(ut prius)continuat: & omnium circunstantium: quorum tibi fides cognita est, & nota deuotio: pro quibus tibi offerimus: uel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis: pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum: pro spe salutis, & incolumitatis suæ: tibi reddunt uota sua eterno Deo uiuo, & uero: Stans eodem modo dicit.

COmmunicantes, & memoriam uenerantes. In primis gloriosæ, semperque uirginis Mariæ genitricis Dei, & domini nostri Iesu Christi. Inclinat caput Deo, & prosequitur. Sed & beatorum apostolorum, ac martyrum tuorum Petri, & Pauli, Andreæ, Iacobi, Iohannis, Thomæ, Iacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, & Thadæi, Lini, Cleti, Clementis, Sixti, Cornelii, Cipriani, Laurentii, Grisogoni, Iohannis, & Pauli, Cosmæ, & Damiani. Et omnium sanctorum: quorum meritis, precibusque concedas: ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio: per eũdem Christum dominum nostrum. Amen.

Minister accendit intortitium: quod erectum in dextra manu retinens, & conuenienter eleuans, genuflectit in gradu, uel in terra pro dispositione loci retro celebrantem: qui dictis præmissis, extendit manus uersus oblata, dicens secrete.

Hanc

HAnc igitur oblationem seruitutis nostræ: sed & cunctæ familiæ tuæ, quæsumus domine, ut placatus accipias, diesque nostros in tua pace disponas: atque ab æterna dãnatione nos eripi & in electorũ tuorũ iubeas grege numerari. per Christum dominum. Iungit manus ante pectus, dicens secrete.

QVam oblationem tu Deus in omnibus quęsumus: dextra manu communiter signat ter super hostiam, & calicem dicens. Bene✠dictam ascri✠ptam, ra✠tam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis, semel separatim signat super hostiam tantum, dicens, cor✠pus, dein de super calicem tantum, dicens, & san✠guis Eleuat, & iungit manus ante pectus prosequens fiat dilectissimi filii tui domini nostri Iesu Christi. Inclinat caput Deo, & tergit aliquantulum pollices, & indices super corporale, dicens secrete. Qui pridie, quam pateretur. Accipit cum pollice, & indice dextræ manus hostiam, & eam cum illis, ac pollice, & indice etiam sinistræ manus tenens, stans erectus ante medium altaris, dicit. Accepit panem in sanctas, ac uenerabiles manus suas. Eleuat ad Deũ oculos, & sine mora demittit, dicens. Et eleuatis oculis in cœlum ad te Deum patrem suum omnipotentem, tibi gratias agens. Tenet hostiam inter pollicem, & indicem sinistræ manus, & dextra producit semel signum Crucis super eam dicens. Bene✠dixit, fregit, deditque discipulis suis, dicẽs. Accipite, & manducate ex hoc omnes. Discooperit manu dextra calicem, seu uas aliarum hostiarũ si sit, & cubitis super altare positis, stans inclinato capite, uerba consecrationis distincte, secrete, & reuerenter profert super hostiam, & simul super omnes, si plures sunt consecrandæ, & hostiam suam

tantum pollicibus,& indicibus tenet,dicens. Hoc est enim corpus meum.His dictis,celebrans hostiã inter pollices,& indices super altare tenens , reliquis manuum digitis extensis,ac binis, & binis simul iunctis, & cæteris hostiis(si sunt plures consecratæ in loco,in quo a principio missæ sunt positæ super corporali,uel in alio calice,siue uase) dimissis,genuflexus eam adorat.Tum se erigit,& eleuat in altum quantum commode potest hostiam , & populo ostendit reuerenter adorandam,& mox ipsam ueneranter super corporale reponit , unde eã leuauit,& pollices,ac indices non disiungit usque post communionem, nisi quando hostiam cõsecratam tangere,uel tractare debet,ut infra dicetur.Tũ usque in terram genuflexus hostiam ipsam ueneratur:& calicem seu uas aliarum hostiarum, si sit,sua patena cooperit.Interim dum celebrans hostiã eleuat , minister etiam eleuat manu sinistra fimbrias posteriores Planetæ,siue Casulæ celebrantis, ac totam posteriorem eius partem,ne ipsum celebrantẽ impediat in extensione brachiorum : deinde celebrans discooperit calicem,& pollices, ac indices super illius labium aliquantulum tergit,& eos iterum iungit:& stans erectus,dicit secrete.

SImili modo postquam cœnatum est. Ambabus manibus accipit calicem iuxta nodũ infra cuppam calicis, & illum aliquantulum eleuat , & sine mora reponit in eundem locum de quo eum leuauit,super corporale,interim prosequens. Accipiẽs & hunc præclarum calicem in sanctas ac uenerabiles manus suas,itẽ tibi gratias agẽs,tenet calicẽ manu sinistra infra cuppam,dextra signando super eũ dicit.Bene✠dixit,deditque discipulis suis, dicens. Accipite & bibite ex eo omnes. Accipit ambabus manibus calicem:uidelicet cum sinistra pedem , cũ

dextra

dextra uero nodum infra cuppam calicis: & cubitus super altare positis, stans inclinato capite, super calicem secrete, distincte, & reuerenter uerba consecrationis profert dicens. Hinc est enim calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro uobis, & pro multis, effundetur in remissionem peccatorum. Reponit calicē super corporale, dicens secrete. Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis. Et genuflexus sanguinem reuerenter adorat, tum se erigit, accipit calicem discoopertum cum sanguine ambabus manibus & (ut prius) eleuat eum erectum quantum cōmode potest, & illum populo ostendens ad orandum, & mox ipsum reuerenter reponit super corporale in locum solitum, & manu dextra ipsum palla cooperit,, & genuflexus sacramētum ueneratur. Interim dum celebrans calicem eleuat, minister manu sinistra eleuat dictas fimbrias, & posteriorē partem Planetæ celebrantis (prius) & postquam celebrās calicem super corporale reposuerit, surgit, extinguit intortitium, & reponit in locum suum. Tum celebrans stans (ut prius) ante altare extensis manibus ante pectus more consueto, dicit secrete.

VNde & memores domine nos serui tui, sed & plebs tua sancta Christi filii tui domini nostri Iesu Christi tam beatæ passionis, nec non & ab inferis resurrectionis, sed & in cœlos gloriosæ ascensionis, offerimus præclare maiestati tuæ de tuis donis, ac datis. Iungit manus ante pectus, tum manu dextra signat ter communiter super hostiam, & calicem, dicens. Hostiam ✠ puram, hostiam ✠ sanctam, hostiam ✠ immaculatam. Super hostiam tantum signat, dicens. Panem ✠ sanctum uitæ æternæ. Super calicem tantū signat, dicens, & calicem ✠ salutis perpetuæ. Secrete prosequitur

ſequitur ſtans manibus ante pectus, more ſolito, extenſis.

SVpra quæ propitio, ac ſereno uultu reſpicere digneris, & accepta habere, ſicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iuſti Abel, & ſacrificium Patriarchæ noſtri Abrahæ, & quod tibi obtulit ſummus ſacerdos tuus Melchiſedech ſanctum ſacrificium immaculatam hoſtiam. Inclinat ſe ante medium altaris, & manibus iunctis ſuper illo poſitis, ſecrete dicit.

SVpplices te rogamus omnipotens Deus, iube hæc perferri per manus ſancti Angeli tui in ſublime altare tuum, in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ, ut quotquot ex hoc altaris participatione ſeparatis manibus hinc & inde ſuper altare poſitis oſculatur altare, erigit ſe, & iunctis manibus continuat, ſacroſanctum filii tui. Signat manu dextra ſuper hoſtiam tantum dicens. cor✠pus ſignat eadem manu ſuper calicem tantum, dicens, & ſangui✠nē ſumpſerimus, omni bene✠dictione. Quod dicendo, ſeipſum eadem manu ſignat ſigno Crucis a frōte ad pectus, & continuat cœleſti, & gratia repleamur, per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

MEmento etiam domine famulorum, famularumq; tuarum N. Statim manibus iūctis ante pectus, uel uſq; ad faciem eleuatis, ſicut magis ſibi placuerit, oculis ad ſacramentum in altari poſitū intentis, agit commemorationem fidelium defunctorum, de quibus ſibi uidebitur, eodem modo, prout de commemoratione uiuorum ſupra diximus. Qua habita, ſtans extēſis manibus ante pectus (ut prius) continuat, dicens. Qui nos præceſſerunt

cum

cum signo fidei, & dormiunt in somno pacis, ipsis domine, & omnibus in Christo quiescentibus: locum refrigerii lucis & pacis ut indulgeas deprecamur, per eundem Christum dominum nostrum. Amen. dextra manu percutit pectus suum aliquantulum altius, dicens.

NObis quoque peccatoribus. Secrete prosequitur &c. Tũ iũgit manus ante pectus dicẽs secrete. Per quem hæc omnia domine semper bona creas. Manu dextra ter signat communiter super hostiam & calicem, dicẽs, sancti✠cas: uiuifi✠cas: benedi✠cis, & præstas nobis, & discooperit manu extra calicem, & genuflexus reuerentiam facit sacramento. tum se erigit: & reuerenter accipit hostiam inter pollicem, & indicem dextræ manus: & cum ea super calicem, quem manu sinistra tenet per nodum infra cuppam: signat ter a labio in labium, dicens. Per ip✠sum: & cum ip✠so: & in ip✠so: cũ hostia bis inter se, & Calicem a labio calicis incipiens signat, dicens. Est tibi Deo✠patri omnipotenti. in unitate spiritus✠sancti omnis honor, & gloria. Tenet manu dextra hostiã sup calicẽ: eleuat aliquantulum ambabus manibus hostiam, simul & calicem: & sine mora illum, ac illam reponit ad loca solita: pollices, & indices super labium calicis aliquãtulum tergit, iungit, & calicem palla cooperit, & usque ad terram genuflectens sacramentum ueneratur: erigit se: & manibus more solito extensis hinc & inde super altare positis, dicit intelligibili uoce.

PEr omnia secula seculorum. Ref. Amen. Oremus. Præceptis salutaribus moniti. & diuina institutione formati, audemus dicere. Eleuat & iungit manus ante pectus, & oculis ad sacramen-

tum

tum in altari positum intentus: capite inclinato, dicit eadem uoce.

PAter noster qui es in cœlis: Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum: Fiat uoluntas tua: sicut in cœlo: & in terra. Panem nostrũ quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem. Respondet minister. Sed libera nos a malo. Celebrans dicit secrete. Amen. Et manu dextra pollice, & indice non disiunctis; accipit patenam de altari, & inter indicem, & medium, digitos dextræ manus tenet, ipsam super altare erectam, sinistram uero tenet ante pectus, more solito, extensam, dicens secrete.

LIbera nos quæsumus domine ab omnibus malis præteritis, præsentibus, & futuris. & intercedente beata & gloriosa semperque uirgine Dei genitrice Maria, & beatis apostolis tuis Petro, & Paulo, atque Andrea, & omnibus sanctis. Eleuat manu dextra patenam de altari: & signat seipsum cum ea: producendo crucem a fronte ad pectus, ac patenam ipsam osculatur: interim dicens secrete. Da propitius pacem in diebus nostris: ut ope misericordiæ tuæ adiuti, & a peccato simus semper liberi, & ab omni perturbatione securi. Submittit patenam hostiæ quam ponit in ipsam patenam: discooperit Calicem: & genuflexus in terram sacramentũ ueneratur: erigit se: accipit hostiam inter pollicẽ, & indicem dextræ manus: & cum illis, ac pollice & indice sinistræ manus eam super sanguinem in Calice tenens cum reuerentia frangit per mediũ: & mediam quam inter pollicem, & indicem dextræ manus tenet, ponit in patenam interim dicens. Per eũdem dominum nostrum Iesum Christum filium

lium tuum. De alia media, quam inter pollicem, & indicem sinistræ manus tenet: accipit cum pollice, & indice manus dextræ particulam, quam inter ipsos dextræ manus pollicem, & indicem retinet. Partem uero, quam in sinistra habet, adiungit mediæ per ipsum super patenam positæ; interim dicens. Qui tecũ uiuit, & regnat in unitate spiritus sancti Deus, Particulam hostiæ, quam retinuit in dextra manu: tenet super calicem, quam manu sinistra per nodum infra cuppam retinet intelligibili uoce dicens.

PEr omnia secula seculorum. Respon. Amen. Cum ipsa particula signat ter à labio in labium calicis, dicens. Pax ✠ domini sit ✠ semper uo✠biscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Particulam quam dextra tenet, impònit in sanguinem, dicens secrete. Fiat commixtio, & consecratio corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi accipientibus nobis in uitam æternam. Amen. Pollices, & indices super labium calicis aliquantulum tergit, iungit, calicem palla cooperit, & genuflexus sacramentum ueneratur, surgit, & stans iunctis manibus ante pectus capite inclinato, dicit intelligibili uoce.

AGnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis Manus dextra percutit pectus suum, & prosequitur: Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Iterum manu dextra percutit pectus suum, & tertio dicit. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi dona nobis pacem. Percutit tertio eadem manu pectus suum. Tum inclinato capite, ante medium altaris, manibus iunctis super altare positis, secrete dicit.

Domine

DOmine Iesu Christe, qui dixisti apostolis tuis, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis, ne respicias peccata mea: sed fidem Ecclesiæ tuæ, eamque secundum uoluntatem tuam pacificare, & coadunare digneris, qui uiuis, & regnas Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Si est daturus pacem, osculatur altare in medio, & instrumentum pacis sibi porrectum per ministrũ, iuxta ipsum ad dextram uidelicet in cornu Epistolæ genuflexum, prius dicens uoce competenti. Pax tecum. Et minister tibi respondet. Et cum spiritu tuo. Surgit minister, & pacem interessentibus missę porrigit osculandam dignioribus primo, deinde aliis, ultimo mulieribus singulis, dicens. Pax tecum. Et singuli respondent ei. Et cum spiritu tuo. Celebrans, pace osculata, stans in medio altaris, inclinatus, ut prius, dicit sequentes orationes. Si non est daturus pacem, etiam si illius datio missæ conueniat non osculatur altare, sed præmissa oratione dicta sine mora, stans (ut præfertur) subiungit sequentes orationes. Si uero celebratur pro defunctis, omissis omnibus præcedentibus, ab Agnus Dei inclusiue hucusque positis intelligibili uoce, sine ulla pectoris percussione, dicit. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona eis requiem sempiternam. Tum prosequitur secrete sequentes orationes, quæ etiam in singulis aliis missis dicuntur, excepta solum ueneris sanctæ, quia non missa, sed singulare officium celebratur. Domine Iesu Christe fili Dei uiui. Et perceptio corporis tui domine. &c. Quibus dictis in terram genuflectens sacramentum ueneratur, tum se erigit, & dicit secrete.

PAnem cœlestem accipiam, & nomen domini inuocabo. Quo dicto, accipit de patena reuerenter ambas partes hostię super illam positas, inter pollicem, & indicem sinistræ manus, & patenam inter eundem indicem, & medium digitos eiusdem manus, & tenens partes huiusmodi super patenam manu dextra tribus uicibus percutit pectus suum interim etiam tribus uicibus, & dicens uoce aliquātulum eleuata.

DOmine non sum dignus & secrete prosequitur, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic uerbo & sanabitur anima mea. Quibus tertio factis, & dictis, accipit ambas partes prædictas hostiæ ex sinistra inter pollicem, & indicem dextræ manus, & cum illa supra patenam signat seipsum signo Crucis, dicens secrete.

COrpus domini nostri Iesu Christi custodiat animam meam in uitam æternam. Amen. Cubitis super altare positis, & patena sinistra manu partibus hostiæ prædictis, & ori supposita reuerenter sumit easdem ambas partes: quibus sumptis, deponit patenam super corporale, erigit se, & ambas manus ante faciem iungens, aliquantulum quiescit, deinde depositis manibus, dicit secrete.

QVid retribuam domino, pro omnibus, quę retribuit mihi? Discooperit calicem, ac pollices, & indices super labium ipsius aliquātulum tergit, ac iterim eos iungit, accipit patenam, & eam diligenter cum pollice dextræ manus super calicem extergit, ne quid de hostia super ea remaneat, & si sint hostiæ consecratæ super corporali positæ pro alio tempore conseruandæ, facta eis reuerentia debita, reponit eas in uas ad hoc ordinatum. Et diligen

ter aduertit, ne qua particula quantuncunque minima maneat super corporali, sed studiose, & accurate reponit in calicem, & pollicibus, ac indicibus iũctis, genuflexus iterum sacramentum ueneratur, surgit & calicem ambabus manibus, uidelicet cum sinistra pedem, cum dextra uero nodum infra cuppam accipit, dicens secrete. Calicem salutaris accipiam & nomen domini inuocabo. Laudans inuocabo dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Et signans sé signo crucis cum calice, dicit secrete. Sanguis domini nostri Iesú Christi custodiat animam meam in uitam æternam. Amen. Et stans reuerenter sumit totum sanguinem, cum particula in calice posita, quibus sumptis, dicit secrete.

QVod ore sumpsimus domine purà mente capiamus, & de munere temporali fiat nobis remedium sempiternum. Amen. Interim porrigens calicem ministro, qui infundit in eum uinum quo celebrans se purificat, & si qui sunt cõicãdi, eos communicat antequam digitos abluat, seruato ordine de tempore, & modo communicandi populum in presbyterali dato. Tum purificatis, & cæteris communicatis, dicit secrete.

COrpus tuũ domine quod sumpsi, & sanguis, quem potaui, adhæreat uisceribus meis, & præsta, ut in me non remaneat scelerum macula, quẽ pura, & sancta, refecerunt sacramenta, qui uiuis & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen. Eodem ministro uinum iterum fundente, celebrans abluit pollices, & indices super calicem, & ablutionem ẽt sumit, deinde extergit etiam os, & calicem purificatorio, & purificatorium super calicem, ac desuper patenam ponit, & prout sibi mágis placet, collocat

ad partem dextram, uel sinistram, aut in medio alta ris dimittit, interim missale per ministrum ad cornu Epistolæ reportatur, & directe inter anteriorem & posteriorem partes altaris ponitur, ubi expeditis præmissis.

De Communione.

CElebrans stans uersus ad altare manibus iunctis, uel disiunctis, prout sibi magis placet, super altare, uel missale positis, legit ex inde communionem, qua lecta iunctis manibus ante pectus, uadit ad medium altaris, ubi depositis super eo manibus hinc & inde extensis, illud in medio osculatur. Tum iunctis, ut prius manibus ante pectus, dimissis oculis ad terram, ibidem ad manum sinistram hoc est latus dextrum, uertit se ad populum, & dicit intelligibili uoce populo: Vers. Dominus uobiscum. Extendo interim, & iungendo manus ante pectus, digitis tamen non dissimilibus. Respon. Et cum spiritu tuo. Iunctis manibus per eandem uiã ad medium altaris reuersus facta ibidem omni reuerentia, accedit ad librum, ubi extendendo, & iungendo, manus ante pectus, stans ad altare uersus, dicit eadem uoce. Oremus & caput Deo inclinat, extensis manibus ante pectus, stans, ut prius diximus, dicit post cõionem missę conuenientem usque ad Per dominum seu aliam conclusionem, quam dicendo, iungit manus ante pectus, & ad uerba sic eas tenet usque ad finem post communionis, & quam cum sua conclusione ante librum perficit, & dicendo Iesum Christum caput Deo inclinat, & sic manus tenet usque ad finem post communionis, qua ibidem perlecta, si aliæ sunt post communiones, dicendæ. Respon. Amen repetit simili uoce Oremus & subiungit eas, prout de orationibus, & se-

eretis supra diximus. Quibus ibidem usque ad finem dictis, iunctis manibus ante pectus reuertitur ad medium altaris, & depositis super eo manibus hinc, & inde extensis, illud in medio osculatur, ac eodem modo iunctis manibus (ut prius) demissis ad terram oculis ad manum sinistram, hoc est ad latus dextrum ad populum uersus, dicit uoce prædicta. Dominus uobiscum extendendo, & iungendo interim manus ante pectus, digitis non disiũctis. Resp. Et cum spiritu tuo. Et adhuc ad populum uersus, iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili uoce Ite missa est. Quod dicitur ad omnes missas, in quibus dictum est, Gloria in excelsis Deo. Quo dicto celebrans per eandem uiam reuertitur ad medium altaris. Respon. Deo gratias. Vel si missa ferialis sit, aut alia, in qua non sit dictum. Gloria in excelsis deo finita post communione, & Dominus uobiscum repetito uertit se per uiam prædictam ad altare, ubi stans uersus ad illud, iunctis ante pectus manibus loco, Ite missa est. dicit intelligibili uoce. Benedicamus domino. Respon. Deo gratias.

Tempore quadragesimæ.

IN. xl. a die cinerum inclusiue, usque ad quartam feriam hebdomadæ sanctæ etiam inclusiue, in feriali officio dumtaxat, postquam celebrãs dixit omnes post communiones cum suis solitis conclusionibus, prout superius ordinatum est, antequam repetat. Dominus uobiscum stans in eodem loco, in quo post communiones dixit ante librum, conuersus ad altare (ut erat) dicit absolute intelligibili uoce. Oremus Humiliate capita uestra Deo. Inclinat caput & subiungit eadem uoce super populum ibidem orationem ordinatam cum sua conclusione. Qua finita accedit ad medium altaris, osculatur il-

lud,

lud, & conuersus modo superius dato ad populũ, dicit Dominus uobiscum. & alia, ut supra diximus. Dominicis uero, & aliis diebus. xl. in quibus de aliquo festo, uel pro defunctis, aut uotiua missa celebratur, oratio huiusmodi super populũ cum suo, Oremus Humiliate capita uestra Deo non dicitur, sed missa ipso modo prius terminatur. Si uero celebrauit pro defunctis, omissis, Ite missa est. Benedicamus domino. Dicto secundo. Dominus uobiscũ reuertitur per eandem uiam, per quam ad populũ se conuertat ad altare, ubi stans in medio, uersus ad illud, iunctis manibus ante pectus, dicit intelligibili uoce. Requiescant in pace. Resp. Amen. Tũ stans ante medium altaris, capite inclinato, & manibus iunctis super altare positis, dicit eadem uoce.

PLaceat tibi sancta Trinitas obsequium seruitutis meæ, & præsta, ut sacrificium, quod oculis tuæ maiestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, & mihi, ac omnibus, pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum dominũ nostrum. Amen. Extẽsis manibus hinc, & inde super altare positis, ipsum altare osculatur: erigit se, & adhuc stans uersus ad illud, dicit intelligibili uoce.

De Benedictione.

BEnedicat uos omnipotẽs Deus. Iungit manus ante pectus, & caput Deo inclinat: & iunctis manibus, ac demissis oculis ad terram, si altare, est populo uersum: stans ut erat, benedicit manu dextra populo: primo inter cornua Euangelii: tũ in medio altaris: deinde inter cornua Epistolæ, dicens interim. Pater, & filius, & spiritus sanctus. Si uero altare non est populo uersum: sed communi modo positum: uertit se ad manum sinistram: hoc est ad

latus dextrum: & per girum tertio populo benedicit. Primo uersus cornu Epistolæ: ubi manu dextra signum crucis producens super populum, dicit eadem uoce. Pa✠ter in medio dicens simili uoce: & fi✠lius deinde uersus ad cornu Euangelii, dicẽs uoce prædicta: & spiritus✠ sanctus, Respon. Amen. Primam autem, & tertiã benedictiones huiusmodi non dat directe uersus cornua Epistolæ, & Euangelii: sed magis uersus medium super populũ ibidem existentem. Aut si populus, qui missæ interfuit, est in medio, dictis per celebrantem uerbis Benedicat uos omnipotens Deus, uertit se: uel non uertit pro dispositione altaris: ut supra diximus: & super populum manu dextra in medio unicum tãtum Crucis signum producit: dicens. Pater & filius✠ & spiritus sanctus: & circulum perficit.

Quando adest aliquis Prælatus.

SI celebrauit coram summo Pontifice: aut Cardinale: uel Legato sedis apostolicæ: Patriarcha, Archiepiscopo, uel Episcopo, in prouincia, ciuitate, uel diœcesi sua existente: celebrans non benedicit propria authoritate. sed dicto per eum, Placeat, cõuertit se ad summum Pontificem genuflexus: ante Cardinalem, Legatum, uel prælatum ipsum capite inclinato, ab eo benedictionẽ recepturus, nisi summus Pontifex, Cardinalis, Legatus, uel Prælatus signum dederit, celebrans iterum ad altare cõuersus, dicit. Benedicat uos omnipotens Deus: Pater & filius, & interessentibus ad manum sinistram: uidelicet in cornu Epistolæ & in medio, benedicit: omissis uerbis & spiritus sanctus, ac signo crucis ad dexteram: uidelicet in cornu Euangelii in qua est Pontifex ipse, Cardinalis, Legatus, uel Prælatus, & ibidem sine mora Pontifici genuflectit: uel Cardinali,

Legato, uel Prælato caput inclinat, qui ei benedicit. Si uero locus summi Pontificis, Cardinalis, Legati, uel Prælati huiusmodi non esset in cornu Euangelii: sed in alia parte: uel altare esset populo uersum: celebrans recepto signo, benedicendo per transit eum: & si non ei, sed aliis benedicit ordine solito: tum ab eo benedictionem accipit: ut prædiximus. Si autem celebrauit coram Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, uel Episcopo, extra eorum titulum, ecclesiam, siue prouinciam, ciuitatem, & diœcesim constitutis: non habet ad eos huiusmodi respectum, sed eis (ut cœteris interessentibus) more consueto benedicit perfecto circulo: uel si celebrauit pro defunctis omissa benedictione: quia post missam non datur benedictio: osculato post dicto Placeat. ut præmittitur altari in medio: & si sit uas cum hostiis consecrandis pro alio tempore conseruandis reponendum, illud, facto sacramento debita reuerentia detecto capite defert: & deponit illud in locum suum: & locum ipsum bene claudit: quo facto reuertitur ad medium altaris: & stans ibidem iunctis manibus ante pectus uersus ad cornu Euangelii, dicit intelligibili uoce. Dominus uobiscum. Respon. Et cum spiritu tuo. Signat pollice dextræ manus ibidem altare: & se in fronte, ore, & pectore: dicens eadem uoce. initium sancti Euangelii secundum Iohannem. Respon. Gloria tibi domine. Tum eodem modo stans iunctis manibus ante pectus, prosequitur simili uoce. In principio erat uerbum: & uerbum erat apud Deum: & Deus erat uerbum. &c, ut in tertia missa Natiuitatis Domini. sed cum peruenerit: Sed ex Deo nati sunt, genuflexus dicit uoce prædicta. Et uerbum caro factum est. Surgit. & stans (ut prius) perficit Euangelium eadem uoce. Et habitauit in nobis: & uidimus gloriā eius, gloriam quasi unigeniti a patre: plenum gra-

tiæ & ueritatis. Finito euangelio: si celebrauit coram summo Pontifice, aut Cardinale, Patriarcha, Archiepiscopo, seu Episcopo, in eorum residētiis; aut ecclesia, uel loco iurisdictionis eorum: conuertit se ad eum coram quo ex prædictis celebrauit, & facit ei reuerentiam conuenientem: quod si non celebrauit coram aliquo prædictorum (ut præfertur) huiusmodi conuersionem & reuerentiam prætermittit. Minister accipit candelas de altari: & extinguit eas. Celebrans plicat corporale, palla interposita: reponit eam in bursam corporalis: & calicem cū patena in sacculum, siue linteum ad hoc ordinatum ligat: ponit desuper bursam cum corporali: & omnia in manum sinistram recipiens: manu dextra retinet bursam corporalis ne cadat: & præcedente ipsum ministro cum missali, cussino, ampullis, uini, & aquæ: hostiaria cum hostiis: candelis, & intortitio extinctis, redit ad sacristiam: uel alium locum conuenientem: ubi depositurus est sacras uestes: interim dicens Antiphonam, & Psalmos, & alia sequentia. Si uero sit dimissurus huiusmodi uestes ante altare, ubi celebrauit: finito Euangelio prædicto: dimissis (ut sunt) super altari corporali, & calice, ac aliis supradictis: easdem uestes deponit ibidem: & super ipsum altare reponit: interim dicens Antiphonam. Trium puerorum cantemus Hymnum: cum cantico. Benedicite omnia opera domini domino: & psal Laudate dominum in sanctis eius: cum reliquis.

De celebratione duarum uel trium missarum eadem die.

QVicunque sunt celebraturi duas missas in una die: non debent in prima missa post sumptum sanguinem se purificare: uel ablutionem

nem digitorum sumere: sed post sanguinis sumptionem: digitos super calicem abluere: & ablutionem huiusmodi in aliquod uas mundum reponere: & alia die, qua unam missam tantum celebrabunt, post sanguinis sumptionem, uel eadem die post dictam secundam missam, de ea se purificare: seu post purificationem, & ablutionem eiusdem secundæ missæ eam sumere. Plures autem quam duas missas una die celebrare non licet, sola die natiuitatis Saluatoris nostri Iesu Christi excepta: in qua quilibet sacerdos alias ad celebrandum dispositus potest tres missas celebrare: quod facturus, etiam non debet in prima & secunda missa se purificare: aut ablutionem digitorum summere: sed eam in aliquod uas mundum reponere; & eam post purificationem tertiæ missæ sumere Qui autem eadem die plures missas celebraturus, in prima, uel secunda missa se purificauerit. aut ablutionem sumpserit; non debet illa die ulterius celebrare. Præterea sacerdos in die natiuitatis prædictæ duas uel tres missas etiã sine aliqua intermissione celebraturus: debet ante quamlibet missarum huiusmodi dicere confessionem. & in fine cuiuslibet populo benedicere: & post primam & secundam missas huiusmodi dicere Euangelium sancti Iohannis. In principio erat uerbum, &c. Ac omnia alia facere & dicere purificatione omissa (ut præfertur) quæ in aliis missis dictum, in quibus una tantum missa celebratur: dicuntur & fiunt: Post tertiam uero missam loco dicti Euangelii sancti Iohannis: solet dici Euangelium secundũ Matthæum Cum natus esset Iesus, &c. quod habetur in missa diei Epiphaniæ domini.

De Missa sicca nuncupata.

SVnt & alij sacerdotes, qui in xl. uel aliis diebus: in quibus duæ missæ speciales habentur: uidelicet

cet una de festo: & alia de dominica: uel feria cele brata altera earum: aliam pro deuotione sua legũt absque consecratione: quod fieri licet hoc ordine. Data benedictione post missam celebratam, & Euã gelio sancti Iohannis lecto, celebrans deponit casu lam: & omnibus aliis paramentis retentis stans in cornu Epistolæ uersus ad altare: detecto capite: legit absolute ex missali Introitũ alterius missæ. Gloria in excelsis Deo: si illud in prima missa non dixit: & secundæ missæ conueniat, alioquin ipsum prætermittit. Idem obseruat de Credo in unum Deum: subiungit absolute prætermissis. Vers. Dominus uobiscum. & Oremus: Orationem: Epistolam: Graduale. Haleluiah, uel Tractum. Euangelium quod incipit. Sequentia uel Initium sancti Euangelii. prætermissis. Vers. Dominus uobiscum. Offerto. Communionem. Et similiter omis sis. Ver. Dominus uobiscum. & Oremus absolute subiungit post communionem omnia intelligibili uoce legens: & sic ibi absque aliqua cerimonia of ficium ipsum terminat. Tum dicit secrete, seu com petenti uoce. Antiphonam. Trium puerorum, &c. deponit omnia paramenta: prout superius post mis sam ordinariam dictum est.

De eadem missa sicca in mari: & fluminibus celebrari solita.

IN loco fluctuanti: ut in mari: & fluminibus cele brare non licet alicui. Consueuit tamen in mari pro populorum deuotione: absque consecratio ne, missa (quam siccam uocãt) dici per sacerdotem hoc ordine. In loco nauis Ecclesiola nuncupata: & parata mensa: supra quam ponitur mappa mun da: etiam non benedicta: & in medio partis posterio ris eiusdem mensæ Crux, ac hinc & inde in cor-

nibus

nibus posterioribus ipsius mensæ duo candelabra cum duabus candelis ardentibus collocantur: ubi sacerdos missam huiusmodi dicturus ante dictam mensam stans: accipit superpellicium: & desuper stolam ab humeris dependentem: quam transuersat ante pectus per modum Crucis, & cingulo eã firmat. Vel (secundum alios)omnibus paramentis sacerdotalibus induitur ordine superius dato: omissa sola planeta, siue casula, qua non utitur. Sicque paratus stans ante mensam prædictam: facit confessionem cum interessentibus, dicens. In nomine patris, & filii, & spiritus sancti. Introibo,&c.prout habetur supra in principio missæ,usque ad orationem.Oramus te domine:ut per merita &c.exclusiue ascendit ad mensam prædictam:& omisso illius osculo:stans in cornu Epistolæ: legit illius introitum. Kyrie eleison. Gloria in excelsis Deo,si est dicendum.Dominus uobiscum:non uertendo se ad populum.Oremus.& Orationem ordinariam. Deinde si placet & dici conueniat: facit unam,uel duas commemorationes: legit Epistolã. Gradua.Haleluiah.si est dicendum:uel Tractũ:portat librum ad cornu Euangelii,dicit in medio mensæ:Munda &c.Dominus sit in corde, &c. Deinde ante librum Dominus uobiscum.Sequentia,&c. Signando librum,& se in fronte, ore, & pectore: finito Euangelio osculatur textum.dicit Credo, si dies & officium requirit.Dominus uobiscum. nõ uertendo se ad populum. Oremus. Offertorium. Præfationem.Sanctus,&c. Oremus præceptis salutaribus moniti,&c.Pater noster.Agnus Dei. & dat osculum pacis: si alias officio illius diei quod legit, conueniat.reuertitur cum libro ad cornu Epistolæ.dicit Communionem in eodem loco.Dominus uobiscum non uertendo se ad populum.Post communionem,& cõmemorationes: si prius fecit ibidem.

dem. Dominus uobiscum. ut prius. & Ite missa est. uel Benedicamus: prout conuenit, aut Requiescāt in pace: si legit pro defunctis. Quo dicto ibidem se uertit ad populum, & illum more solito benedicit: si non legit pro defunctis: pro quibus si legit: benedictionem huiusmodi prætermittit. Tum dicit: Dominus uobiscum, & signans seipsum in fronte, ore, & pectore continuat. Initium sancti euangelii secundum Iohannem. In principio. &c. ut supra. Quo finito uestes sacras, quas recepit, ibidem deponit, Omnia præmissa in huiusmodi missa dicuntur uoce intelligibili: ita quod ab omnibus illic interessentibus audiantur.

De eadem missa coram infirmo: uel alia persona celebranda.

ET si aliquando accidat: quòd quis infirmus, uel alius uelit missam audire: uel non est sacerdos ad missam celebrandam dispositus: quia ipse eadē die celebrauit, uel ex alia legitima causa: poterit sacerdos in Ecclesia: uel aliò loco cōuenienti (ut præmittitur) missam huiusmodi siccam legere omnibus, & per omnia: prout superius de missa nauali dictum est: & non debet in ea sacramentum ostendere, etiam si illud in ecclesia ibidem in loco suo sacro habeat paratum propter periculum ostensionis. Ad laudem Saluatoris nostri Iesu Christi, cui est honor, & gloria per infinita secula seculorum. Amen.

DE COLORIBVS QVIBVS IN SACRIS VESTIBVS VTIMVR.

De colore Albo.



Lbo colore utimur in uesperis uigiliæ natiuitatis Domini usque ad octauam Epiphaniæ inclusiue, exceptis festis martyrũ, quæ interueniunt.

Feria quinta in cœna domini.

Sabbatho sancto in officio missæ, & ab illo die usque ad octauam Ascensionis domini inclusiue, quãdocunque agitur officium de tempore, præter dies Rogationum, & præter missam quæ dicitur in die sancti Marci de officio Litaniarum.

In omnibus festis gloriosæ uirginis Mariæ, & eius octauis.

In festo sanctæ Trinitatis.

In festo omnium sanctorum.

In festis angelorum.

In festo natiuitatis sancti Iohannis Baptistæ.

In principali festo sancti Iohannis Euangelistæ.

In conuersione sancti Pauli.

In cathedra sancti Petri.

In festis omnium confessorum, & omnium sanctorum qui non sunt martyres.

In cresimando.

In dedicationibus Ecclesiarum.

Item per octauas festorum prædictorum, quando de octauis agitur. Adde transfigurationem Saluatoris. Et uincula sancti Petri.

De co-

De colore Rubeo.

RVbeo colore utimur a uigilia Pentecostes in missa usque ad sabbathum post festum ipsum inclusiuè.
In festis sanctæ Crucis.
In festo decollationis sancti Iohannis Baptistæ.
In festo omnium apostolorum, & euangelistarum, præter principale festum sancti Iohannis Euangelistæ. Et præter festum conuersionis sancti Pauli, & Cathedram sancti Petri.
In festis omnium sanctorum & sanctarum martyrum, præter festum sanctorum Innocentum, quando extra dominicam uenit, tunc enim uiolaceo utimur. Et quando uenit in dominica utimur rubeo, & in octaua, quacunque die uenerit, rubeo colore utimur. Eodem rubeo colore utendum est per octauas prædictorum festorum, quando de ipsis octauis agitur. Et in degradatione cuiuscunque ordinis.

De colore Viridi.

VIridi colore utimur inter octauam Epiphaniæ & Septuagesimam. Et inter festum Pentecostes & Aduentum, quando dominicale officium agitur.

De colore Nigro uel Violaceo quos pro uno aliqui reputant.

NIgro aut uiolaceo colore utimur a prima dominica Aduentus usque ad missam in uigilia natiuitatis domini inclusiuè. Et a Septuagesima usque ad officium missæ in uigilia resurrectionis exclusiue, quandocunque in prædictis temporibus offi-

officium de tempore agitur, excepta quinta feria in cœna domini, in qua albo colore utimur, & feria sexta in parasceue, in qua utimur nigro. Et intelligendum est quod Sabbato sancto in toto officio quod agitur ante missam utendam est nigro, uel uiolaceo colore, excepto quod Diaconus qui cantat benedictionem cærei, indutus esse debet dalmatica alba. Sed benedictione cærei cantata, Diaconus ipse amota dalmatica alba, assumit aliam nigri uel uiolacei coloris, & tenet eam usque ad officium missæ.

Item in quatuor temporibus.

In uigilijs sanctorum, quando dicitur missa de uigilia.

In diebus Rogationum, & in missa quæ dicitur in die sancti Marci de officio Litaniarum.

In festo sanctorum Innocentum quando extra dominicam occurrit.

In purificatione uirginis Mariæ, in receptione candelarum & in processione.

In processione in die palmarum.

Item in missis defunctorum.

Supradicta de coloribus sumpta sunt ex pontificali.

Et hæc ex Directorio diuini officij.

FINIS.

DE ANTIQVITATE, VERITATE, AC CAEREMONIIS MISSAE,

OPVSCVLVM,

EX S. PATRIBVS, SVMMIS Concilijs ac Decretis deprromptum,

PER F. NICOLAVM AVRIFICVM, Senensem Carmelitam.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino.

Psalm.4.

QVID RETRIBVAM DOMINO PRO omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.

CVM PRIVILEGIO.



VENETIIS,
Apud Franciscum Zilettum. MDLXXII.

INDEX CAPITVM HVIVS Operis.

DE

DE ANTIQVITATE, VERITATE, AC CAEREMONIIS MISSAE,

OPVSCVLVM,

EX S. PATRIBVS, SVMMIS Concilijs ac decretis depromptum.

Per F. Nicolaum Aurificum, Senensem Carmelitam.

MISSA QVID SIT, ET eius ethimologia.

CAPVT I.



Abanus. Est legatio inter Deum, & homines, cuius legationis officio fungitur sacerdos. lib. 1. de insti. cleric. cap. 31.

Albinus. Est perfecta pro nobis oblatio, & legatio. lib. de diu. offi. Io. *Olthusius.* Missa est consecratio corporis, & sanguinis Christi, quæ Sacerdos offert Deo patri, & sumit in memoriam uitæ, & passionis eius, pro uiuis atque defunctis. in exam. ordinandorum. c. de sacrifi. missæ.

Cur sic appellatur diuinißimum hoc sacrificium, author quidam uetustißimus, ita declarat.

MIssa à quatuor caussis nomē accepit, duabus à legatiōe, duab. à missione. Dicitr legatio, q̄a in eius officio nobis legatio Christi representatur, quia pro humano genere patris legatione fungebatur. Secundò, quia in eo sacerdos pro Ecclesia ad Deum legatione fungitur. A missione, Missa dicitur, quia populus qui quasi ad iudicium conuenit, peracta caussa à iudice dimittitur. Item à Missione dicitur, quia populi conuentus, qui ad uesperam, & ad Matutinas quasi iure tenetur, celebrato sacrificio dimittitur. uide lib. qui Animæ gemma inscribitur.

Hugo de S. Victore.

MIssa dicta est quasi transmissa, uel quasi transmissio. eoque populus fidelis per ministerium sacerdotis qui mediatoris iure fungitur, inter Deum, & homines, preces & uota, & oblationes Deo transmittat. Ipsa enim hostia sacra Missæ uocari potest: quia transmissa est, primùm scilicet à patre nobis ut nobiscum esset, postea à nobis patri, ut apud patrem pro nobis intercederet. Primùm à patre nobis, per incarnationem, postea patri a nobis, per passionem. Modò in sacramento, primùm à patre nobis per sanctificationem, qua nobiscum esse incipit, postea patri à nobis, per oblationem, qua pro nobis intercedit. Vel Missa dicta est, (sicut quidam putant) ab emittendo, quia tempore quo sacerdos incipit consecrare corpus Domini, catechumini foras emittuntur. Lecto enim Euangelio, Diaconus clamat: Siquis catechuminus adest, exeat foras.

lib. 2. de sacra. p. 8. ca. 14.

ras.

ras. Catechumini sacris misteriis interesse non debent, quæ non nisi baptizatis & Christianis committuntur. Sicut de quibusdam qui cathecuminorum, & nondum renatorum typum gerebant, scriptum est, ipse autem Iesus non credebat se illis.

Idem habes ab Albino lib. de diuinis officiis. ca. de celebratione Missæ.

Missam esse sacrificium propitiatorium ex Augu. probatur. Cap. 2.

VIdi enim sub ara Dei animas occisorum propter uerbum Dei, & propter testimonium Iesu quod habebant, sub ara (inquit) Dei uidi animas occisorum. Quid reuerentius, quid honorabilius dici potest, quàm sub illa ara requiescere. in qua sacrificium Deo celebratur, in qua offeruntur hostiæ, in qua Dominus est sacerdos, sicut scriptum est, Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem Melchisedech? Rectè sub altario iustorum animæ requiescunt, quia super altare corpus Domini offertur. To.x. ser. 11. de sanctis. & est sermo. 4. de sancto Vincentio.

Apoca. 6.

Psal. 109.

Idem lib. de fide ad Petrum.

FIrmissimè tene, & nullatenus dubites, ipsum unigenitum Deum, uerbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrificium, & hostiam Deo in odorem suauitatis: cui cum patre, & spiritu sancto a Patriarchis, Prophetis, & Sacerdotibus, tempore ueteris testamenti animalia sacrificabantur, & cui nunc. i. tempore noui testamenti, cum patre, & spiritu sancto, cum quibus illi est una diuinitas, sacrificium panis, & uini, in fide & charitate, sancta Ecclesia Catholica per uniuersum orbem offer

Cap. 19. To. 3.

re non cessat. In illis enim carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Christi, quam pro peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus, & sanguinis quem erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio, atque commemoratio est carnis Christi, quã pro nobis obtulit, & sanguinis quem pro nobis idem Deus effudit. De quo Beatus Paulus dicit, in actibus Aposto. Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo, in illis ergo sacrificiis, quid nobis esset donãdum, figuratè significabatur: in hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit, euidenter ostenditur. In illis sacrificiis prænunciabatur filius Dei pro impiis occidendus: in hoc autem pro impiis annunciatur occisus.

Idem. Contra Faustum Manicheum.

Lib.20.ca. 18. VErum sacrificiũ qđ uni uero debet̃ Deo quo eius altare solus Christus impleuit in uictimis pecorum, imitata dęmonia sibi arroganter exposcunt. Vnde.d. Apostolus. Quæ imolant gentes, demoniis imolant, & non Deo. Non quod offerebatur culpãs, sed quia illis offerebatur. Hebræi autem in uictimis pecorum quas offerebant Deo, multis, & uariis modis sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futuræ uictimæ quæ Christus obtulit. Vnde iam Christiani, peracti eius sacrificii memoriam celebrant, sacrosancta dilatione, & participatione corporis, & sanguinis Christi.

Item lib. 2. quæst. euangelicarum.

Cap.3.To. 4. QVod Dominus dicit leproso mundato, Vade, ostende te sacerdoti, & offer &c. Videtur

tur approbare sacrificium quod per Mosen præceptum est, cum id non receperit Ecclesia, quod ideo iussisse intelligi potest, quia nondum esse cœperat sacrificium sanctum sanctorum, quod corpus eius est. Nondum enim passione obtulerat holocaustũ suum, quo sacrificio, confirmato in credentium populis, templum ipsum euersum est, ubi illa sacrificia offerri solebant. *Matth. 8. Lu. 5.*

Item in lib. Enchiridion ad Laurentium.

CVm sacrificia siuè altaris, siue quarumcunq; eleemosinarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro nõ ualde malis propitiationes sunt, pro ualde malis, & si nulla sunt adiumenta mortuorũ, qualescunque uiuorum cõsolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut adhoc prosunt ut sit plena remissio, aut certè ut tollerabilior fiat ipsa damnatio. *Cap. 19. To. 3. Habetur caus. 13. q. 2. c. Tẽpus.*

Item lib. quæst. uet. test. q. 57. super Leuiti.

SEd cum dominus dicat, Nisi mãducaueritis carnem meam, & biberitis meum sanguinem, non habebitis uitam in uobis, quid sibi uult, quod à sanguine sacrificiorum, quæ pro peccatis offerebãtur tãtopere populus prohibetur, si illis sacrificiis unum hoc sacrificium significabatur, in quo uera sit remissio peccatorum? a cuius tamẽ sacrificii sanguine in alimentum sumendo, non solum nemo prohibetur, sed ad bibendum potius omnes exhortantur qui uolunt habere uitam. *To. 4. Io. 6.*

Sacrificium Missæ in Melchisedech fuit figuratum, & à Malachia prædictum. Cap. III.

D. Augustinus lib. 1. cont. Aduers. legis & Prophetarum.

Cap. 20. To. 6. ECclesia ab apostolorum temporibus per Episcoporum successiones certissimas usque ad nostra & deinceps tempora perseuerat, & imolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis, ex quo Deus Deorum loquutus, uocauit terram a solis ortu usque ad occasum. Hæc itaq; Ecclesia est israel secundum spiritum, a quo distinguitur ille israel secundum carnem, qui seruiebat in umbris sacrificiorum, quibus significabatur singulare sacrificiũ, quod nunc offert israel secundum spiritum, cui dictum, atque prædictum est. Audi populus meus, & loquar tibi, israel & testificabor tibi &c. De huius enim domo nõ accipit uitulos, neque de gregibus eius hircos. Iste imolat Deo sacrificium laudis, nõ secundum ordinem Aaron, sed secũdum ordinem Melchisedech. Et post pauca subdit. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in ęternum, secundum ordinem Melchisedech. Nouerunt qui legunt quid protulerit Melchisedech, quando benedixit Abraam, & iam sunt participes eius, uident tale sacrificium nunc offerri Deo, toto orbe terrarum. Dei autem iuratio, incredulorũ est increpatio. Et quòd Deum non pœnitebit, significatio est, quia hoc sacerdotium nõ mutabit. Mutauit itaque sacerdotium secundum ordinẽ Aaron. Vnde alius propheta dicit, ad eum qui carnaliter est israel. Non est mihi uoluntas in uobis, dicit Dominus Omnipotens, & hostiam non accipiam de manibus uestris. Ecce quod est secundum ordinem Aaron. Cur autem hæc non accipiat, addit, & dicit. Quia ab ortu solis usque ad occasum, glorificatum est nomen meum in gentibus, & in omni loco incẽsum offertur nomini meo, & hostia pura,

Psal. 109.

Gen. 14.

quia

quia magnum est nomen meum in gentibus. dicit Dominus omnipotens. Ecce quòd est secundum ordinem Melchisedech.

Lib. 16. de Ciuit. Dei Cap. 22.

IBI quippe primum (quando fuit benedictus Abraam à Melchisedech) apparuit sacrificium quod nunc a Christianis offertur Deo, toto orbe terrarum: impleturquè illud quod longè post hoc factum per prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat uenturus in carnem. Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Non scilicet secundum ordinem Aaron, qui ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus, quæ illis umbris prænotabantur. *To. 5.*

Idem in Orat. contra Iudæos Cap. 9.

ECce omni modo impletum est quod ait Propheta: Et Sacrificium non accipiam de manibus uestris. Nam si in terrena Ierusalẽ maneret uobis templum, & altare, possetis dicere in eis hoc esse completum, quorum iniquorum inter uos constitutorum sacrificia Dominus non acceptat: aliorũ uero in uobis atque ex uobis acceptare sacrificia qui Dei præcepta custodiunt, hoc non est cur possit dici, ubi nullus omnino uestrum est, qui secundum legem quæ de monte Sina processit, manibus suis sacrificium possit offerre. Neque hoc ita prædictum, atque impletum est, ut uos propheticæ sententiæ respondere permittat, quia manibus non offerimus carnem, sed corde, & ore offerimus laudem secundum illud in psalmo. Imola Deo sacrificium laudis. Etiam hic contradicit uobis qui dicit: Non est mihi uoluntas in uobis. Deinde ne *To. 6.* *Malach. 1.* *Ps. 49.*

existi-

existimetis non offerentibus uobis nec illo accipiē te de manibus uestris, Deo sacrificium non offerri, quo quidem ille non eget, qui bonorum nostrorū nullius indiget: tamen quod sine sacrificio nō est, quod non illi, sed uobis utile est adiungit, & dicit. quia ab oriente sole, usque in occidentem, nomen meum clarum est factum, in omnibus gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo. Sacrificium mundum: quoniam est magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens? Quid ad hæc respondetis? Aperite oculos tandem aliquando, & uidete, ab oriente sole usque ad occidentem: non in uno, sicut uobis fuerat constitutū, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuilibet Deo, sed ei qui ista prædixit, deo israel.

Idem lib.18.de ciuit. Dei. Cap.35.

To.5. MAlachias prophetans Ecclesiam, quam per Christum iam cernimus propagatā, iudęis apertissime dicit ex persona Dei Nō est mi *Malach.1.* hi uoluntas in uobis, & munus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificabitur, & offeretur nomini meo oblatio munda, quia magnum nomen meum in gentibus dicit Dominus. Hoc sacrificium per sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedech cū in omni loco a solis ortu, usque ad occasum Deo iam uideamus offerri. Sacrificium autem iudæorū, quibus dictum est. Non est mihi uoluntas in uobis, nec accipiam munus de manibus uestris cessasse, negare non possunt.

Damascenus.

HAec est pura illa hostia, & incruenta, quam ab ortu solis usque ad occasum ipsi offerri ꝑ prophetam Dominus loquitur, corpus scilicet & sanguis Christi, in stabilimentum animæ nostræ, & corporis. *Lib. 4. Orthodo. fid. c. 14.*

Ireneus.

CHristus suis discipulis dans consilium, primitias Deo offerre ex suis creaturis non quasi indigenti, sed ut ipsi nec infructuosi, nec ingrati sint: eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens. Hoc est corpus meum. Et calicem similiter qui est ex ea creatura quæ est secundũ nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationem, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in uniuerso mundo offert Deo, ei qui alimenta uobis præstat, primitias suorum munerum in nouo testamento, de quo in 12. prophetis Malachias sic præsignificauit. Non est mihi uoluntas in uobis &c. manifestissimè significans per hæc, quoniam prior quidem populus cessabit offerre deo: omni autem loco sacrificium offeretur ei, & hoc purum. *Lib. Cont. Valent. 4. cap. 32.* *Malach. 1.*

Sacrificium Missæ a Christo fuisse institutum.
Cap. 4.

D. Augustinus li. 83. q. q. 61.

DOminus noster Iesus Christus ipse est sacerdos noster in æternum secundum ordinẽ Melchisedech, qui seipsum obtulit holocaustũ pro pec- *To. 4.*

catis nostris, & eius sacrificii similitudinem celebrā dam in suæ passionis memoriam commendauit, ut illud quod Melchisedech obtulit Deo iam per totum orbem terrarum in Christi Ecclesia uideamus offerri.

Idem. In Manuali. cap. 11.

To.9 PVlcherrime Iesu Christe, rogo te per illam sacratissimam effusionem preciosi sanguinis tui, quo redempti sumus, da mihi cordis contritionem, & lachrimarum fontem, præcipuè dum preces, & orationes tibi offero, dum tuæ laudis psalmodiam tibi decanto, dum misterium nostræ redemptionis, manifestum misericordiæ tuæ iudicium recolo uel profero, dum sacris altaribus licet indignus assisto, cupiens tibi offerre illud mirabile, & celeste sacrificium omni reuerentia, & deuotione dignum, quod tu domine Deus meus sacerdos immaculate instituisti, & offerre præcepisti in commemorationem tuæ charitatis, mortis scilicet, & passionis pro salute nostra pro quotidiana nostræ fragilitatis reparatione.

Idem ad Marcellinum.

Ep.5. To.2. IN epistola tua posuisti, cur hic Deus, qui & ueteris testamenti Deus esse firmatur, spretis ueteribus sacrificijs delectatus sit nouis? Nihil enim corrigi posse asserunt, nisi quod ante non rectè factum probaretur, uel quod semel rectè factum sit nullatenus immutari debuisse. (Vbi post pauca respondet) Aptum fuit primis temporibus sacrificiū quod præceperat Deus, nunc uero non ita est. Aliud enim præcepit, quod huic tempori aptum esset, qui multo magis quàm homo, nouit quid cuique tempori accommo-

commodatè adhibeatur: quid quando impertiat, ad dat, auferat, detrahat, augeat, minuatùe immutabilis mutabilium.

Idem ser. de tempore.

CHristus nouo Ecclesię populo nouum sacerdotium, & nouum sacrificium initiauit, ut uidelicet nouum uinum in utres nouos mitteret. *Ser. 150. To. 10. Matth. 9. Marc. 2.*

Theofilactus.

QVinta uespera fecit Dominus cœnam, & discipulis dixit. Accipite, comedite, *hoc est enim corpus meum*. Et ita quia potestatem habebat ponere animam suam, manifestum quòd tunc imolauerit seipsū, ex quo tradidit discipulis corpus suū. *Super Math. cap. 26.*

Idem super Lucam.

DOminus noster Iesus Christus in nouo testamento sacrificandi ritum instituit, quando panem & uinum, quæ etiam Melchisedech in typo futuri sacerdotis obtulit, in corporis, & sanguinis sui sacramentum, transformauit. *cap. 5*

Quod à tempore Apostolorum Missæ celebrabantur, & successiue usque ad hæc nostra tempora in huiusmodi celebratione piè perseuauerit Ecclesia. S. patrum testimo. ostenditur. Cap. 5.

S. Ignatius, diui Io. Euang. discipulus. passus est an. D. 110.

NOn licet sine episcopo, neque offerre, neque sacrificium imolare, neque Missas celebrare. *Epist. ad Smirnenses*

S.

S. Fabianus Papa Martir. Vixit ann.d. 232.

SAcrificium non est accipiendum de manu sacerdotis, qui orationes, uel actiones, & reliquas obseruationes in Missa, secundum ritum implere non potest.

*S. Macharius Episcopus. Creditur eum uixisse circa annum. d.*319.

CVm ingressus fuerit Episcopus aut presbyter ad Missarum solemnia celebranda (nisi passio aliqua interueneri) nullo modo audeat data oratione recedere, ut ab altero episcopo uel presbitero, Missarum solemnia suppleantur. *De Consec.*

*S. Damasus Papa. Vixit ann.d.*365.

ALexander natione Romanus, sedit annos decem, menses septem, dies 2. Hic passionem domini miscuit in precatione sacerdotum, quando Missæ celebrantur. *Vide decreta Pont.*

Telesphorus.

TElesphorus natione græcus, sedit annos 11. menses tres, dies 22. Hic fecit ut in Natali domini nostri Iesu Christi noctu missæ celebrarentur, cum omni alio tempore, ante horæ tertiæ cursum, nullus præsumeret Missas celebrare, quia ea hora dominus noster ascendit in crucem.

*D. Ambrosius Episcopus Mediolanensi. Vixit ann.D.*390.

EGo tamen mansi in munere. Missam facere cœpi. Dum offero, ruptum cognoui a populo ca *li.5.ep.33.*

ftulum quendam, quem presbyterum dicerent Arriani. Hunc autem in platea offenderant transeuntem. Amarissime flere, & orare in ipsa oblatione Deum cæpi.

Idem.

COmmemorat Laurentium sic dixisse Sixto dũ ad martyrium duceretur. Tu nunquam sacrificium sine ministro offerre consueueras; cui dominici sanguinis dispensationem commisisti?

Amplius huius rei fidem facit, oratio illa ab eo composita, qua præparare se potest sacerdos ad missæ celebrationem.

D. Augustinus. Vixit iisdem temporibus usque ad annum. D. 425.

Ser. 2. dom. 19. post Tri. To. 10

ECce post sermonem fit missa cathecuminis. Manebunt fideles. uenietur ad locum orationis. Scitis quo accessuri sumus, quid prius Deo dicturi sumus? Dimitte nobis debita nostra. &c.

Leo Pontifex, huius nominis primus. uixit anno. D. 452.

Epist. 8.

NEcesse est autem ut quædam pars populi sua deuotione priuetur. Si unius tantum Missæ, more seruato sacrificium offerre non possint, nisi qui prima diei parte conuenerint.

Felix IIII. Pontif. Vixit an. d. 524.

Epist. 1. cap. 1.

DE ecclesiarum consecratione, & de Missarum celebrationibus, non alicubi quàm sacratis

cratis Domino locis, absque magna necessitate fieri debet.

Vigilius pont. Vixit an.d.544.

PAscha uerò futurum 11.Kalendarum Maiarum die, celebraturos nos esse cognoscite, ordinem quoque precum in celebritate Missarum nulla festiuitate significamus habere diuersum, sed semper eodem tenore oblata Deo munera. ***Ep.ad Eleutherium, ca.5.***

Grego. *Papa huius no.1. Vixit an.d.585.*

DEbemus itaque præsens sæculum uel quia iã conspicimus defluxisse, tota mẽte contemnere, quotidiana Deo lachrimarum sacrificia, quotidianas carnis eius, & sanguinis hostias imolare. Hæc namque singulariter uictima ab æterno interitu animam saluat, quæ illam uobis mortem unigeniti pro mysterium reparat, qui licet resurgens à mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur, tamen in semetipso immortaliter, atque incorruptibiliter uiuens pro nobis iterum: in hoc mysterio sacræ oblationis imolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem partitur, eius sanguis, non iam in manus infideliũ, sed in ora fidelium funditur, Hinc ergo pensemus qualé sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit, in ipsa imolationis hora ad sacerdotis uocem cœlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio angelorũ choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, unum quid ex uisibilibus, atque inuisibilibus fieri? ***Lib.4.dialo. cap.58.***

Ionas abbas. Vixit an. d. 729.

In uita S. Vuulfrannii Epiſ. ut citat Ioan. Garet.

DVm nauigaremus in Friſiam, poſitis uelis in medio mari, quod adiacet regioni Morinorũ, adſuit hora in qua ſacrificium Deo uictimæ Saluatoris imolandum erat. Tunc iactis ancoris nauis immobilis perſiſtebat. Et celebrante ſancto Põtifice Vuulfrannio Miſſarum ſolennia, uentum eſt ad locum ubi miniſter patenam præſuli porrigere debuit, extenſaque manu expectabat horam qua ſuſciperet eam. Sed dum miniſter eam abluere uellet, in mare ex eius manibus collapſa eſt. Finita oratione imperat Diacono, ut in eum in quem patena ceciderat locum mitteret manum. Quo facto, ab imo maris eadem patena diuinitus reiecta, eiuſdem miniſtri manui inhęſit. Sicque commixtionẽ corporis, & ſanguinis, idem. S. Præſul faciens, nomenque ſaluatoris glorificans, ſacroſancta Miſſarum ſolennia, compleuit.

Albinus Flaccus Alcuinus Caroli Magni Magiſter. Vixit an. d. 780.

Lib. de Diuinis officiis.

CElebratio Miſſæ in commemorationem paſſionis Chriſti peragitur. Sic enim ipſe præcepit Apoſtolis tradens eis corpus & ſanguinem ſuum. Hoc facite in meam commemorationẽ, hoc eſt in memoriam paſſionis meę: tamquàm diceret, quod pro ueſtra ſalute paſſus ſum ad memoriam reuocate, & pro ueſtra, ueſtrorumque ſalute eadem proferre curate.

Lib. de Miſteriis Miſſæ cap. 24.

Amalarius Archiepiſcopus Treuerenſis. Vixit an d. 816.

VIdetur mihi ſi ſemel fuiſſet facta crux ſuper panem & uinum, poſſe ſufficere, quia ſemel cru-

crucifixus est Dominus. Hic concrepant uerba Dominicæ mēsæ cum toto officio Missæ. Canitur hic, Accipiens panem, & reliqua. Quod actitatur a sacerdote quando suscipit oblatam in secreta Missę, aut quando hic eam eleuat.

Hilduinus Abbas. S. Dionysij uixit an. 840

BEatus Dionysius ubi post multas, & pernecessarias populi (qui eum sequendo carcerē irruperant,) exhortationes & ad absentes directa institutionum præcepta Dominicarum Missarum solēnia, ut confirmarentur, participatione corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, fideles, uelut iam in cœlis positus celebraret, hora qua frangebatur panis sanctus, quo ipse & populus communicare debebat, resplenduit huiusmodi lux de cœlo super eum, & in omnes qui ibi aderant, qualem nemo eorum antea uiderat, in qua ueniens, apparuit Dominus Iesus Christus etiam cunctis uidentibus cum multitudine angelorum. Et accipiens panem sanctum dedit illi, dicēs: Accipe hoc chare meus, quod mox complebo tibi una cū patre meo, quoniam mecum est maxima merces tua, & his qui audierint te salus in regno meo.

In uita S. Dionysij ut citat Garetius lib. de sacr. Euch.

Stephanus Episcopus Heduensis uixit anno. d. 950.

QVod sacerdos orat oblationem panis & uini fieri corpus Domini, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, primo factum est cœnantibus discipulis in his uerbis a Christo prolatis, Hoc est corpus meum, Hic est calix sanguinis mei. Sed priusquàm sacerdos hæc uerba proferat, quod sequitur præcedentibus continuat dicens. Qui pridie

Lib. de Sacram. altar. Vide Garet.

diè quàm pateretur, accepit panem in ſanctas, ac uenerabiles manus ſuas. &c. Dum hæc uerba profert. Sumit panem de altari, & eleuatum, facto ſignaculo crucis, benedicit, & poſtea prætaxatis uerbis Domini recitatis ſuper corporale deponit.

Guitmundus Archiepiſcopus Auerſanus. uixit an. d. 1050.

Lib. 1. cont. Beregariū. ut citat Gare.

SInguli accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulos minuitur, ſed integrum ſe præbet in Singulis. Propterea ipſi qui ſumimus communionē huius. S. panis, & calicis, unū Chriſti corp⁹ efficimur. Idē quoque dicimus, & ſi mille Miſſæ eodem tempore celebrentur. Nam ita in ſingulis totum credimus eſſe Chriſtū, ut nec plures Chriſtos, nec diuiſum Chriſtum faciat, aut ſacerdotum diuerſitas, aut locorū. In quo quidem illi contra nos eſſe nō poſſunt, qui corpus Domini in omni Miſſa adeſſe inuiſibiliter credunt. Nam cum ſimul mille celebrentur Miſſæ, &, ſicut ipſi conſentiunt, in omni Miſſa eſt totum corpus Chriſti (diuide enim corpus poſſe, & ipſi negant) aut mille tūc erunt corpora Chriſti, aut fatebuntur nobiſcum uno eodemque tēpore mille in locis unū, idēq; Chriſti corpus totū, & indiuiſū poſſe haberi. Sed mille Chriſti corpora, nec ipſi dicūt. Reſtat ergo ut in mille Miſſis eodem tempore unum, idemque corpus Chriſti indiuiſum eſſe credere debeant.

Lambertus Herſneldenſis uixit an. d. 1080.

Lib. de rebus Germanorū. ut citat Garetius.

EPiſcopus quoque Citicenſis, & Epiſcopus Vercellenſis, & Azzo marchio, & alii conuētionis eius principes, allatis ſanctorum reliquiis, ſub iu-

reiurando

reiurãdo cõfirmauerīt facturū eū esse q̄ pollicebatur, nec aliqua rerum asperitate, uel casuum uarie succedentium mutabilitate ab sententia deducendum. Ita absoluto Rege ab excommunicatione, Papa Missarum solennia celebrauit, cõfectaque sacra oblatione, Regem cum cætera quæ frequens erat, multitudine ad altare euocauit, præferensque manu Dominicum corpus, præfatus uerba terribilia quibus Deum caussæ suæ æquissimum iudicem, & innocentiæ assertorem adesse precabatur, partem dominici corporis accepit, & comedit.

Odo Episcopus Cameracensis Vixit an. D. 1128.

ISte sapientissimus uir exposuit Canonem Missæ in gratiam dilecti cuiusdã discipuli sui Vuilbodoni, Vnde satis ex hoc constare potest Missam suis temporibus celebrari. Videāt qui uoluerint expositionem eius, quam apud Examen ordinandorum a nobis coadunatam inuenient.

Hilarius Episcopus Aurelianensis uixit circa an. 1235.

QVendam sacerdotem qui paulò ante Missarū solennia celebrãs, corpus dominicum ipsius efficacia Saluatoris uerba proferendo consecrauerat: quidam carnifex, quidam impudens de cuius turpitudine non potest satis dici, grauiter dehonestauit. *Epist. ad Brixiū Episcopū Nannetēsem, ut citat Garetius.*

Teodoricus Turingus. Vixit an. D. 1257.

COnsueuit Beata Elisabeth ab adolescentia sua cum humilitate maxima missarum semper sa-

cris mysteriis interesse. oculis nanque fidei excellẽtiam ineffabilem intuens sacramenti ad propriȩ cõditionis paruitatem respiciens, ornatum corporis exteriorem, capitis, brachiorum, pectoris, digitorũ, cæterorumque membrorum intra officium Missæ soluit, imminuit, inclinauit, uel penitus remouit. Hora uero Euangelicæ lectionis, & canonis, & qua Dominicum corpus & sanguis imolatur a sacerdote, & sumitur hanc humiliationem præcipue studuit exhibere. Flagrabat enim erga sacramentum hoc feruore omnium medullarum, stupore admirans grandi illam charissimam dignationem, & dignissimam charitatem.

Guillielmus Archiepiscopus Lugdunensis uixit an. D. 1282.

Parte. 4. summ. uitiorum.

PRædicatio si rara est non sufficit, si assidua, uilescit, idem uerum est de celebratione Missarum. Si enim aliquis in die pluries celebrat, uilescit ei opus illud super Angelicum.

Monaldus. Vixit an. d. 1331.

In summa sua ut citat Garetius.

IN necessitate potest missa subdio publicè celebrari, seu in tentoriis in itinere, scilicet in exercitu, honestè super terram solidam, non in naui, quia in mari uel in fluminibus fluctuat, ne ea uagãte fiat sanguinis effusio, uel corporis Christi indebita commotio.

Ioannes Andreas. Vixit an. d. 1341.

In libr. Clementinarũ.

SI quæ sunt uerba in Canone missæ quæ ab Euangelistis dicta non fuerunt, primo credere

debe-

debemus quòd à Christo Apostoli, ab ipsis eorum successores acceperunt.

Thomas Haselbachius. vixit an.d. 1414.

HOc est corpus meum. Ista sunt uerba consecrationis. Et est sensus.i.contentum sub his speciebus est uere corpus meum. Et hoc tunc factum est, & fit quotidie in Missa diuina uirtute per conuersionem panis in uerum corpus Christi, solis exterioribus, & uisibilibus accidentibus remanentibus. *Ser. 7. ut citat Garet.*

Ioannes Ecchius. Vixit an.d. 1530.

LIquet iam contra hæreticos, Missam non solum representare cœnam dominicam, sed & passionem, mortem, & oblationem.

Epilogus.

EX uniuersis istis sanctorum patrum, illustrium que scriptorum testimoniis, omnibus constare potest sacrosanctum Missæ sacrificium nouum non esse, neque Romanæ Ecclesiæ inuentionem, ut quidam hæreticorum opinati sunt, sed tum à Christo institutum, tum etiam successiuè semper in Ecclesia fuisse receptum. Ecclesia namque semper Missam celebrauit, licet diuersis quibusdam rationibus, ut suo loco manifestabimus, quod etiam apertissimè ex sacrosancto Concilij Trident. decreto patet, ubi anathemate feriuntur, qui Missam sacratissimo illo passionis Christi sacrificio derogare existimant, & arbitrantur. uerba Concil. hæc sunt. *In Enchir. locorum. cō. ar. 17.*

Si quis dixerit, Blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto, per Missæ sa- *Cano. 4. Ses. 22*

ſacrificium, aut illi per hoc derogari, anathema ſit.

Quis poſt Chriſtum Miſſam inſtituerit, primoq; celebrauerit. Cap. 6.

Sexta Synodus. Et habetur de conſecrat. d.1. c. Iacobus.

IAcobus Frater Domini cui primùm tradita eſt Hieroſolymitana Eccleſia, & Baſilius Ceſarienſis Epiſcopus, cuius claritas per totum orbem reſulſit in ſcripturis, nobis* addiderunt miſſæ celebrationem.

*tradiderūt

Iſidorus.lib.1.de officiis eccleſiaſt. cap.15.

ORdo Miſſæ, uel orationum, quibus oblata Deo ſacrificia conſecrantur, primùm à S. Petro eſt inſtitutus, cuius celebrationem uno eodẽque modo, uniuerſus peragit orbis.

Animaduerſio.

REpugnare uidetur Iſidorus priori teſtimonio ſextæ ſynodi, quæ aſſerit à D. Iacobo fuiſſe traditam: quapropter hac ratione conciliandæ ſunt huiuſmodi auctoritates, quemadmodum & conciliare nititur Tho. VValdenſis uir quidem eruditiſſimus. tit, 12. cap. 28. lib. de ſacramentalibus ſub his uerbis. Poteſt dici quòd Petrus inſtituit unà cum Apoſtolis, ſed Iacobus tanquam loci Epiſcopus promulgauit, docuit, & facto primus expoſuit, ſicut item aliàs in actibus Apoſtolorum in decreto Antiochenſium, cap. 15. ubi ſic exorſus eſt loqui. Viri fratres Simon narrauit quemadmodum primum

mum Deus uisitauit sumere ex gentibus populum nomini suo. &c.

Qua ratione priscis illis temporibus sacrificabatur, & quæ postea per temporum successionem addita sint. Cap. 7.

Hugo de S. Victore.

Celebratio Missę in commemorationem passionis Christi agitur. Sic ipse præcepit Apostolis tradens eis corpus, & sanguinem suum, dicens. Hoc facite in meam commemorationem. Hãc Missam beatus Petrus Apostolus primus omnium Antiochiæ dicitur celebrasse, in qua tres tãtum orationes in initio fidei dicebantur, incipientes ab eo loco ubi dicitur. Hanc igitur oblationem. Cætera autem à sanctis patribus diuersis temporibus adiecta sunt.

lib. 2. de sacrament. p. 8. c. 14. cum quo concordat Remigius.

Nota

Hæc authoritas hac ratione intelligenda uenit, (ut bene animaduertit Tho. VValdensis) quòd in initio fidei hunc ritum celebrandi tenuit Beatus Apostolus, & alii Apostoli, tamen ipsi addiderunt alias orationes postmodum, lectiones, & Euangelia, ut ex uerbis. D. Dionysij apostolorum discipuli, ac Isidori constare potest.

lib. sacramental. tit. 12. c. 28.

D. Dionysius.

Itaque Pontifex quidem, ubi orationem sanctam supra diuinum altare peregit, ex ipso incensum adolere inchoans omnem phani ambitum circuit. Demum ad sanctum altare iterum rediens, psalmorum incipit melos concinentibus secum sacra carmina

lib. Ecclesi. Hierarch. cap. 3.

mina omnibus ecclesiastici ordinis gradibus, deinde, ministrorum officio, sanctarum scripturarum lectio suo ordine recitatur. Post hæc extra delubrũ cathecumini fiunt, & cum ipsis energumeni, & ii quoque qui in pœnitentia sunt. Manent autem intus soli qui diuina spectare merentur, atque percipere. Porrò ministrorum, alii quidem pro clausis templi foribus astant, alij proprij aliquid muneris agunt. Qui uero ipsius ordinis præcipui sunt, una cum sacerdotibus, sanctum panem, & benedictionis calicem sacrosanctis altaribus imponunt, cum ante præcesserit ab omni clero uniuersalis laus, atque confessio. Adhæc uenerandus antistes orationem sanctissimam peragens, pacem sanctam omnibus nuntiat, & cum se mutuo omnes salutauerint, mystica sanctorum recitatio fit. Vbi uerò manus tum antistes, tum sacerdotes aqua lauerunt, Pontifex ad medium diuini assistit altaris, circunstant autem soli cum sacerdotibus electi quique ex ministrorum numero. At uerò Pontifex cum diuina munera laude prosecutus fuerit, sacrosancta, & augustissima mysteria conficit, & quæ ante laudauerat uenerãdis operta atque abdita signis, in conspectu agit, diuinaque munera reuerenter ostendens ad sacram illorum communionem, & ipse conuertitur, & reliquos, ut communicent hortatur. Sumpta demum atque omnibus tradita communione diuina gratias referens, finem mysteriis imponit.

Nota dictum Amalarii cap. 5. de officio Missæ, & Vualafridi, ca. 22.

Isidorus.

li. 1. offici. ca. 13.

ORdo autem missæ, uel orationum, quibus oblata Deo sacrificia consecrantur, primùm à

sancto

sancto Petro est institutus, cuius celebrationem uno eodemque modo uniuersus peragit orbis. Prima earundem oratio admonitionis est erga populum, ut excitentur ad impetrandum Deum. Secunda inuocationis adest, ut clementer suscipiat preces fidelium, oblationemque eorum. Tertia autem effunditur, pro offerentibus, siue pro defunctis fidelibus, ut per idem sacrificium ueniam consequantur. Quarta post hæc infertur pro osculo pacis, ut charitate inuicem reconciliati, digni sacramento corporis, & sanguinis Christi consocientur, quia non recipit dissensionem cuiusquàm, Christi indiuisibile corpus. Quinta infertur illatio in sanctificatione oblationis, in qua etiam ad Dei laudem terrestrium creatura uirtutumque cœlestium uniuersitas prouocatur, & osanna in excelsis cantatur, quòd saluatore de genere Dauid nascente, salus mundo usque ad excelsa peruenerit. Porrò ex hinc sexta succedit confirmatio sacramenti, ut oblatio quæ domino offertur, sanctificata per spiritum sanctum corpore Christi, & sanguine conformetur. Harum ultima est oratio quàm Dominus noster orare discipulos suos instituit, dicens. Pater noster qui es in cœlis, &c. (Concludit postea d.) Hæc sunt itaque septem sacrificii orationes commendatæ Apostolica, euangelicaque doctrina, cuius numeri ratio instituta uidetur, uel propter septenariam sanctæ Ecclesiæ uniuersitatem, uel propter septiformem gratiæ spiritum, cuius denuo, ea quæ offeruntur, sanctificantur.

Nota.

HIc est antiquissimus ille ritus quem seruasse legimus priscos illos patres, quæ uero postmodum temporum successione adiecta sunt,

ut

(ut d. Hugo) hæc sunt. quemadmodum ex dictis Bernonis Augienſis Abbatis, manifeſtari poteſt.

Berno.

lib. 1. offici. ca. 15
li. de rebus ad miſſæ officium attinentibus. ca. 1.

IGitur in exordio naſcentis Eccleſiæ non eo quo nunc modo, uel ordine ſacra celebrabantur Miſſarum ſolemnia, teſte etiam Beatiſſimo Gregorio Papa, qui inter multa, quæ conſtituit utilia, cum in celebratione Miſſarum, tum etiam in uario eccleſiaſticarum rerum uſu, ad conficiendum corpus, & ſanguinem Chriſti, orationem dominicam fecit decantari, ſicut de eo ſcriptum eſt. Orationem dominicam mox poſt canonem ſuper hoſtiam cenſuit recitari. De hoc, & de aliis cum quoſdam murmurare ſentiret, piiſſimus pater inter alia non dedignatus eſt huiuſmodi rationem reddere, dicens. Orationem dominicam idcirco mox poſt precem dicimus, quia mos apoſtolorum fuit, ut ad ipſam ſolummodo orationem oblationis hoſtiam conſecrarent. Et ualde mihi inconueniens uiſum eſt, ut precem quam ſcholaſticus compoſuerat ſuper oblationem diceremus, & ipſam orationem quam redemptor noſter compoſuit, ſuper eius corpus, & ſanguinem non diceremus. Sed creſcente ſtatu Religionis, ſimul accreuit decus eccleſiaſtici honoris. Attamen ipſum canonem non unus ſolus totum compoſuit, ſed per tempora aliud alius interpoſuit, uel adiecit, ſicut de hoc ſanctiſſimo Papa legimus. In canone appoſuit, Dieſque noſtros in tua pace diſpone, atque ab æterna damnatione nos eripi, & in electorum tuorum iubeas grege numerari. De Alexandro quoque Papa qui à Beato Petro ſeptimus erat in ordine, ita legimus. Hic paſſionem Domini miſcuit in precatione ſacerdotum quando Miſſæ celebrantur. Leo Papa, conſtituit,

ut intra actionem sacrificii diceretur, Sanctum sacrificium, &c. Deinde Gregorius, Tertius eiusdem nominis Papa, faciens oratoria in basilica S. Petri Apostoli in honorem omnium sanctorum, quotidiana Missarum solemnia ibidem celebrare constituit, pariterque in Canone a sacerdote dicendum ordinauit. Quorum solemnitas hodie in conspectu tuæ Maiestatis celebratur, Domine Deus noster toto in orbe terrarum. Quod quia specialiter ad illam pertinet celebritatem non est canoni, qui generaliter dicitur, adnotatum. Hæc de Canone qui & actio dicitur, dicta sunt, nunc de cæteris, quæ Dominus dederit uideamus. Cœlestin⁹ Papa cõstituit ut Psalmi Dauid centum quinquaginta ante sacrificiũ psallerentur in ordine Antiphonarum ex omnibus qđ antea non fiebat, nisi tantum Epistola Beati Pauli recitabatur, & sanctum Euangelium. Letaniæ .i. * Kyrieleison, &c. à Græcorum usu sumptæ creduntur. Orationes autem quas collectas dicimus, a diuersis authoribus compositæ creduntur a Gelasio præsule Romano & Gregorio Papa. Vnde & in uita ipsius legimus. Sed & Gelasianum codicem de Missarum solemniis multa subtrahens, pauca conuertens, nonnulla super adiiciens, in unius libelli uolumine coartauit, quod uolumen librum Sacramentorum prætitulauit. Et fortasse primis temporibus solius Pauli Epistolæ legebantur, postmodum intermixtæ aliæ lectiones sunt, non tantum de nouo, uerùm etiam de ueteri, prout solemnitatum ordo poscebat, testamento. Vbi notandum, ut sicut sanctum Gregorium has uel has cantilenas composuisse libri sacramentorum, & Antiphonarum, ita & beatum Hieronymum credimus ordinatorem lectionarii, ut ipsius testatur prologus appositus in capite eiusdem Comitis (sic eum appellauit.) Postea cum Gradualia, & Alleluia, inter Apostolicam,

Introitus

**Kirieleison.*

Gregorius ordinauit ut dicerentur orationes.

Graduale

Alleluia

ſtolicam,& Euangelicam lectionem cœperunt frequētari,Hiſpani quaſi nouitate rei perculſi, multū reſtiterunt dicētes. In quibuſdam Hiſpaniarum ecclefiis laudes poſt Apoſtolum decantantur, priuſquam euangelium prædicetur,dum canones præcipiant,poſt Apoſtolum non laudes,ſed Euangelium

Conc.Tole. 4.cap.11. enunciare. Præſumptio enim eſt ut anteponant ea quæ ſequi debent. Nam laudes ideò Euangelium ſequuntur, propter gloriam Chriſti,quæ per idem Euangelium prædicatur. Verumtamen ex authoritate Romanæ Eccleſię poſtea eſt conſtitutū ut reſponſoria, & Alleluia cantentur ante ſanctum Euangelium.Iidem etiam in Toletano ſtatuerunt Cōcilio,ut hymnus triū puerorum oī dñico die & in Solennitatibus martyrum in pulpito decantetur: quod tamen Romani minime faciunt, niſi quater in anno his Sabbathorum diebus qui prætitulantur,in duodecim lectionibus. Symbolum quoque

Credo. fidei catholicæ poſt euangelium recitatur, ut per ſanctum euangelium corde credatur ad iuſtitiam: per ſymbolum autem ore confeſſio fiat in ſalutem. Quod tamen nòn ſecundum Nicenum Conciliū, ſed ſecundum Conſtantinopolitanum canimus trāſlatum.Concilio quoque Toletano ſtatutum eſt,id omni die Dominico ſecundum morem orientaliū

Cōc.Tolet. 3.ca.2. Eccleſiarum decantari,

Agnus Dei Agnus Dei in confractione corporis Domini a Clero,& à populo Sergius Papa dici conſtituit.

Offertoriū. Offertorium,quod inter offerēdum cantatur, quāuis a prioris populi conſuetudine in uſum chriſtianorum uenifſe dicatur, tamen quis ſpecialiter addiderit, non legimus,quemadmodum de illo Angelico hymno ſanctus,ſanctus, ſanctus, uel de illa Antiphona,quæ poſt communionem dicitur,fateri poſſumus,cum ueraciter credi poſſit priores ſanctos ſilētio obtuliſſe,uel communicaſſe, quod etiā

hacte-

hactenus in Sabatho. Sanctæ Paschæ solemus obseruare. Quamquàm non desint qui affirment, Xistum Papam, supra dictum hymnum sanctus, sanctus, sanctus, ad Missam addidisse.

Nota.

DE Gloria in Excelsis Deo nullam in hoc capite facit mentionem, tamen in 2. capite eiusdē libri ostendit quòd Thelesphorus qui fuit 8. à Beato Petro, constituit ut in Missa diceretur, Cui Symmachus succedens, ordinauit ut omni die Dominica, uel Natalitiis martyrum caneretur, ut etiam patere potest in Decretis Pont. Vnde nemini dubium esse debet, Missam esse diuinam, & Apostolicā traditionem, & omnia quæ in Missa efficiuntur, nō inconsulto fieri, sed magno cum consilio, prout spiritui sancto ita uisum est per sanctos patres nobis ostendere. Siquis uero diceret. Cur non totam hāc celebrādi rationē docuit Christus Apostolos suos, ita ut etiam ab initio nascentis Ecclesiæ hac ratione celebrassent adhibitis iis omnibus quæ nunc à nobis adhibentur? Respondet Tho. Valdensis Carmelita, quòd non ideo hæc Christus prætermisit, quasi nesciret, aut nollet, sed magno cum consilio id operatus est, quoniam auditorum infirmitas statim non suffecit. Vnde etiam ipsemet testatus est. Adhuc multa habeo uobis dicere quæ nō potestis portare modo: cum aūt uenerit ille spiritus paracletus docebit uos omnem ueritatē. Quare post huius diuinissimi paracleti missionem paulatim omnia manifesta fuere. Vide Tho. Vald. To. 3. tit. 12. cap. 28. si quis uero horum omnium alterum testimonium desiderat, uideat Vualafridum cap. 22. qđ quidem capitulum iccirco hic apponendum nō cu

Hymnus Gloria in excelsis Deo. a beato Hilario Pictauiensi episcopo fuit cōpletus (ut ait Alcuinus) qui instituit ut in Missa diceretur.

rauimus, quia ſuo loco facile diligens lector habe re, & uidere poteſt.

Miſſæ ſacrificium rectè, in honorem, & memoriam ſanctorum celebrari, tametſi illud Deo, & non ſanctis offeratur.
Cap. 8.

D. Auguſtinus.

Cõtra Fauſtum Manicheum lib. 20. cap. 21. To. 6.

POpulus Chriſtianus memorias martyrum reli gioſa ſolennitate concelebrat, & ad excitãdam imitationem, & ut meritis eorum conſocietur, atq; orationibus adiuuetur: ita tamen ut nulli martyrũ, ſed ipſi Deo Martyrũ, quàmuis in memorias martyrum conſtituamus altaria. Quis enim antiſtitũ in locis ſanctorum corporum aſſiſtẽs altari, aliquã do dixit: offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cipriane? Sed quod offertur, offertur Deo qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit, ut ex ipſorum locorum admonitione, maior affectus exurgat ad acuendam charitatem, & in illos quos imitari poſſumus, & in illum quo adiuuã te poſſumus. Colimus ergo martyres co cultu dile ctionis, & ſocietatis, quo & in hac uita colũtur ſan cti homines Dei, quorum cor ad talem pro euãgelica ueritate paſſionem, paratum eſſe ſentimus. Sed illos tanto deuotius, quanto ſecurius poſt incerta omnia ſuperata; quanto etiam fidẽtiore laude prædicamus, iam in uita fœliciore uictores, quàm in iſta adhuc uſque pugnantes. At illo cultu, qui græce latria dicitur, latine uno uerbo dici non poteſt, cum ſit quædã propriȩ diuinitati debita ſeruitus, nec colimus nec colendum docemus niſi unum Deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio ſacrificii unde idololatria dicitur, eorum qui

hoc

hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, uel cuiq; martyri, uel cuiquàm sanctæ animæ, uel cuiquàm angelo, & quisquis in hũc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam siue ut corrigatur, siue ut caueatur.

Idem.

NEc tamen nos eisdem Martyribus templa, sacerdotia, sacra, & sacrificia constituimus, quoniam non ipsi, sed Deus eorum uobis est Deus. Honoramus sane memorias eorum, tanquàm sanctorum hominum Dei, qui usque ad mortem corporum suorum pro ueritate certarunt, ut innotesceret uera religio, falsis religionibus, fictisque conuictis: quod etiam si qui antea sentiebant, timendo reprimebát. Quis autem audiuit aliquando fideliũ, stantem sacerdotem ad altare, etiam super sanctum corpus martyris ad Dei honorem, cultumque constructum, dicere in precibus: Offero tibi sacrificiũ, Petre, uel Paule, uel Cipriane, cum apud memorias eorum Deo offeratur, qui eos & homines, & Martyres fecit, & sanctis suis angelis cœlesti honore sociauit, ut ea celebritate, & Deo uero de illorũ uictoriis gratias agamus, & nos ad imitationem talium coronarum, atque palmarum, eodem inuocato in auxilium, ex eorum memoriæ renouatione adhortemur? Quæcunque igitur adhibentur religiosorum obsequia in martyrum locis, ornamenta sunt memoriarum, non sacra, uel sacrificia mortuorum, tamquàm Deorum. Quicunque etiã epulas suas eo deferunt, quod quidem a Christianis melioribus non fit, & in plerisque terrarum nulla talis est consuetudo, tamen quicunque id faciunt, quas cum apposuerint, orant, & auferunt, ut ue-

Lib. 8. de Ciuit. Dei. cap. 27. To. 5.

ſcantur, uel ex eis etiam indigentibus largiantur, ſanctificari ibi eas uolunt, per merita martyrum in nomine Domini martyrum. Non autem iſta eſſe ſacrificia martyrum nouit, qui nouit unum quod Deo illic offertur ſacrificium Chriſtianorum.

Idem.

Ibi. lib. 22. c. 10.

NOs martyribus noſtris nõ templa ſicut Diis, ſed memorias ſicut hominibus mortuis, quorum apud Deum uiuunt ſpiritus, fabricamus, nec ibi erigimus altaria in quibus ſacrificemus Martyribus, ſed uni Deo, & Martyrum, & noſtro, ſacrificium imolamus: ad quod ſacrificium, ſicut homines Dei qui mundum in eius confeſſione uicerũt, ſuo loco, & ordine nominantur, non tamen a ſacerdote, qui ſacrificat, inuocantur. Deo quippe, nõ ipſis, ſacrificat, quamuis in memoriam ſacrificet eorum, quia Dei ſacerdos eſt, non illorum.

Quòd in ſacrificio Miſſæ antiquitus memoria fidelium defunctorum fiebat, & iure etiam nunc fieri debet. Cap. 9.

Tertullianus.

lib. de Monogamia.

IPſam denique interrogo fœminam: Dic mihi ſoror, in pace præmiſiſti uirum tuum? Quid reſpondebit? an in diſcordia? Ergo hoc magis ei iuncta eſt, cum quo habet apud Deum cauſſam. Non diſceſſit, quæ tenetur, ſed in pace. Ergo perſeueret in ea cum illo neceſſe eſt, quem iam repudiare non poterit, ne ſic quidem receptura, ſi repudiare potuiſſet, & pro anima eius oret, & refrigerium interim adpoſtulet ei, & in prima reſurrectione conſortium, & offerat annuis diebus dormitionis. Nam

hæc

hæc nisi fecerit, uerè repudiauit, quantum in ipsa est.

Cyprianus.

GRauiter commoti sumus, ego, & collegæ mei, qui præsentes aderant & compresbyteri nostri, qui nobis assistebant, fratres charissimi, cum cognouissemus quòd Geminius Victor frater noster, de sæculo excedens Geminium Faustinum presbyterum tutorem testamento suo nominauerit, cum iam pridem, in cōcilio Episcoporum statutum sit: ne quis de Clericis, & Dei ministris, tutorem, uel curatorem testamento suo constituat: cum singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti in clericali ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificiis deseruire, & precibus atq; orationibus uacare debeant. scriptum est. n. Nemo militans Deo implicat se molestiis sæcularibus, ut possit placere cui se probauit. Quod Episcopi antecessores nostri religiosè considerantes, & salubriter prouidentes censuerunt nè quis frater excedens, ad tutelam, uel curam, clericū nominaret: at siquis hoc fecisset, nō offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Neque enim ad altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece, qui ab altare sacerdotes, & ministros suos leuitas auocare uoluit. Et ideò Victor cum contra formam nuper in Concilio à sacerdotibus datam Geminium Faustinum presbyterum ausus sit actorem constituere, non est quòd pro dormitione eius, apud uos fiat oblatio, aut deprecatio aliqua, nomine eius in ecclesia frequenter, ut sacerdotum decretum, religiosè & necessariè factum seruetur a nobis. *Epist. 9. libro 1.*

S. Athanasius Episcopus.

lib. de uariis quæst., quæst. 34.

QVid ergo? Num sentiunt aliqua beneficia, etiam peccatorum animæ, cum super illis fiunt conuentus, & per actiones bonorum operum, & oblationum? *Respon.* Si non aliquo beneficio participarent ex illo, non utique in cura & exequiis fieret commemoratio. At sicut uitis florescit extra in agro, & odorem eius sentit in uase uinum reclusum, sicque conflorescit etiã ipsum: ita intelligimus peccatorum animas participare aliqua beneficia ab exangui imolatione, & gratificatione pro ipsis facta, sicut solus ordinat, & præcipit, qui uiuorum, & mortuorum potestatẽ gerit Deus noster. &c.

Ioan. chrisost.

Ho. 69. ad popul. Ant.

NOn temere ab Apostolis hæc sancita fuerũt, ut in tremendis mysteriis, defunctorum agatur commemoratio. Sciunt enim illis inde multum contingere lucrum, utilitatem multam. Cum enim totus constiterit populus, sacerdotalis plenitudo, & tremendum proponatur sacrificium, quomodo Deum non exorabimus pro ijs deprecantes? Sed hoc quidem de his qui cum fide migrarunt. Nam quare pro pace, mundique tranquillitate uos iussit orare? quare pro omnibus hominibus? cum sic ubique sint latrones, & fures, ac sacrilegi, & infinitis pleni facinoribus, & tamen pro omnibus precamur, forsitan aliqua eorum fiet mutatio. Sicut itaque pro uiuentibus precamur, qui nihil a mortuis differũt, ita & pro illis quoque licet orare.

S. Augustinus.

Ser. 32. de uerb. Apost.

ORationibus S. Ecclesiæ, & sacrificio salutari, & eleemosinis, quæ pro illorum spiritibus erogantur,

rogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur, quàm eorum peccata meruerunt. Hoc enim a patribus traditum, uniuersa obseruat Ecclesia, ut pro eis, qui in corporis, & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo commemorentur oretur, ac pro illis quoque id offerri commemoretur.

Idem.

NEque piorum animæ mortuorum separãtur ab Ecclesia, quæ etiam nunc est regnũ Dei. Alioquin nec ad altare Dei fieret eorum memoria in communicatione corporis Christi. Cur enim fiunt ista, nisi quia fideles etiam defuncti membra eius sunt? *lib. 20. de ciui. Dei c. 9. To. 5.*

S. Ioannes Damascenus.

DIui Apostoli, discipuli saluatoris, qui totum mundi circulum cœpere, in tremendis, & im pollutis, uitalibusque sacramentis, memoriam eorum, qui fideliter obdormierunt, habendam edixerunt. Quod adhuc firmiter, atque adeo sine contra dictione obseruat apostolica, & catholica ecclesia Christi, & Dei a finibus usque ad fines terræ, ab eo tempore usque in præsens, & in finem mundi usque. Hoc est quod uult, ac consulit misericors deus ut uicissim nos tam in uita quàm post mortem beneficijs prosequamur. Nisi enim hoc in oculis suis rectum foret, nunquàm occasionem dedisset haben dæ memoriæ defunctorum in sacrificio illo in cruento. *Concione. quòd mortui sacris operationibus adiuuẽtur.*

Concilium Carthaginense.3.

cap. 29. VT sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniuersario, quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siuè cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illi qui faciunt iam pransi inueniantur.

Concilium Cabilonense.

cap. 32. VIsum præterea nobis est, ut in omnibus Missarum solemnitatibus, pro defunctorum spiritibus loco competenti Dominus deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur, qua non pro uiuentibus, & pro quibuslibet necessitatibus Dominus deprecetur, ita nimirum nulla dies excipi debet, quin pro animabus fidelium, preces Domino in Missarum solemnitatibus fundantur. Antiquitus hunc morem igitur sancta ecclesia tenet, ut in Missarum solemnitatibus, & in aliis precibus Domino Spiritus quiescentium commendet, dicente beato Augustino. Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate defunctis etiam tacitis nominibus eorum quos sub generali commemoratione suscepit ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes, aut filii, aut quicunque cognati, uel amici, ab una eis exhibeatur matre cõi.

Concilium Carthaginense.4.

cap.95. QVi oblationes defunctorum aut negant ecclesiis, aut cum difficultate reddunt, tanquam egentium necatores excommunicentur.

Con-

Concilium Vasense:

QVi oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur, ut infideles ab ecclesia sunt abiiciendi, quia usque ad exinanitionem fidei peruenire, certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationem quia & fideles de corpore recedentes uotorum plenitudine, & pauperum consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione fraudantur. Hi ergo tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Can. 2.

Quòd uirtute sacrificij Missæ, tempore Augustini Demones fugati sunt. Cap. 9.

Augustinus.

VIr tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum Cubedi appellatum. Vbi cum afflictione animaliũ, & seruorum suorum, domum suam spirituum malignorum uim noxiam perpeti comperisset, rogauit nostros (me absente) presbyteros, ut aliquis eorum illo pergeret, cuius orationibus cederent. Perrexit unus, obtulit ibi sacrificium corporis Christi, orans quantum potuit ut cessaret illa uexatio, Deoque protinus miserante, cessauit. *lib. 22. de ciuit. d. cap. 8. To. 5.*

De quibusdam ceremoniis, aliisq; ad missam spectantibus, & quod non recenter adinuentæ, nec absque ratione. Cap. X.

PRimò, *Aquam uino esse admiscendam.*

S. *Alexander Martyr.*

Epist. 1 NOn debet (ut a patribus accepimus) in calice aut uinum ſolum, aut aqua ſola offerri, ſed utrūque permixtum, quia utrunque ex latere eius in paſſione ſua perfluxiſſe legitur.

S. *Iuſtinus Martyr.*

Apolo. 2. ad Antoniū Pium. VBi deſitum eſt a precibus, affertur antiſtiti fratrum, panis, & calix aquæ & uini diluti, atque ita is capiēs, laudem, & gloriam patri omniū rerum per nomen filii & ſpiritus S. enunciat, offert, pariterque benedictionem in longum facit, ut digni ab eo iſtis rebus habeamur.

S. *Ireneus Martyr.*

lib. 5. aduerſus hære. QVando ergo & mixtus calix, & fractus panis percipit uerbum Dei, fit Euchariſtia ſanguinis, & corporis Chriſti.

S. *Cyprianus Martyr.*

li. 2. ep. ep. 3 QVando autem in calice uino aqua admiſcetur, Chriſto populus adunatur, & credētiū plebs ei in quem credidit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ, & uini ſic miſcetur in calice Domini, ut commixtio illa non poſſit ab inuicem ſeparari. Vnde Eccleſiam ideſt plebem in Eccleſia conſtitutam fideliter, & firmiter in eo quòd credidit perſeuerantem, nulla res ſeparare poterit à Chriſto, quo minus hæreat ſemper & maneat in diuina dilectione. Sic autem in ſanctificando calice Domini, offerri aqua ſola non poteſt, quomodo nec uinum ſolum poteſt. Nam ſi uinum tantum quis

offerat

offerat, sanguis Christi incipit esse sine uobis. Si uero aqua sit sola, plebs incipit esse sine Christo. Qñ autem utrunque miscetur, & adunatione confusa sibi inuicem copulantur, sacramentum uitale, & cęleste perficitur.

D. Augustinus.

IN Eucharistia non debet pura aqua offerri, ut quidam sobrietatis fallũtur imagine, sed uinum cum aqua mixtum. Quia & uinum fuit in redẽptionis nostræ mysterio cum dixit: Non bibam amodo de hoc genimine uitis: & aqua mixtum, non quòd post cœnam dabatur, sed quòd de latere eius lãcea professo, aqua cum sanguine egressa, uinum de uera eius carnis uite expressum ostenditur. *li. de Eccle. Dogmat. c. 75. To. 111.*

Idem.

BEatus Cyprianus submisso dicendi genere utitur in eo libro ubi de sacramento calicis disputat. soluitur quippe ibi quæstio in qua quæritur, Vtrum calix Dominicus aquam solam, an eam uino mixtam debeat habere. Sed exempli gratia, aliquid inde ponendum est. Post principium ergo Epistolæ iam soluere incipiens propositam quæstionem: Admonitos autem uos sciatis (inquit) ut in calice offerendo dominica traditio seruetur. Neque aliud fiat a nobis quàm pro nobis Dñs prior fecit, ut calix, qui in commemorationem eius offertur, uino mixtus offeratur. *lib. 4. de doct. christiana cap. 21. To. 3.*

Concilium Carthaginense. 3. Vbi interfuit August.

IN Sacramentis corporis, & sanguinis Domini nihil amplius offeratur, quàm ipse Dominus *Cano. 24.*

minus tradidit, hoc est panis, & uinum aqua mixtum.

Concilium Constantinopol.3.

cap.32. QVoniam nouimus in Armeniorum regione uinum tantum in sacra mensa offerri, aquam illi non miscentes, qui incruentum sacrificium non peragunt, prætexentes Ecclesiæ Doctorem Ioannem Chrisosto. in interpretatione Matthæi hoc asserentem. Vt iam nunc ab ignorantia liberentur, illius patris mentem, orthodoxè aperimus. Cum enim antiquam Hydroparastarum hæresim, qui pro uino sola aqua in sacrificio usi sunt, subuerteret, illam orationem composuit, in qua, aquæ in sacrificio missæ adiunctionem; amouere illi existimant, cum tamen non doceat; sanctus per solum uinum oblationem fieri, quandoquidem & suæ Ecclesiæ, ubi est illi pastoralis administratio tradita, aquam uino miscendam tradidit, quando incruentum peragi sacrificium oporteret, ex precioso & honorando nostri redemptoris sanguine, & aquæ contemperationem attendens, quæ in totius mundi uiuificationem effusa est, & peccatorum redemptionem. Et in omni etiam Ecclesia ubi spiritalia lumina refulserunt, hic ordo diuinitus traditus seruatur. Nam & Iacobus, Domini nostri Iesu Christi secundum carnem frater, & Basilius Cæsariensis Archiepiscopus, cuius gloria omnem terrarum orbem peruasit, mystico nobis in scripto tradito sacrificio, ita peragendum in sacro mysterio ex aqua, & uino sacrum poculum ediderunt. Et qui Carthagine conuenerunt. S. Patres, ita apertè tradiderunt. Siquis ergo Eps, uel presbyter non s͠m traditũ ab Apostolis ordinem facit, deponatur ut impfectè, ac simpliciter mysterium enuncians & quæ tradita sũt innouans.

Secun-

SEcundò. Diuinißimum hoc sacrificium nullo modo peragendum nisi uestibus, ac uasis sacris.

S. Stephanus Martyr.

VEstimenta Ecclesiæ quibus Domino ministrantur, & sacrata debent esse, & honesta, quibus aliis usibus non debent frui, quam ecclesiasticis, & Deo dignis officiis: quæ nec ab aliis debent contingi, aut offerri, nisi à sacratis hominibus, ne ultio quæ Balthasar regem percussit, super hoc transgredientes ueniat, & corruere eos faciat ad ima. *Epist. ad Hilariũ Epis. hab. de Consec. d. 1. c. Vestimenta.*

S. Hieronymus.

IN opere tuo utilitatem spectauimus ecclesiarum, ut discant, qui ignorant, eruditi testimonijs scripturarum, qua debeant ueneratione sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deseruire, sacrosque calices, & sancta uelamina, & cætera, quæ ad cultum Dominicæ pertinent passionis, non quasi inania, sensuque carentia, sanctimoniam non habere, sed ex consortio corporis, & sanguinis Domini, eadem qua corpus eius & sanguis maiestate ueneranda. *Epistola ad Theophilum Epis. Alexand.*

D. *Augustinus.*

SEd & nos pleraque instrumenta, & uasa ex huiuscemodi materia, uel metallo habemus in usũ celebrandorum sacramentorum, quæ ipso ministerio consecrata, sancta dicuntur in eius honore, cui pro salute nostra inde seruitur. *Super Ps. 113. con. 2. To. 8.*

Cum

Theodoretus Cyri Episcopus.

cap. 2. sue hist.

CVm autem (Maris uidelicet heremita) longo tempore desideras. Et uidere offerri spiritale, & mysticum sacrificium, rogauit ut diuini doni il lic fieret oblatio. Ego uero lubenter parui, & iussi sacra uasa afferri, pagus enim haud longe aberat, & pro altari usus Diaconorum manibus, mysticũ, Diuinum, & salutare obtuli sacrificium. Ille autem omni spiritali replebatur uoluptate & ęstimabat se ipsum cœlum uidere, dicebatque se nunquàm tan tam cœpisse uoluptatem.

TErtio, Quòd non liceat ligneis, uel uitreis ua sculis uti, & qualia esse debeant.

Concilium Tiburiense. Et habetur de Consecrat. d. 1. cap. Vasa.

VAsa in quibus sacrosancta conficiuntur myste ria, càlices, & patenæ de quibus Bonifacius Martyr & Episcopus, interrogatus si liceret in uasculis ligneis sacramenta conficere, Respondit. Quondam sacerdotes non aureis, sed ligneis calici bus utebantur. Zepherinus Romanus Episcopus patenis uitreis missas celebrare constituit. Deinde Vrbanus Papa, omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim sicut & ĩ reliquis cultibus, magis, & magis per incrementa temporum, decus succre uit ecclesiarum. nostris enim diebus qui serui patrisfamilias sumus, ne decus matris ecclesiæ minua tur, sed magis cumuletur, & amplificetur, statuimus, ut deinceps nullus sacerdos sacrum mysteriũ corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi in ligneis uasculis ullo modo conficere præsumat,

ne

ne unde placari debeat: inde nascatur Deus.

Concilium Remense. Et habetur d. 1. de Consecrat.

VT calix domini cum patena, si non ex auro est, tamen ex argento fiat, siquis autem tã pauper est, saltem uel stanneum calicem habeat. De ere, aut ex aurichalco non fiat calix quia, ob uini uirtutem eruginem facit, pariterque uomitum prouocat. Nullus autem in ligneo aut uitreo calice, præsumat Missam cantare. *Cap. Vt calix.*

QVartò, Quòd non nisi à Ieiunis sacrificandum.

D. Augustinus.

ILlud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die illa uel offerrent, uel sumerent Eucharistiam, quòd in euangelio dicitur. Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem, & benedixit: cum etiam superius dixisset, Cum sero factum esset, recumbebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit. Quoniam unus ex uobis me tradet. Post enim tradidit sacramentum. Et liquidò apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini non esse ieiunos. Numquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ Ecclesiæ, quòd à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto, ut in honorem tanti sacramenti, in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm cæteri cibi. Nã ideo per uniuersum orbem mos iste seruatur. Neque enim quia post cibos dedit Dominus, propterea pransi, aut cœnati *Epist. 118. ad Ianuarium. To. 2 Matth. 26*

fratres

fratres ad illud sacramentum conuenire debent. Aut sicut faciebant Corinthii, quos Apostolus ar-
1.cor.2. guit, & emendat mensis suis ista miscere. Namque saluator quo uehementius commendaret mysterii illius altitudinem, ultimum hoc uoluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum.

Concilium Carthaginense. 3.

cap.29. habetur. d. 1. de const. cap. sacramenta. Sacramenta altaris nō nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniuersario quo cœna Domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum, siue Episcoporum, siue cœterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si illa qui faciunt, iam pransi inueniātur.

QVinto, Non esse in hoc sacrificio preces aliquas, uel orationes recitandas, nisi probatæ fuerint.

Concilium Mileuitanum.

cap.12. PLacuit etiam & illud, ut preces uel orationes, seu Missæ, quæ probatæ fuerint in Concilio, siue Præfationes, siue Commendationes, seu manuū impositiones ab omnibus celebrentur. Nec aliæ omnino dicantur in Ecclesia nisi quæ a prudentioribus tractatæ, uel comprobatæ in synodo fuerint: ne forte aliquid contra fidem, uel per ignorantiam, uel per minus studium sit compositum.

SExtò, Ostensio Eucharistiæ, quòd antiqua consuetudo sit.

S.Dio-

S.Dionysius.

AT uero Pontifex cũ diuina munera laude prosequutus fuerit, sacrosancta & augustissima mysteria conficit, ea quæ ante laudauerat, uenerandis operata signis; atque abdita, in conspectu agit, diuinaque munera reuerenter ostendens, ad sacram illam communionem, & ipse conuertitur, & reliquos ut communicent, hortatur. *Lib.Eccles. hierar.cap. 3.*

S. Basilius Episcopus.

SI aggrederemur non scripto proditas consuetudines, uelut non magnam uim habentes, reiicere imprudentes, etiam ipsis principalibus Euangelii partibus damnũ inferremus, imò potius ipsam Euangelii prędicationem ad nudum nomen contraheremus: uelut uerbi gratia ut eius quod primum, & communissimum est, primam mentionem faciam. Figura crucis signare eos, qui in nomẽ Domini nostri Iesu Christi spem habent, quis scripto docuit? Inuocationis uerba dum ostenditur panis Eucharistiæ, & poculum benedictionis, quis sanctorum scripto uobis reliquit? Non enim his contenti sumus quorum Apostolus, aut Euangeliũ mẽtionem facit, sed & antea, & postea, alia quædã dicimus uelut magnum robur ad mysteria habentia ex doctrina scripto non prodita, assumpta. &c. *Lib.de spũ. s. cap. 27.*

SEptimò, Lotio manuum quòd antiqua sit.

S.Dionysius Martir.

VBi uero manus tum Antistes, tum sacerdotes aqua lauerunt, Pontifex ad medium diuini assi *Homelia de Encenijs.*

ſtit altaris : circumſtant autem ſoli cum ſacerdotibus electi quique ex miniſtrorum numero.

OCtauo, Surſum corda, & Gratias agamus Domino Deo noſtro ab antiquis Patribus in Miſſa recitata fuiſſe.

S. Cyprianus.

Concio. de orat. Dominica.

SAcerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrum mentes, dicendo : ſurſum corda: ut dum reſpondet plebs Habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud ſe quàm Dominum cogitare debere.

S. Ioannes Chryſoſtomus.

Eccleſiaſt. hierar. cap. 3.

QVid facis o homo? Non promiſiſti ſacerdoti qui dixit, & ſurſum mentem, & corda, & dixiſti Habemus ad Dominum. Nō uereris & erubeſcis? Et illa ipſa hora mendax inueniris.

S. Auguſtinus.

Lib. de Viduitate. ca. 16. To. 4.

NEmo eſt donis Dei Beatus, qui donanti exiſtit ingratus. Quia & illud quod inter ſacra myſteria cor habere ſurſum iubemur, ipſo adiuuāte id ualemus, quo iubente admonemur. Et ideo ſequitur, ut de hoc tanto bono ſurſum leuati cordis non nobis gloriam (quaſi noſtrarum uiriū) tribuamus, ſed Domino Deo gratias agamus: Hoc enim conti nuo monemur, quia hoc dignum & iuſtum eſt.

Idem.

Idem.

IN sacramentis fidelium dicitur, ut sursum habeamus corda, quod munus est Domini: de quo munere ipsi domino Deo nostro gratias agere a sacerdote, post hanc uocem quibus hoc dicitur, admonemur, & dignum, & iustum est respondent. *Lib. de bono perseuerantia. cap. 13. To. 7.*

Idem.

PEr caput nostrum reconciliamur Deo, quia in illo est diuinitas unigeniti facta particeps humanitatis nostræ, ut & nos participes eius immortalitatis essemus. Hoc sacramentum longe est a cordibus sapientium superborum, & ideo non Christianorum, ac per hoc nec uere sapientium. Illorum etiam dico sapientium, qui cognouerunt Deum, quia cognoscentes Deum, (Sicut dicit Apostolus,) non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt. Nosti autem in quo sacrificio dicatur, Gratias agamus Domino Deo nostro. *Epi. 57. ad Dardanum To. 2.* *Ro. 1.*

NOno, *Signare Eucharistiã signo crucis quòd antiquißimum sit.*

Ioannes Chrisosto.

NEminem pudeat horum salutis nostræ symbolorum atque signorum. Sed ueluti coronam, sic læto animo crucem Christi circum feramus. Omnia enim quæ ad salutem nostram conducunt, per ipsam consummantur. Nam cum regeneramur, crux Domini adest, cum sacratissimo alimur cibo, quum in ordine sta- *Homel. 55. super Matth.*

tuimur, ubique ac semper id uictoriæ insigne uobis adsistit.

S. Augustinus.

Tract. 118 super Ioan. POstremo, quid est quòd omnes nouerunt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signum nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquæ qua regenerantur, siue oleo quo chrismate unguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum ritè perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quando per crucem Christi quam fecerunt mali in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur?

Idem.

Ser. 181. de tempo. HOc signo crucis consacratur corpus Domini, sanctificatur fons baptismatis, imitantur etiã presbiteri, & cæteri gradus ecclesiastici, & omnia quæcunque sanctificantur hoc signo dominicæ crucis, cum inuocatione Christi nominis consacrantur.

Idem.

Ser. 19. de sanctis. SIgnum crucis præsidium est amicis, obstaculum inimicis. Huius crucis mysterio rudes cathechizantur, eodem mysterio fons regenerationis consecratur: Eiusdem crucis signo per manus impositionem baptizati dona gratiarum accipiunt. Cum eiusdem crucis caractere Basilicæ dedicantur, altaria consecrantur, altaris sacramenta cum interpositione dominicorum uerborum conficiuntur, sacerdotes, & leuitæ per hoc idem

idem ad sacros ordines promouentur. Et in uniuersum, omnia ecclesiastica sacramēta in huius uirtute perficiuntur.

Decimo, Missas celebrari absque lumine, non licet.

Micrologus.

Iuxta Romanum ordinem, nunquàm Missam absque lumine celebramus: non utique ad depellendas tenebras, cum sit clara dies, sed potius in typum illius luminis cuius sacramenta ibi conficimus, sine quo & in meridie palpabimus, ut in nocte. Cap. 11.

Missa, ubi, & quando celebrari possit.

Cap. 11.

Clemens Papa,

Hic ergo, hoc est in præsenti uita positos, oportet nos cognoscere uoluntatem Dei, ubi & agendi, & sacrificandi est locus, quoniam in aliis locis sacrificare, & Missas celebrare non licet, nisi in his in quibus Episcopus proprius iusserit. Hæc Apostoli à Domino acceperunt, & nobis tradiderunt. Episto. 3. Habet. de Conse. d. 1. c. Hic ergo

Felix Papa.

Non in aliis locis quàm in Domino sacratis ab Episcopis missas celebrare, nec sacrificia offerre domino debemus. Et hoc nō in Domibus, quia in sacris Canonibus sacrificia in Domibus offerri Epist. 1. c. 2

prohibita sunt: sed in tabernaculis diuinis precibus à Pontificibus dicatis, & in mensis domino sacratis, & sacra unctione a pontificibus delibutis. *Et sicut non alij quàm sacrati Domino sacerdotes debent missas cantare, & sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis quàm in præfatis llocis missas cantare, aut sacrificia offerre licebit, nisi summa cogerit*necessitas. Satius est enim missam non cantare, aut non audire, quàm in his locis ubi fieri non oportet, nisi pro summa necessitate contingat, quoniam necessitas legem non habet. Vnde scriptum est. Vide nè offeras holocausta tua in omni loco quem uideris, sed in omni loco quem elegerit Dominus Deus tuus. In Domibus tamen ab Episcopis, siue presbyteris oblationes celebrari nullatenus*licet.

*Habetur de consf.d.1. ca. sicut.

*Habita tamen episcopi licentia. & cum altari uiatico ut d.Glossa.

*nisi urgente necessitate.

Siluester Papa.

NVllus presbyter Missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab Episcopo locis, qui sui particeps de cętero uoluerit esse sacerdotij.

Habetur de consf. d.1.c. Nullus.

Concilium Laodicense.

NOn oportet in domibus oblationes ab Episcopis, siue presbyteris fieri.

Cano.58.

Concilium Moguntiacum. 2.

MIssarum solennia non ubique, sed in locis ab episcopo consecratis uel ubi ipse permiserit celebranda esse censemus.

cap.9. Habet. de consf. d.1.c. Missarum.

Concilium Aurelianense.

VNicuique fidelium in Domo sua oratorium licet habere, & ibi orare, Missas autem ibi celebrare non licet. *Habet. de conſ. d. 1. c. unicuique.*

Concilium Tiburicense.

COncedimus etiam ut sicubi (quod peccatis nostris exigentibus per plurimum factum est) à Normannis, & Seleucis, ab Vngaris, & malis Christianis, seu aliquo quocunque modo ecclesiæ fuerint incensæ, & combustæ, in capellis cum tabula consecrata Missas iterum celebrari permittimus, donec ecclesiæ ipsæ restaurari queant. In itinere uerò positis si Ecclesia defuerit, sub Diuo, seu in tentoriis, si tabula altaris consecrata cæteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint Missarum solennia ibi celebrari concedimus. *Habe. de cõſe. d. 1. cap. cõcedimus.*

An in Mari, uel in fluuio liceat Sacrificare?

SI Ionæ Abbati creditur (ut citat Io. Garetius lib. de Eucharistia) Episcopus quidam, cuius uitam ipse descripsit, obtulit in mari, iactis tamen prius ancoris, & ut creditur septem, ne nauis fluctuaret, immo ea immobili persistente. Tamen secundum Theologos, & iuristas, præsertim Archiepiscopum Florentinum quem sequitur Gabriel Biel Auctor summæ Armillæ, & Guillelmus quidam, non licet, nam periculum est nè sanguis effundatur.

Quando?

Thelesphorus Papa Martyr.

Epist. I.

NOCTE Sanctæ Trinitatis domini Missas celebrent, reliquis enim temporibus missarum celebrationes ante horam diei, * tertiam minimè sunt celebrandæ.

*nam illa hora Dominus crucifixus est. ut d. Amalarius.

Leo Papa.

Discoro ep. Alexandri no. ut habe. de cons. d. I c. Necesse.

NEcesse est autem ut quædam populi pars sua deuotione priuetur, si unius tantum missæ (more seruato) sacrificium offerre non possunt nisi prima diei parte conuenerit: studiosè ergò fraternitatem tuam familiariter admonemus, ut quod nostræ consuetudini ex forma paternæ traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis fide, & actibus congruamus. Propter quod remeanti filio nostro Possidonio presbytero hanc ad dilectionem tuam epistolam dedimus perferendam: qui in nostris processionibus, atque actionibus frequenter interfuit, & toties ad nos missus quid in omnibus apostolicæ sedis auctoritas teneret agnouit.

Nota.

PVGNARE inter se uidentur hi duo loci, quare cautè legendi sunt & cum animaduersione, quapropter & Glossator, & Sancti Theologi asserunt Duplicem esse Missam, alteram quidem solennem, & publicam, alteram uero priuatam. solennis, propriè celebrari deberet hora tertia, cum ea hora dominus crucifixus sit, & spiritus sanctus super Apostolos descenderit. tamen potest celebrari hora Sexta, & nona, & præsertim in diebus ieiuniorum, & ordinationum.

Pri-

Priuata uerò à prima hora diei, id est ab aurora usque ad nonam, ut dicit Diuus Thomas. par. 3. quæstio. 83. quod quidem iccirco fit, quoniam non omnes eadem hora ad Ecclesiam conuenire possunt.

Quare ut de huiuscemodi re resolutè loquamur, dicimus, quòd hora sacrificii diuersa est, tùm secundum diuersitatem solennitatum, (nam ut dicebat VValafridus, interdum ante meridiem, interdum circa nonam, aliquando ad uesperam, interdum noctu) tùm etiam secundum diuersitatem ipsiusmet sacrificii, nam alia assignatur hora missæ publicæ uel solenni, alia uero Missæ priuatæ. Vnde & ratio Missæ obseruanda est, & consuetudo Ecclesiæ uel loci: consuetudo enim non modicæ est auctoritatis. Quæ consuetudo aliquando ortum habuit ex loci ratione, aliquando uerò ex singulari concessione summi Pontificis. Nam tametsi communiter ubique id seruetur, ut tantum usque ad horam diei nonam celebretur, Senis tamen speciali gratia sacrosanctæ sedis, singulis annis hora qua uespere celebrari solent, Missa in Ecclesia Fratrum ordinis seruorum Sabbato sancto celebratur, ubi Senatus adesse consueuerat. Similiter & Venetiis hora prima noctis celebratur Missa prima Natalis Domini in Ecclesia Sancti Marci, licet aliis in locis media nocte celebretur. At non nisi speciali gratia summi Pontificis.

Missam dicturus qua ratione se præparare debeat, & quid cogitare. Cap. 12.

Dionysius Ricelius. — *In dialogo. art. 11. Vt citat gaetius.*

IN omni oblatione considerãda sunt quatuor: quis, quid, cui, quàre. Tu ergo antequàm cele-

celebres, in primis attende teipsum, quis, & qualis sis. Secundo propende, quid offeras, hoc est ueritatem & dignitatem sacrificii huius, Eucharistiæ sanctitatem, & qui ipsummet Christum Deum, & hominem tractes, imoles, sumes. Tertiò pensa cui offeras, ut pote Deo patri, omnipotenti, ęterno. In hoc sacramento Christus totus uerus Deus & homo perfectus certissimè continetur, infallibiliter inuenitur, & incomprehensibilia plurima operatur. Fides in hoc sacramento tanto plus extat necessaria, quantò ea quæ de hoc sacramento traduntur, omnem sensum, rationem, & intellectum magis transcendunt. Nec expedit in hac re curiosè scrutari, aut rimari, qualiter Christus in hoc sacramento sic possit contineri ut tradit ecclesia, sed mēte in fide sanctæ Ecclesiæ firmiter stabilita ex rationibus credendorum, & illuminatione diuina, quòd omnia quæ de hoc sacramento docet ecclesia uera sint, debes uehementer admirari, totisque uiribus cum omni gratiarum actione uenerari, tàm incomprehensibilem bonitatem, charitatem munificentiam.

Micrologus.

lib. de obserua. Ecclesiasti. c. 1.

Ps. 83. 84. 85. 115

PRæsbiter cum se parat ad missam, iuxta Romanam consuetudinem decantat hos psalmos: Quàm dilecta tabernacula tua &c. Benedixisti, Inclina Domine, Credidi, &c. deinde Kyrieeleyson, Pater noster, cum precibus, & oratione pro peccatis: uidelicet, ut intus, & extra summo sacerdoti placere ualeat, quem cum sacratissima oblatione, sibi omnibusque christianis placare desiderat.

Ioan. Chrisost.

Ne-

NEcesse est sacerdotem sic esse purum, ut si in ipsis cœlis collocatus inter cœlestes illas uirtutes medius staret. Terribilia nanque fuerunt atque horrifica quæ gratiæ tempus præcesserunt, ut tintinnabula, mala punica, lapides pectori sacerdoti impositi, mitra, &c. *lib. 3. de sacerdo.*

Idem.

QVantam integritatem à sacerdote exigemus? quantam religionem? Considera enim quales manus esse oporteat administrantes, qualem linguam, quæ uerba illa effundat: qua denique re non puriorem, ac sanctiorem animam esse conueniat, quæ tantum illum, tamque dignũ spiritum receperit. *lib. 6. de sacerdo.*

Idem.

OPortet sacerdotem qui est diuinum mysterium, peracturus, primo, & ante omnia esse confessum, & omnibus reconciliatum, & cor à malis cogitationibus pro uiribus custodisse, & a uespere se continuisse, & usque ad sacrificii tempus uigilâsse.

Clemens Alexandrinus.

NOx præcessit, dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum & induamur arma lucis, inquit Paulus. Diem allegoricè dicit filium, & lucem: & rursus præcepta arma lucis metaphorice. Hac ratione dicunt oportere nos ablutos, ad sacrificia & preces, ne mundos & splendidos: & hoc quidem fieri simboli, signivè gratia, esse scilicet extrinsecus ornatum, & emundatum. *li. 4 stromatum.*

tum. Emundatio autem eſt,ea quæ ſunt ſancta animo agitare, & ſentire. Benè ergo illud quoque dictum eſt. Non lauacro mundus eſt,ſed animo. Eſt enim perfecta(ut ſentio) mundities, quæ eſt mentis, & operum, & cogitationum. & præterea ſermonis quoque ſinceritas, & ultima peccati in ſomniis uacuitas. Eſt autem ſufficiens, ut ego opinor, homini purgatio, perfecta, firmaque ac ſtabilis pœnitentia, ſi cum de præcedentibus nos damnauerimus actionibus, anteriùs procedamus. Poſtea intelligentes, & mentem immenſam ſuſtollentes, tàm ab iis quę per ſenſum delectant, quàm prioribus delictis,



PRO-

Prosper Aquitanicus.

Quid uoueat Domino, quisquis bene corde uolutat, Epigramma. 15.
Ipsum se totum præparet, & uoueat.
Maior enim offerri nequit hostia mentis in ara,
Nec Christi ex templo, suauior exit odor.
Quàm cùm homo castorum profert libamina morum
Et de uirtutum munere, sacra litat.
Sic tamen ut nouit qui reddit sacra tonanti,
Vnum diuinis cultibus esse locum.
In toto mundo quem uera Ecclesia præbet;
Et sine quo nullum iustitiæ est meritum.

Hic addi possunt quã plurima ex Antonio Monchiaceno.

Quòd liceat quotidie sacrificare, & cur
Caput 13.

D. Augustinus.

li.10. de Ciuit. Dei.c.6.To.5. VErus ille mediator inquantum formam serui accipiens, mediator effectus est Dei, & hominum homo Christus Iesus, cum in forma Dei sacrificium cum patre sumat, cum quo, & unus est Deus, tamen in forma serui sacrificium maluit esse quàm sumere, ne uel hac occasione quisquàm existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ. Per hoc & sacerdos est ipse offerens, ipse & oblatio, cuius rei sacramentum quotidianum esse uoluit Ecclesiæ sacrificium, cum ipsius corporis ipse sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus tàm ipsa per ipsum, quam ipse per ipsam suetus offerri.

Idem.

Ser.28.de uerbis Ap. ACcipe quotidiè quod quotidiè tibi prosit, sic uiue, ut quotidiè merearis accipere.

Gemma animæ.

TRibus de causis missa quotidiè celebratur. Vna est, ut in uinea laborantes, quotidie ea reficiantur. Alia, ut hi qui numero fidelium quotidie associantur, per illud Christo incorporentur. Tertia, ut memoria passionis Christi quotidiè mētibus fideliū ad incitationem inculcetur.

Ex uetusta quadam Missæ expositione.

In principio CVr quotidiè iteratur ista oratio, uel oblatio cū Christus saluarit mundum per unam passionem

nem suam, & mors illi ultra non dominetur? Responsio. Pro multis caussis. Prima quia peccamus quotidiè. Secunda, eo quod corpus Christi pœnitẽtibus post peccata offerri iubeatur, ut salutem per corpus Christi inueniant, atque exeant post pœnitentiam. Tertia, ut magnum beneficium passionis Domini, obliuioni non tradatur. Quarta, ut repræsentet in Ecclesia diem iudicii in quo iusti ab iniustis separabuntur.

Vualafridus.

QVia uerò de ratione sacramentorum pauca perstrinximus, uidetur subnectendum qualiter ad quotidianã celebrationẽ, eorum ministeriorum usus peruenerit. Et qm̃ multiplex est eius rei apud Doctores relatio, colligimus summatim quæ possumus, ita ut nomina singulorum autorum propter prolixitatem non ponamus. Nihil uero conemur astruere, quod non uel ita legimus, uel ex lectione coniectauimus, uel ueracium uerbis percepimus, uel usu insinuante, cognouimus. Alii, ut ex patrum collatione didiscimus, semel in anno communicandum censebant, ut uidelicet diuturna præparatione corpus, & animam purificantes, tandem ad communionem mensæ cælestis digne pertingerent. Et quidem horum alii ipsam celebrationem annuam in die cœnæ dominicæ faciebant, ut ibi solum sacramentorum gratia iteraretur illorum, ubi primitus est ostensa: Vnde & ipsa die soluebat ieiunium, sicut in festis actitare solemus, & ante meridiem collectas explebat. Quod in canonibus partim ostenditur, & penitus prohibetur. Sed aliis cautionibus uisum est, istos eo indigniores ad annuam suæ obseruationis cælebritatem peruenire, quo

li. de rebus Ecclesiasticis cap. 20.

quo se putabant longa dilatione defecatos, quandoque ad sacrorum perceptionem satis dignas accedere, meliusque credebant, quamuis animis indignis, crebrius iterari quæ sancta sunt. Quia talis est illa spiritalis medicina, ut & sanos adiuuet ad perseuerantiam sanitatis, & uulneratis subueniat ad redintegrationem uirtutis. Et ideo dignius percipitur, quo percipientes per humilitatis custodiam subitrati, nunquàm se ad eius perceptionem satis dignos arbitrantur. Qui autem tardius, secundum iudicium spiritalium medicorum ipsi admittuntur medelæ ideo ad tempus abstinere debent, ne properè, incongrua suis ualetudinibus ingerentes medicamina, grauius ægrotent, & quod aliis est reparatio, illis fiat damnatio. Alii omni dominica, uel omni sabbato, apud orientem, & Hispanias, Missas facientes commemorationem passionis Dominicæ omni septimana si facerent, sufficere credebat. Vnde etiam orationem Dominicam, quæ ab illis (ut credimus) Apostolorum temporibus ante communicationem, & panis fractionem dicebatur: Quidam illo tantum tempore recitandam crediderunt, quo sacrificia celebrabat. Quia panem illum, qui in eadem oratione petitur super substantialem intelligi, non quotidianum uolnerunt. Et sic fiebat, ut qui semel per hebdomadam communicabant, semel etiam orationem dominicam recenserent. Cyprianus autem quotidie dicendam esse ostendit, dicens. Itaque in oratione dominica panem nostrum, idest Christum dari uobis quotidie petimus, ut qui in Christo manemus, & uiuimus, a sanctificatione, & corpore eius non recedamus. Item Hilarius. Et quia quotidiana oratio est, quotidie quoque panis uitæ ut detur, oratur. S. Augustinus. d. De quotidianis, paruisque

peccatis sine quibus uita hæc non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit errori. Superioribus quidem ita ut prædictum est, complacuit. Aliis uero non solum in dominicis, & festis generalibus, ut sunt Natiuitas, Epiphania, Pascha, Ascensio domini, & Pentecostes: uerum etiam in natalitiis sanctorum, diuinorum munerum celebranda esse mysteria. legitur enim Felicem 27. Papam constituisse, ut super memorias Martyrum Missæ celebrarentur. Sed Beatus Gregorius Papa in ordine. 66. præcepit super corpus Beati Petri Apostoli fieri Missas. His ita obseruatis, cæperunt iuniores tempore sequenti ferias ieiuniorum agere, ueraciter intelligentes, panem illum quotidianum & quotidie petendũ, & quotidie ab illis quibus competit, offerendum, & accipiendum. Quia uero Melchiades. 33. ordine Romæ Præsulatum agens statuit ut nulla ratione dominico, aut quinta feria ieiunium quis fidelium ageret, Pagani enim his diebus quasi ieiunia frequentabant, ideo Beatus Gregorius suprà dictus in dispositione officiorum anni infra quadragesimam, quintam feriam uacantem dimisit. ut quia festiua erat ueluti Dominica, etiam officio diei dominicæ celebris haberetur. Quæ quinta feria quoniam postmodum cæpit, ut cæteræ ieiuniis applicari, Gregorius iunior statuit eam missis, & orationibus esse solennem, & undecumque colligens eiusdem diei augumentauit officia. Cum ergo Hebrei carnales suas oblationes quotidie ex iussione Domini celebrasse, legantur, quare non Christiani hostias suas spiritales quotidie offerãt, & in monumentum suæ salutis frequentent? Legimus etenim Beato Gregorio (cuius supra fecimus mentionem) testante, Cassium Narniensem Episcopum, post ordinationem suam

omni die ſacræ oblationis hoſtiam Domino imolaſſe, & diuina dignatione, ut ſolitis inſtaret operibus, commonitum, ac magna promiſſionis gratia, ad perſeuerantiam confortatum. Gennadius autem Marſilienſis Præsbiter in Dogmate Eccleſiaſtico, quaſi inter ueteres, & uiuentes medius exiſtens, id eſt cum adhuc alii Dominicis tantum, iam quoque non nulli, quotidianis communicarent diebus, huiuſmodi libramine ſententiam ſuam temperat, ut quotidianam Euchariſtiæ perceptionem nec laudare, nec uituperare ſe dicat. Omni uero Dominica communicare ſi capitalia peccata non prohibeāt, & mens in delectatione peccandi poſita non ſit, hortatur. Apud Græcos quoq; illi qui duas Dominicas uel tres ſine communione tranſierint, excommunicari dicantur. Quia uero Venerabilis Papa Siluester 34. a Beato Petro ferias Clerum habere docuit, ut ſicut apud

Leu. 23. paganos feriæ tantum dies aliquibus feſtis inſigniti dicebantur, ſicut enim per Moyſen dicitur, Hæ ſunt feriæ Domini, ita Chriſtianis, & maxime Clericis omnes dies in ferias deputentur, uidetur ratione pleniſſimum, ut per ſingulos dies

**quando* ſacris occupemur officiis. Et* quantum mentis uel corporis grauiores maculæ non obſiſtunt, panem, & ſanguinem Dominicum quibus ſine uiuere non poſſumus grauiter ambiamus, & deſiderio illius tuitionis potius quàm præſumptione noſtræ puritatis, ſumamus: imitantes primitiuæ eccleſiæ ſtudium ſalutare. De quo in actis Apoſtolorum ita ſcriptum eſt. Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Et infra. Quotidiè quoque perdurantes unanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant cibum, cum exultatione, & ſimplicita-

te

te cordis laudantes Deum. Et iterum omni autem die in templo & circa domos non cessabant docentes, & Euangelizantes Christum Iesum. Nota quòd dicit, prius eos fregisse panem ac dein de sumpsisse cibum: Idem confirmat. D. Gregor. 4. dialo. cap. 36.

Qui copiosius de hac re uidere cupit, cõsulat Antonium, Monchiacenũ, lib. suo de Missa. p. 4. c. 35.

Vnus & idem sacerdos, an plures Missas eodem die celebrare possit.

Cap. 14.

VValafridus lib. de Rebus Ecclesiast.

cap. 21.

Diuersitas autem quædam inter sacerdotes oboriri solet quæ est talis. Qui semel tantum in die missam celebrare uelit nimirum credens idem mysterium passionis Christi cunctarum necessitatum esse generale subsidium. Quia unus qui dominator & iudex est uiuorum ac mortuorum, semel pro peccatis nostris mortuus est, ad multorum exhaurienda peccata. Alius uerò bis, ter, uel quoties libet, eadem mysteria in die iterare congruum putat, credens tanto amplius Deum ad misericordiam flecti, quanto crebrius passio Christi commemoratur. Et fortasse consuetudinem suam inde sumendam existimat, quia Romanorum usus habet duas uel tres interdum unius solennitatis facere missas: ut in Natiuitate Domini Saluatoris, & aliquorum festis * sanctorum. Siquidem Telesphorus nonus in ordine Romanæ sedis episcopus in Natali Domini noctu tres Missas celebrari constituit. Et reuera non esse absurdum crediderim, si dum plures in una die faciendæ sunt Missæ, id est unus sacerdos duas, uel tres necessitate, uel uoluntate persuadente, celebret potius, quàm quasdam dimit

**Io. Baptistæ.*

fat. Ad hoc accedit, quòd totius usus Ecclesiæ habet sæpius Missas agere pro uiuis, pro defunctis, pro eleemosinis, & aliis diuersis caussis, quod etiam officia his attributa testantur. In diebus itaque publicæ celebritate conspicuis, aut illę diuersarum rerum necessitates sunt intermittendæ, aut concurrentibus sibimet publica obseruatione, & priuata necessitate utriusque expletio suis est discernenda officiis, uel quòd superius commemorauimus, una oblatione diuersæ causæ sunt explendæ. Fidelium relatione uirorum in nostram usque peruenit notitiam, Leonem Papam (sicut ipse fatebatur) septem uel octo Missarum solennia sæpius celebrasse. Bonifacium uerò Archiepiscopum, & Martyrem semel tantum per diem Missas fecisse. Qui & non longè ante nostra fuerunt tempora, & ambo tàm scientia, quàm gradu præcipui. Itaque unusquisque in suo sensu abundet dum fides concordet, ut neq sæpius offerentes æstiment Deum aliter petitiones non posse discernere, nec semel hostias per diem imolantes, putent suæ fidei subtilitatem potius, quàm superiorum deuotionem diuinis acceptam conspectibus.

Alexander Papa. Et habetur de consecra. d. I. Cap. sufficit.

SVfficit Sacerdoti unam Missam in die celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit. Non modica res est unam missam facere, & ualde felix est, qui unã dignè celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, & alteram de die si necesse fuerit. Qui uerò pro pecuniis, aut adulationibus sæcularium una die præsumunt plures facere Missas, non existimo euadere damnationem.

Inno-

Innocent. III. Et habetur de Celebratione Missarum. cap. Consuluisti.

CONsuluisti: & infrà: Respondemus. quòd excepto die Natiuitatis Domini nisi caussa necessitatis suadeat, sufficit sacerdoti semel in die unam Missam solùmmodò celebrare.

Nota.

QVæ sit ista caussa necessitatis, dicit glossa, quòd ea est cum moritur aliquis, & tali existente consuetudine loci illius ut Missa super defunctum celebretur, eo casu potest sacerdos aliam celebrare Missam, dummodò tamen ieiunus sit, & in priori Missa post communionem non sumpserit ut patet in de Celebrat. Missarum. cap. ex parte uestra.

Addunt pręterea Glossa. & summistæ cum cæteris Theologis, quòd multis aliis de causis potest sacerdos plures Missas celebrare, id est duas.

1 *Si superueniat aliqua magna persona, ut Episcopus. Concess &c.*

2 *Propter necessitatem nuptiarum.*

3 *Propter paucitatem siue raritatem Clericorum.*

4 *Propter paupertatem Ecclesiæ, unde duæ Ecclesiæ uni, & eidem commendarentur.*

5 *Propter peregrinos. qui uelint audire Missam.*

De Custodia habenda post missam. Cap. 15.

S. Clemens Papa.

In itinerario Petri siue Recognitio.

QVi residua corporis Domini, quæ in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad communes cibos accipiendos accedant, nec putent sanctæ portioni commiscere cibum, qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, usque ad sextam ieiunent ministri.

Guillelmus Archiepiscopus Lugdunensis.

par. 4. summæ uit.

PRædicatio si rara est non sufficit, si assidua, uilescit. Idem uerum est de celebratione Missarum. Si enim aliquis in die pluries celebrat, uilescit ei opus illud super Angelicum: non enim concessum est Angelo ut ad prolationem talium uerborum sub specie panis gloriosum Christi corpus incipiat esse, nec exhibet reuerentiam præsentiæ creatoris sui, quam deberet. Necessaria est diligens custodia post susceptionem, & præcipuè os custodiendum in quo Dominicum corpus susceptum est. Si quis in pixide ubi Dominicum corpus positum est fœtidum lutum imponeret infidelis iudicaretur, qualis ergo iudicandus est ille qui os suum in quo corpus Domini recepit detractione uel ebrietate uel alia spurcitia polluit, cum spurcitia spiritualis longè maior sit immunditia corporali?

Micro-



Initis omnibus, osculatur presbyter altare dicens. Placeat tibi, &c. Deinde. S. Vestibus se exuens cantat hymnum trium puerorum iuxta quod S. Patres in 4. Tolet. Concil. decreuerunt, ut excommunicationi subiaceret quicunque sacerdos eundem hymnum post Missam dicere negligeret. Psalmum quoque laudate Dominum in sanctis eius in gratiarum actione subiungens. Cum Pater noster, & uersibus ad hoc competentibus concludit eam cum oratione illa Deus qui tribus pueris, &c. *cap. 22.* *cap. 14.*

An sacerdos solus possit missam celebrare.
Cap. 16.

Sother Papa. Habetur de Consecrat. d. 1. cap. Hoc quoque.

HOc quoque statutum est, ut nullus presbyterorum missarum solemnia celebrare præsumat nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus, & ipse tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur Dominus uobiscum, & illud in secretis orate pro me fratres, apertissimè conuenit, ut ipsius respondeatur salutationi.

Vualafridus.

lib. de reb. Ecclesiasticis. cap. 22. in fine

QVamuis autem cum sola sacerdote Missas celebrant intelligi possit illos eiusdem actionis esse cooperatores pro quibus tunc ipsa celebrantur officia, & quorum personam in quibusdam responsionibus sacerdos exequitur. Tamen fatendum est, illam esse legitimam Missam cui intersunt sacerdos, respondens, offerens atque communicans, sicut ipsa compositio precum euidenti ratione demonstrat.

Nota.

EX his auctoritatibus siuè testimoniis, uidetur inferri non esse conueniens solum sacerdotem sacrificare, Tamen Doctores Theologi & præsertim D. Thomas ita huius rei conatur afferre solutionem, quòd. Duplex est missa, solemnis & priuata, in soléni debēt plures adesse, & ad min⁹ duo, in priuata uerò sufficit unus. i. pōt sufficere, q̧ totius populi personā gerit. Vbi ex sētētia D. Tho. uidetur colligi quòd solus sacerdos nō potest Missam celebrare. Alterius tamen sententiæ uidentur esse quidam alii, & præsertim Alexander de Ales. p. 4. q. 36. memb. 5. quòd necessitate urgente etiam solus celebrare potest. Verba eius hæc sunt. Dicendum quòd quædam retroactis temporibus statuta erant ob reuerentiam tanti sacramenti, quæ postea abrogata sunt per usum, & propter necessitatem, & utilitatem. Multiplicato enim numero presbyterorum, necesse fuit, & utile, ne frequenter cessarent a Missarum solenniis, uno assistente celebrare. Sacerdos uero dicendo Dominus uobiscum, & Orate pro me fratres, loquitur ecclesiæ, & ad Ecclesiam debet

p. 3. q. 83. a. 5. ad ult.

conuer-

conuertere intentionem. Et ita quod dicitur quòd nullus præsumat celebrare nisi duobus præsentibus, &c. intelligitur quantum ad intentionem sacerdotis, qui debet conuertere intentionem ad plures, uel assistentes, uel ad Ecclesiam, qui plures uerbis expressis respondeant, uel uoto. Vel potest dici quòd intentio decreti est, quòd nullus ex contemptu celebret uno tantum assistente, bene tamen potest in necessitate; Vnde Innocentius recitato decreto, respondet sic. Aliud est necessitatis articulus, & aliud est religionis contemptus. Piè quoque credendum est, & satis auctoritatibus sacris comprobatur, quòd Angeli Dei comites assistunt orantibus, secundum illud Prophetæ, In conspectu angelorum psallam tibi Domine Deus meus. & illud Thobiæ, Quando orabas cum lachrymis, &c. Ad idem est Beatus Gregorius.4.Dialogorum. Dicit etiam Glossa, in dicto cap. quòd reclusus, missam solus cantare potest, dum clerici copia non suffragatur.

Explicatio mysteriorum, quæ in sacris sacerdotum uestibus continentur.
Ex Hugone, Rabano, Tho. VValdensi Carmelita, Gabriele Biel ac nonnullis alijs.
Cap. 17.

SAcerdos noui testamenti Missam celebraturus, his uestimentis indui debet, uidelicet. Superhumerali siue amictu, alba tunica, cingulo, manipulo, orario, siue stola, & planeta, quæ alio nomine uocari solet Casula.

HIs uestibus iccirco sacrosancta Ecclesia instituit ut sacerdos celebraturus indueretur, ut iisdem duo nobis repræsentarentur: nimirum

mirum ea quæ sunt & fuerunt in Christo, & aliqua quæ in sacrificante esse debent, ut digne quantum humana ferre potest fragilitas, tantum sacrificium offerat.

IN Christo namque duo repræsentant: nempe indumenta illa & aliqua alia quibus in sua passione usus est, & uirtutes quibus est exornatus. Quare dicimus iuxta sanctorum Ecclesię doctorum sententiam, quòd Amictus repræsentat uelamen illud quo iudæi dum Christum illuderent, eius faciem uelabant, dicendo Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit?

Amictus

Matth. 26

ALba, tunicam illam albam qua derisorie ab Herode uestitus est, remittens illum ad Pilatum.

Lu. 23.

CIngulum, siue Zona, flagellum quo Pilati iussu ad columnam cæsus est.

MAnipulus, funem qua toties a iudæis fuit ligatus.

STola, ligamen illud siue funem qua ad columnam ligauerunt eum iudæi, uel crucem ipsam quam propriis humeris portauit.

CAsula uero siue Planeta, uestem purpuream qua induerunt cum ministri Præsidis ut illuderent eum, Vnde patet quòd quibus uestibus iudaicus furor Christum in sua passione uestiuit ad contumeliam, his sacerdos, Christi personam gerens, in officio commemorationis Dominicæ uestitur ad gloriam.

Repræ-

REpræsentant etiam huiusmodi uestiméta, uirtutes illas quibus Christus præ participibus suis exornatus est: Namque amictus, humanam naturam significat qua tecta est Deitas, quæ est caput Christi.

ALba, quæ totum corpus tegit, omnimodam illam innocentiam quam a principio natiuitatis suæ habuit de quo iure optimo illud dici potest, Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Zona qua alba defluens constringitur, charitatis uinculum quo nostram naturam Dei filius sibi copulauit, secundum illud charitate perpetua dilexi te, ideo miserans attraxi, te uel ut alii dicunt, & forsan rectius, iustitiam suam, de qua propheta loquens.d. Et erit iustitia cingulum renum eius. *Esa.16.*

STolam quæ super amictum ponitur, & in modum crucis corpus sacerdotis in anteriori parte ambit, obedientiam Christi significat, qua factus est obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis.

MAnipulus, qui læua gestatur, brauium fœlicitatis æternæ quam christus in hac uita obtinuit, repræsentat, manipulus enim brauium, læua præsentem uitam designat. Christus enim pfectus uiator fuit, mærendo sibi, & nobis, nobis uitã, corpori uerò suo gloriam. Fuit etiam comprehensor ab instanti natiuitatis suæ, & conceptionis, quia beatus secundum humanitatem, eiusque portionem superiorem.

PLaneta, qua totum corpus sacerdotis tegitur, plenitudo gratiæ Christi significatur, qua membra Christi adornantur. Nam de plenitudine eius

MAnipulus, uigilantiam, ac cordis deuotionem importat, quibus sacerdos strenuus esse debet, & uigilanter discernere quæ tractaturus, & sumpturus est.

PLaneta, siue Casula, quæ uestis est superior, cæteras formans super excellens ac tegens charitas est, quæ & uestis nuptialis dicitur, qua si caret sacerdos in hoc regali ac nuptiali conuiuio, ligatis manibus, & pedibus eiicietur in tenebras exteriores.

NOn pigebit etiam addere quod auctor Compendii Theologię asserit, ꝙ huiusmodi uestes uirtutes etiam quæ in laicis communicaturis necessariæ sunt. Namque illi etiam cum sacerdotes spirituales sint (ut D. Petrus asserebat) si ritè communicari cupiunt, mistice his omnibus indumentis muniri, ac uestiri tenentur, uidelicet. Amictu, alba, zona, manipulo, stola, & planeta. i. discretione iudicii, munditia puritatis & innocentiæ, continentia, mortificatione carnis, constantia fortitudinis, perseuerantia longanimitatis, & perfectione charitatis. His si quis uestitus exornatusque non fuerit, non accedat. si in damnationem non cupit accedere: potius curet ut illis omnibus induatur, ut piè, dignéque quantum ex ipso fieri potest, ad huiusmodi sacratissimum conuiuium accedens uitæ æternæ particeps esse possit. Amen. *lib. 6. ca. 16*

FINIS.

Registrum.

a b c d.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.

Omnes sunt quaterniones.

VENETIIS, Apud Franciscum Zilettum.
M D L X X I I.

